



DE AEQVITATE

TRACTATVS NOVVS VSVQ; RECEPTISSIMVS
LIBER PRIMVS.

In quo vniuersa AEQVITATIS materia perspicuæ, ac plene examinatur, & casus siue quæstiones singulares in quibus de AEQVITATE iudicari debet proponuntur, & dilucidantur.

MVLTIS SENATVS EXCELLENTISSIMI MEDIOLANI, ET ALIORVM TRIBVNALIVM DECISIONIBVS ORNATAE

Opus sanè non minus nouum, quam vtilissimum, & necessarium OMNIBVS TVM THEORICIS, TVM PRACTICIS.

AVCTORE

IVLIO CAESARE CALVINO

PATRICIO, ET I.C. COLLEG. DERTHONENSI

CIVE, AC ADVOCATO MEDIOLANENSE

IVDICEQ; PRAETORIO PAPIAE.

Cum duplici Indice, altero quæstionum, & casuum, altero rerum, & verborum quæ in hoc opere continentur.

Ad Eminentissimum, & Reuerendissimum D. D.

AEGIDIVM ALBORNOTIVM

S. R. E. CARDINALEM AMPLISS.

IN MEDIOLANENSI DVCATV GVBERNATOREM.





MEDIOLANI. Ex Typographia Philippi Ghisulphij. MDCXXXV.


Ad instan. Nicolai Maioli. *Superiorum permissu.*

Imprimatur

Fr. Franciscus Caranus Commissarius S. Officij Mediol.

Io. Paulus Mazuchellus pro Reuerendiss. Capitulo sede vacante.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.



Eminen.mo, & Reu.mo Principi D. D.

ÆGIDIO ALBORNOTIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

CATHOLICAE MAIEST. CONSILIARIO,

Et in Mediolanensi Ducatu Gubernatori, supremoq; in Italia rei militaris Præfecto.

IVLIVS CÆSAR CALVINVS IVDEX PRÆTORIVS PAPIÆ S. D.





VAS ego, Princeps Eminentissime, à forensi strepitu liber ad ingenij noctem peperi elucubrationes, publicam commissurus in lucem, tibi potissimum inscribendas putaui; quia re ipsa, verè proferuntur in lucem, dum deferuntur ad Te, qui splendidissimi generis sole fulges, & purpura; Et quamquam munus eiusmodi, tuæ par Maiestati non videam: Deberi tibi tamen intelligo, quia munus ÆQVITATIS est; Pertinent enim ad te, quæ sunt ÆQVITATIS; quia ex ea familia es, quæ dum ex orbe profugam domi hospitam habuit, excepitq; Astræam, propria sibi quodammodo fecit, quæ illius erant. Ex quo itidem innocenti hospitio tantum retraxit splendoris gens tua, vt nullibi clarior affulserit, quàm ad vmbram AEQVITATIS fulgentissimā. Pullulauit quidem generosissimus familiæ truncus, tùm Palladio, tùm Martiali sudore irrigatus, vel in pacatæ doctrinæ lauros, vel in bellicæ fortitudinis palmas adeò fæliciter, vt perpetuum famæ, gloriæq; virorem in omnem posteritatem protulerit. Sed eo nomine celebratior est, quòd aurea ÆQVITATIS poma progignit. Inspexit equidem orbis in omnibus gentis tuæ proceribus eiusmodi ÆQVITATIS decora; sed in ÆGIDIO illo patruo tuo, Vaticanæ purpureæ splendore maximè suspexit; qui licet omni genere laudū ornatissimus esset, vnius

† 2 tamen

tamen ÆQVITATIS amantiſſimus videri ſemper voluit, dum quo ad potuit S. Sedis Legatus à Latere mente,manuq; effecit,vt ex Italiæ finibus exacta tirannide natiuum in regnum reſtitueretur ÆQVITAS ſimul cum Sanctæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate;Quin etiam hoc præſtitit ſapientiſſimus Princeps, vt ſine pudicitiæ diſpendio,raro exemplo, fæcunda fieret AEQVITAS; dum Bononiæ, hoc eſt in bonarum artium, facultatum, ac diſciplinarum emporio nobili extructa Academia, Hiſpanos Adoleſcentes accerſiuit, vt ibi ceu filij, ÆQVITATIS, ac iuris lac ſugerent. Quo paſti,altiq; hauſtum ſub inde liquorem in ſola Catholico Monarca regnata, ÆQVITATIS adminiſtrii refunderent. Huius tu Princeps Eminentiſſime ſortitus nomen, æmulatus es mores, aſſecutus es purpuram; quò videlicet ÆQVITATIS imperia maiorum tuorum reſtituta laboribus, regio colore ſeruare non modo, ſed augere latiſſimè poſſes; & verè conſtaret apud omnes, ALBORNOTIORVM nomen,numen AEQVITATIS eſſe. Nihil hic ego de te loquar,morem,vt modeſtiæ tuæ geram,quæ laudabilia facere mauult,quam laudari. Vnum certè non omittam AEQVITATIS patrocinium, quod in hoc ampliſſimo Mediolanenſis ditionis moderando regimine palam profiteris; Quæ me vna impulit cauſa, vt hoſce meos de AEQVITATE labores, quos domi verecundia continebat, ad ſplendorem iſtius Eminentiſſime faciei ſiſterem. Adde quod obſeruantiæ erga te meæ ſtudium, & addictiſſimæ voluntatis obſequium, AEQVITATIS præſertim monumentis teſtatum apud te eſſe cupiebam. Neque hic dubitandum eſt,quin læta,vt dicitur fronte, AEQVITATEM meam excepturus ſis, & vmbra foturus patrocinij; quando quidquid hic defertur, omne tuum eſt. Cæterum ſcio me AQVITATIS gratiam initurum, quod eam ex paupere tecto ad regiam antiquæ poſſeſſionis aulam traduxerim, vbi à liuoris tenebris tuta (quis enim purpureo ſub fulgore queat liueſcere?) verè ALBORNOTIA regnabit cum purpura. Vale Princeps optime,meq; tui vbiq;ſupplicem, tuæ addictiſſimum Eminentiæ perbenignè contuere. Ticini idibus Martij M DC XXXV.

SAPIENTISSIMO VIRO IVLIO CAESARI CALVINO IVDICI PRAETORIO PAPIAE.

Io. Petrus Affaitatus Grumelli Marchio S.D.



VID ni ego AEQVITATIS amans sim ex hac Vrbe (proh dolor) Vbi vis æris alieni tanta est, vt si summo iure res agenda sit, omnes planè simus cruciarij, iuri videlicet illi obnoxij, quod iure sanè maximo Veteres dixere summam Crucem. Fac enim ius exclusa Valeat AEQVITATE: iam creditoribus omnes ex lege reduce de nexu addicendi simus ergastula, & mancipia. Nisi durius quid etiam sit publico carcere inter perdita, & immundissima capita procul ab oculis, & misericordia deuincientis attineri. Quondam, cum classicum cecinit, sciebat se Paupertas non peti: vacuum eadem Viatorem semper ab iniuria comes fida tutabatur. Arguunt mala nostra mendacio seculorum: iam apud nos oracula non inueniant fidem: nam cum omnibus inopiæ premamur incommodis; id vnum nihilominus, quo diuitibus præstare deberemus, timoris, ac sollicitudinum vacuitatem desideramus. Inanis hic foret omnino Gaditanorum cultus in ærumnosum hoc numen; cui in eadem ara cum Industria litauere. Qui enim industria; & naua, qui negotiosa paupertas esse queat, quæ segnis, & anxia in caucis latitare cogatur? Andrio olim in ciuium præsidium binis illis Deabus egregie obstitit, ex quarum patrocinio Themistocles Atheniensium legatus acerbissimas exactiones indixerat, Suadæ nempe, et Violentiæ. Cuius se oppositu salutaris capitis Cremona tueatur? Vbi nil minus periculi res plena est eguisse, quam diffluere: Aeque vinculis obnoxius est, qui nemini est soluendo, quam qui non omnibus: illi pœna in Vicem fidei cedit; hunc, cum æs omne alienum possit à quopiam solidum peti, hec post illam actio exagitat, frenatiq; instar Equi alium ex alio sessorem pati cogitur, donec tandem deficiat. Ridet de platonicis quibusdam legibus Atheneus, quòd latæ sint in fictitios homines: doleam ego de nostratibus, quòd in fictitios etiam prouectus, cum ad plures vel ingentes sumptus exigantur, qui singulis impares sint: ipsos Vero ciues ex debita à ciuitate pecunia carceri mancipari, perinde quasi inde Vberius, quam ex agris demotere possint, vnde creditoribus satisfiat. Si porro ex nimio Voluptatis vsu marcescentes supra omnem languorem causæ ipsius recordatione vexantur; quid ni nobis in miseriarum solatium non cesserit, ex fide, & caritate in Regem laborare; quibus quicquid desit; Regi per summam alacritatem impensum est; qui laceris, sordidisq; vestibus simus integra, illustriq; pietate, nec alius nobis acrior inhæreat malorum sensus, quam quod impares animo, studioq; in Regem vires iam suppetant. Sumus ergo, vt decet, malis nostris enarrandis ex tam honesta causa contractis ambitiosi, sed tamen miseri. Vt merito tuum exosculati fuerimus ingenium, tuas amauerimus Amantissime Vir de AEQVITATE disserantime Cremonenses Ciues: quippe vna illa sit, quæ Iustitiæ seuerum alioquin, & implacabile numen misereri, quæ ferreum illius pectus mitescere; quæ surdas hiscere fletibus aures doceat. Quæ propterea pedagogus, ac censor ipsius Iustitiæ dicta sit, quod legitimi iuris austeros nimis mores, cum res poscat, castigare; quod scabritiem omnem nouerit læuigare, quòd ex seueriori quadam quasi diuinitate deducat, atq; ad mores nostros, & consuetudinem inflectat humanam; Neq; vero iuri ipsi, legisue latori sit Vlla iniu-

Colum. lib. 10.

Sen. Epist. 1

Oberatorum códitio ex Plut. de vit. ære alien.

Plut. de vit. ære alien.

ria, quæ ad eum sciset; si rerum omnes euentus à quopiam prospici; aut vna fa se set præscriptione concludi. Hoc vno spiritu animari ius scriptum, & ad quoddam rationis temperamentum, necessariasq; recti ac caritatis, & seuitiæ vices aptari, eorundem situm est, qui rigenti, & emortuo corpore illud exprimi censuere. Hæc ipsa verita cum necessitate pugnare, frequentem habet cum summo iure pugnam, nec passa est Romæ, vel rebus lasciuientibus de nectendis debitoribus leges perdurare, vbi ad vincula ij rapti cœpti sunt, quibus vnde redimerentur, nihil iam ab egestate superesset. cum compertum omnino sit leges ciuitatibus, non secus ac remedia valetudini adhiberi, easq; diras esse, ac Diris ipsis deuouendas, quæ quam deberent firmare remp. labefactent, ac euertant. Ex AEQVITATIS ergo præscripto tuti fuerint omnino à Nexibus Cremonenses: neq; enim quòd caritate in Principem obærati vicariam in se caritatem ac mutuam pacti sint; sed quia rem omnem suam pecuniæ inopes creditoribus obtulerint, nec quicquam possit amplius carcer quasi prælum exprimere. Consimilem propterea regulæ lesbiæ AEQVITATEM esse legislatorum præceptor tradidit Aristoteles, quæ duritiei potius lapidis, quam sibi parcens plumbea sit, & inflecti ipsa malit, & torqueri, quam nobile, & durabile saxum structura, & templis interdici. Summa ex hac Philomeni laus accidit, quòd non solum è præscripto legum, sed legibus etiam ipsis ex bono publico nouerat imperare: & hac ipsa varium, multiplicem, & erraticum, vt ita dicam, animum optauit in Principe Democritus, vt idem luxuriem animorum seueritate corriperet; necessitudinem, & egestatem, miseratione remulceret. Hæc tandem, si Pindaro credimus, lex ea est, non vlli paginæ inscripta, nō lignis, vel æri insculpta, sed viua in rectoris corde ratio semper vna habitans, aut excubans, et animũ nunquam sinens esse principatus vacuum, hoc est caritatis, beneficentiæ, miserationis.

Arist. ad Nicom. lib. 5. cap. 10.

ex Plat. in Crit.


Arist. ibidem.

Amabimus iterum, ac sæpius, æternum amabimus consilij cui AEQVITATEM, quæ vel ipsa studia dicauit exornandæ AEQVITATI. Parum erat videlicet, quod in iudicijs vigeret tuis, nisi, & perennaret in scriptis. Et vero debebas hoc famæ tuæ monumentum egregium, vt non tam sciant, qui viderint in te, & gestis expressam, sed etiam credant, qui nouerint in ipsis etiam lucubrationibus adumbratam otij Aeque, ac negotij tui arbitram AEQVITATEM debebas AEQVITATI hanc gratiam; vt partum ab ipsa decus ipsam augeret, & quæ ab ipsa acceperas dignitatis præsidia, eidem non tam referres accepta, quam redderes. Debebas documentum posteritati, censum pati potuisse scriptoris, quæ præscriptiones non ferat legislatoris. Ego vero non tantum immensæ gloriæ segetem gratulor tibi, sed, & Orbi ex hac tua Sapientia prouentum vberrimum. Enim vero quanto cum publico beneficio discent tuæ sortis homines ijs hostijs litari posse Iustitiæ, quas AEQVITATIS fons purissimus expiarit! Ipsi AEQVIVS ferent populi fasces, quos sciunt ex AEQVITATIS lege tractari; & quam lictorum securibus aciem Iustitiæ seueritas acuit, eandem circumlegatis ab AEQVITATE virgis impediri. colentq; religiosius Iustitiæ numen, cuius in cubo positum cernant simulacrum; nec quale Thebani quondam effinxere obductis velo luminibus, obstructis auribus, manibus truncum. Placet namq; rerum arbitros esse oculatos; vt valeat illud ad miserorum solatium; Est AEQVITATIS oculus omnia qui videt; placent auribus ad supplicum voces patentibus, placent integris validisq; manibus quibus ab immerita subleuent calamitate iacentes. Quare viuet, æternumq; viuet tua hæc AEQVITAS tuis hisce codicibus, quam olim aris thureue sanctior; quodq; auspicari licet, beabit, quos AEQVA respiciet, & optime de Rep. meritum nomen Auctoris multa cum laude deducet ad posteros.

AD CANDIDVM LECTOREM.



ORI, ac iuris arbiter, cui nil Aequo carius esse debet, aliquid à Iudiciali strepitu nactus otij, conscripsi de AEQVITATE, vt apud omnes testarer me in hoc præstando munere AEQVITATEM non minus ore, quam manu tractare: At dicet aliquis Aequam ad scribendum materiam assumis; non tamen ingenij viribus Aequam, vt præcipit Lyricus. Atq; adeò vmbram, dum quæris lucem, tuo nomini aucuparis. Fateor equidem me non esse eiusmodi, qui pro dignitate hac de re scribam; quod autem aliquid sim supra vires ausus, proptereaq; temeritatis nota inurendus, non video. Quid? an non in tanta librorum numerositate mea AEQVITAS locum sibi adsciscat aliquem in officinis? cum nulli Aequius eiusmodi debeatur hospitium, quam Aequo. Cæterum si conatus hosce meos seuerus aliquis censor, carpere adhuc velit, patiar id ego libenter; non ignarus tineas, & mures corrodere non modo meas, quæ nullius momenti sunt; sed inauratas quoq; paginas posse: quemadmodum eruditissimis primariæ notæ codicibus accidisse, legi; Verum hosce ante Catones, ac Momos illud admonitos volo, vt consilium probent suum, ex Platonis præscripto, se ea in re esse non inferiores eo, qui reprehenditur, oportere. Vale.



IVLIO CAESARI
CALVINO
VETVSTIMO ROMANÆ NOBILITATIS TRADVCI
FORI IVBARI
ASTRÆÆ VINDICI
VRBANITATIS MELLI
CVIVS FRONTI GEMMAS PALLAS IMPRESSIT, CVM SVDOREM EXPRESSIT,
LAVREAM APOLLO DEDIT: CVM GEMMAS VIDIT.
CVI TICINVS OLIM VATICINANS TOGAM INTEXVIT
VT SVIS PRÆESSET VNDIS
QVARVM CANDOREM, ORE, ET VBERTATEM REFEREBAT.
CVI GENTILIS AQVILA.
LVCES, VT IVSTITIÆ SOLEM CERNERET:
VT SCRIBERET, PENNAS ACCOMODAVIT.
HÆC MINORA VERIS: INFERIORA MERITIS
GRATI ANIMI
MONVMENTA DAT, DONAT
FERRANDVS SYLVA
CREMONENSIS.

Al Sig. Dottor

GIVLIO CESARE CALVINO

GIVDICE DI PAVIA

Sopra il nouo trattato de ÆQVITATE

MADRIGALLE

DEL DOTTOR CARLO BELLONI,

Lettor publico nello studio di Pauia.

CHI del gran Dittator i scritti, e pruoue
Leggendo ammira, e muoue,
Ah', che di quello scuopre
Confarsi à te, no'l nome sol', mà l'opre!
Che se colui appunto,
E degne d'esser scritte opre facea,
E degne d'esser fatte opre scriuea;
Ecco, ch'in vn sol punto,
Ed'in fatti, ed'in scritto
Dimostri à noi, del giusto, il sentier dritto.

Ad Perillustrem Virum Dominum

IVLIVM CÆSAREM CALVINVM

IN TICINENSI CVRIA

Iudicem integerrimum, & æquissimum

De AEQVITATE scribentem

Nicolai Augusti I.C. Collegiati Ticinensis

EPIGRAMMA.

ÆQVA facis scribisque Aequa, & non Aequa per horres,
O Cæsar Themidis, Iustitiaeque decus.
Vrbs Aequi, legumque parens, te Iudice, gestit,
Cùm videat ciues Aequa beare suos.
Quare magè, crede mihi, plaudet, cùm proemia cernet
Aequa tuum, Iuli condecorare caput.
Macte animo tamen, Aequos nam tibi reddet honores,
Inuiti nostri Principis Aequa manus.

Ad Perillustrem D.

IVLIVM CAESAREM CALVINVM

PAPIAE IVDICEM INTEGERRIMVM

In eiusdem Librum de AEQVITATE

IACOBI SIMONIS VALERII ACADEMICI Affidati, ac eiusdem Illustriss. Academiæ à secretis.

EPIGRAMMA.

AVREA dum pandis Caluina oracula iuris,
Mitia tu Themidis sceptra beata facis;
Fascibus hinc demit secura Papia secures,
Haud opus est ferro; si modo regnat amor?
Improba nequities, longos dominata per annos,
En modo prona tuo victa sub ense cadit;
Namq; in amore feris, feriens medicamina praebes,
Et ferus, & mitis Vulnera sana facis.

Ad Perillustrem Dominum

IVLIVM CAESAREM CALVINVM

TICINENSIS FORI ARBITRVM

De AEQVITATE scribentem

Cuius Gentile stemma Aquilam cum sole habet.

EPIGRAMMA

Ferrandi Siluæ Patricij Cremonensis.

QVAM bene Cæsareum simulant tua nomina nomen
Numina, quæ referunt proximiora Iouis
Si tua terrigenis miscentur nomina sertis
Stemmata sunt superos inter habenda choros,
Se tibi Cæsareus, Cæsar non subijcit Ales:
Sed Iouis hæc fuerat, quæ Comitatum Auis.
Romuleus calamum tibi dat cum nomine Cæsar.
Exhibet arguigeri Iuppiter arma sui
Cum Calamo Cæsar, cum stemmate Iuppiter adsis,
Diuisum imperium, Cum Ioue, Cæsar habes.

Ad Eundem AEQVITATIS monimenta Scribentem.

EPIGRAMMA

Dominici Donati Marchionis de Caretto.

IN quales abeunt hæc ferrea sæcula mores?
Aurea defluxo redditur are salus.
Sideribus repetit a solum se Astræa relict's.
Transtulit: ad Votam, Cæsaris illa mei.
Sed proh, quæ reducis video discrimina Diua?
Non etenim terris hæc abitura redit.
Olim sidereis inuita recessit ab oris
Sponte sed ad leges, nunc venit illa tuas?

Ad Eumdem Aliud.

EPIGRAMMA.

Philippi de Aste Patricij Albiganensis.

Siderium tribuunt tibi nomina Cæsar honorem
Sed mihi Cæsareo sidere maior ades.
Phœbeas dat stemma faces; Tu iura ministras
Ipseq; vel leges poscit Apollo tuas.
Indita Cæsareum faciunt te nomina Sydus:
At phœbo similem, te tamen ipse facis.

Ad Eumdem.
De eius Aquila, & Sole, Gentili stemmate.

EPIGRAMMA.

Io. Henrici Marchionis de Caretto.

SE tua mortali subducunt stemmata fato,
Nec sunt Astrifero deteriora loco.
Fulmineæ iaculator adest his armiger ira:
Est ibi pacificæ missor Apollo facis?
Si petis vltrices tibi porrigit armiger ignes:
Si mauis placidos phœbus ab ore iacit?
Si superis immota Dijs, non fata manerent,
Dixissem: Variat cum Ioue Cæsar opes?

De Eodem stemmate.

Ad eumdem

EPIGRAMMA

Stephani Spinolæ Patritij Genuensis.

QVI modo scandebat superas Iouis armiger oras
Phœbei assuetus luminis igne frui,
Degere nunc mauult generoso in stemmate Iuli
Vt sua Regalis lumina libet Auis:
Quam bene Cæsareo decoraris ab Alite Cæsar.
Vimida, Qui veteris Cæsaris acta refers.

Ad Eundem de AEQVITATE scribentem.

EPIGRAMMA

Francisci Syluæ Patritij Crem.

CAESAR, vt Ausoniam ferro sibi subdidit Vrbem
Impia Romuleis sum monumenta dedit.
Cæsare sed gladijs iugulato, dogmata scindit
Roma, quod inuita protulit Vrbe, cremat.
Ne metuas Cæsar, tua nunquam iura terentur:
Scinditur iniustum, quisq; sed Aequa probat.

Ad Eumdem

EPIGRAMMA

Condisalui de Puteo Patricij Mediolanen.

CAESAR, vt Astræam celebres, tibi lumen, & alas
Quam patrio pingit stemmate præbet Auis.
Lumen, vt inspicias Aequum calamumq; ministrat.
Lumine, quod cernis, scribere penna dedit.

Ad eumdem de Eodem stemmate.

Octauij Cremæ Patricij Sauonensis.

ARmiger in patrio depictus stemmate regnat
Ales, & ignito fulminat ore reos.
Hic quoq; flaua vibrans rubicundo fulmina ab vngue.
Suggerit irato tela trisulca Ioui
Cæsaris atq; Iouis nunc, i, compone volucres
Fulminat hac omnes; sed ferit illa reos.

De stemmate Eiusdem

EPIGRAMMA

Thomæ Lercarij Patricij Genuensis.

EST tibi per superum Cæsar cum Principe signum
Phæbæum quando cingit vtrumq; iubar.
Iracunda Iouis volucris dat fulmina terris.
Iura sed in populos fert tua mitis Auis.
Dextra Iouis vindex: placide Tu iura gubernas:
Ille poli iudex, Arbiter ipse fori.
Sit Iouis armigero supplex, qui fulmina poscit:
Ille tuam, qui vult mitia poscit Auem.

Ad eum de AEQVITATE scribentem

EPIGRAMMA

Ioannis Francisci Massæ Patritij Ticinen.

ASpicen Astreæ iustam pendere bilancem
Aspicen, vt Ticinus plaudit, & ore fauet
Nomina Cæsar habet nostris rutilantia terris;
Dum tamen Aequa notat illustrior a nitidus.
Iustitiæ mirata sui vaga lumina solis
Dogmata Caluino iussa ministrat Auis.

Ad Eundem.

EPIGRAMMA

Allusio nominis

Andreæ Syluæ Patritij Cremonensis.

QVOD sibi sanguineo quæsiuit acinace Cæsar
Nomen, in Edomito quod tulit orbe, decus
Talis honos tibi Cæsar inest, qui nomine compar
Ingenio tibi, quod Iulius ense, paris.
Ille potest gladio; calamo potes ipse: sit ergo
Res quibus, Aeque sunt: par, & vtriq; decus.

Ad eumdem. De stemmate

EPIGRAMMA

Ioannis Lucæ Fossæ Patritij Genuensis.

PIngit Apollineam Cæsar per stemmata lucem
Et tenet in Phœbum lumina fixa suum:
Non igitur Mirum scribat si Iulius Aequum
Iustitiæ fontem pro diue Cæsar habet.

Eiusdem. Ad Eundem.

ARDVA iura fori Iudex Caluine gubernas
Et placidas Ticini tu moderatis aquas;
Quam bene te fluuij decorauit Curia clauo
Cui fandi similis, fluminis vnda fluit.

De Eodem

TICINENSIS FORI ARBITER EFFICITVR

Vbi olim lauream Doctoralem est assecutus.

Iosephi Miglianachæ Mediolanensis.

CINXIT Apollineo tua primum tempora ramo
Ticinus: meritis debita pompa comis.
Et nisi tunc tenera metuisset in indole fronti
Munere fecissent, te magis esse grauem;
Te quia nunc valido firmatum pectore cernit,
Non ramum: ad fasces porrigit ille suos.

Aliud de Eodem Argumento.

Iosephi Arces Caberæ Viglouan.

HIC quondam Phœbea tuæ data laurea fronti
Cæsar, & imposito fulsit honore caput
Hic vbi Doctorum frondescunt serta comarum
Hic tuus assiduus contulit illa labor.
Hunc Ticini moderamen habes: qua frondea sudor
Dona dedit; fructu non caruisse videt.

INDEX

Argumentorum, quæ in hoc opere tractantur.

† Te-

Cessio



TRACTATVS IVLII CAESARIS CALVINI

PATRITII DERTONENSIS, AC CIVIS ET ADVOCATI MEDIOLANENSIS

DE AEQVITATE LIBER PRIMVS

Cum perutili, & copioso, tùm argumentorum, tùm rerum, tùm etiam verborum Indice.

SVMMARIA.

1 *Difficilè est etiam inter amicos pronuntiare, quorum alter læditur.*
2 *Aequitas est ars æqui, & boni.*
3 *Aequitas est iudicium in quo statuitur ad dictamen rationis naturalis.*
4 *Aequitas nil aliud est, quam naturalis ratio, aut quod naturalis ratio persuadit.*
5 *Aequum dicitur ab Aequando.*
6 *Aequum reuocat summum ius ad æquabilitatem.*
7 *Aequum illud appellamus, vt ne cui plus, ne cui minus, sed cuiq; suum tribuatur.*
8 *Aequitas est ius, quod lex scripta prætermisit.*
9 *Consuetudo est ius, quod lex scripta prætermisit.*
10 *Differentia inter Aequitatem, & consuetudinem.*
11 *Solus Princeps interponit interpretationẽ inter Aequitatem, & ius scriptum.*
12 *Iustitia nil proprius est, quam Aequitas.*
13 *Iustitiæ officia sunt Humanitas, Aequitas, & misericordia.*
14 *Iudex tantum se exarari permittet, quantum Iustitiæ causa patitur.*
15 *Iudicis est semper verum sequi Patroni causarum nonnunquam verisimile.*
16 *Non miserebenis in iudicio Pauperis.*
16 *Legum conditores, Aequitatis fautores esse debent.*
17 *Themistoclis pulcrum responsum.*
18 *Aequitas dicitur speciosa proles magistratuum.*
19 *Ciceronis sententia notanda.*
20 *Aequum accipitur pro iusto.*
21 *Aequitas est legis voluntati coniunctissima, eamq; sequitur, siuè ad humanitatem, siuè ad acerbitatem.*
22 *Aequitas interdum mitius, interdum acerbius agit, vt facti, & personarum qualitas expostulat.*
23 *Aequitas est motus rationabilis regens misericordiam, & rigorem.*

24 *Senatus Excellentiss. Mediolani Diuino quodam afflatu suas sancire solet sanctiones.*
25 *Pauli Belloni Senatoris Amplißs. honorifica mentio.*
26 *Decretum Senatus in causa percussionum baculo apostate illatarum.*
26 *Indicans iustè stateram in manu gestat, & vtroq; penso iustitiam, & misericordiam portat, sed per iustitiam reddit peccatu sententiam, Per misericordiam peccati temperat pœnam.*
27 *De Aequitate censere non est cuiuslibet I. C.*
28 *Aequitas non consistit in cerebro quorumcunq;*
29 *Aequitas non adit, & egenus non est curanda.*
30 *Aequitatem inuenire non est parui negotij.*
31 *Aequitas dicitur benigna, & liberalis.*
32 *Aequitatis munus est in suplendis his, quæ quodammodo in lege videntur deesse.*
33 *Aequitas in arbitrarijs, tantum vtimur, & vbi ius scriptum deficit.*
34 *Arbitrium iudicis quid sit.*
35 *Legum dispositiones trahuntur ad similia.*
36 *Lex dilatanda est non restringenda.*
37 *Aequitatis proprium Epithetum est Benignitas.*

Præludia circa Deffinitionem Æquitatis. Cap. I.

IN foro passim controuertitur, tam coram supremis, quam inferioribus Tribunalibus an de Aequitate quidquam debeat concedi, vel iudicari; Etiam si iuris rigor aliter dictet. Cum Aequitas multa suadere dicatur, quibus iuris rigor resistit. Et quemadmodum ipse Deus Opt. Max. omnium conditor, & humani generis saluator summopere laudatur, ob Aequitatem, quâ gentes iudicat teste Regio Propheta Psalm. 66. Letentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in Aequitate, ac Psal. 95. Iudicabit Orbem Terræ in Aequitate, omissis alijs locis, ita altissimi Dei vestigia sequendo humani iudices ab Aequitate in iudicijs nunquam secedere debent.

Qua de re, rum & patrocinando, & iudicando re cognouerim quantum publicæ vtilitati conueniret, ad præcidendum littium anfractus, si de hac materia distinctè scripsissent Doctores Casus, & Quæstiones aliquas particolares, in quibus de Aequitate iudicari debet colligere statui, vt eò facilius iudicia, & lites dirimi possint, quæ hoc tempore immortalitati consecratæ quodammodo videntur. An culpa iudicum, an dolo Patronorum causarū nescitur, cum illi iuxta sententiam Platonis difficile esse etiam inter amicos pronunciare, quorum alter læditur, à iudicio possint retrahi; Isti verò, vel à negotiorum copia, vel spe lucri, vt in iure solas diuitias querant, tardiores effici valeant.

1 Et quoniā Gaius I.C. in l. 1. ff. de orig. vir. antè omnia deffinit ius, prout idem obseruat Vlpianus in l. 1. ff. de iust. & iure; Vt ex illius diffinitione melius intelligatur quid agitur; Ante omnia etiam deffiniendum esse propositam materiam censeo, vt quilibet clarius eam percipere, & casibus accomodare valeat.

2 Aequitas igitur est ars Aequi, & boni iuxta tradita per eruditissimum Fachin. lib. 11. controuerſ. iur. cap. 27. verſ. contrarium, vel secundum Bal. in l. 1. ff. de iust. & iure, quem sequitur Ias. in l. placuit nu. 1. C. de iudicijs. Aequitas est iudicium in quo circumscriptis regulis iuris statuitur ad dictamen rationis naturalis, quæ vt explicat D. Alex. Rhaud. consumatiss. I. C. Decis. Pisana 41. n. 77. dicitur rectitudo iudicij naturalem sequens rationem; Cum Aquitas nil

4 aliud sit, quam naturalis ratio l. scire opportet §. sufficit ff. de excus. tut. Ias. alleg. num. 2. Aut quod naturalis ratio persuadit, vt scribit Boetius lib. 5. Topic. & Cicer. in Topica de quo Franc. Connan. lib. 1. Coment. Iur. Ciuil. tit. de Aequitate sub n. 4. litt. D. circa medium fol. 66.

5 Dicimq; Aequū ab æquando, quasi æqualiter per eum omnes subiecti partes considerentur, & quod ex particulari ratione prodesse dignoscitur, accipiatur, vt egregiè scribit Ioannes Bologn. tr. de multis signis, & different. iuris, & facti sub nu. 10. impresso in 1. parte ff. Ver. fol. mihi 73., & secundum Latinos, quod summum

6 ius ad æqualitatem reuocat teste Connano d. tit. de Aequitate nu. 1. qui sub n. 5. litt. A. Inquit, quod nihil tam enucleatè dici, aut scribi potest, nihil tam planè; & diffinitè quod non multa Aequitate sæpe sit, aut temperandum, aut supplendum; id quod reppetit litt. B. Aequum

7 n. illud appellamus, vt ne cui plus, ne cui minus sed cuiq; suum tribuatur pro rerum, personarumq; ratione, & dignitate, idem Conan. lib. 5. tit. 1. nu. 1. fol. 472.

Secundum verò Aristotē lib. 1. Rethor. c. 13. Aequitas, nil aliud est, quā ius, quod lex scripta prætermisit, qui Auctor quinto Ethicorum cap. 10. tradit Aequitatem legis directionē esse

8 vbi deffi. it propter vniuersale; Prout consuetudo propriè nil aliud est, quam ius, quod lex scripta prætermisit, sed Aequitas iūs natum, & naturale, consuetudo verò ius constitutū, & re-

9 ceptū, vt ait eruditissimus Cuiac. in tr. de feud. lib. 2. tit. 1. ad Obertum de orto lit. T. in fine fol. mihi 503. Qui litt. E. ex l. 1. C. de leg. tradit inter Aequitatem, & ius scriptum solum Principem

10 interponere interpræationem; id quod confirmat Connan. dicto tit. de Aequitate n. 3. litt. D. Aristotelis autem traditionem explicatā fuisse per Imperatorem, habetur in §. propterea inst. de act., vt scribit Rebuff. in l. 1. sub nu. 8. verſ. tū igitur in fine ff. de iustitia, & iure.

11 Et sanè nihil proprius est iustitię, quā Aequitas, vt docet Cicero lib. 1. de officijs fol. 13. à tergo, qui difficile esse tradit, cum præstare omnibus concupieris seruare Aequitatem, quæ est iustitiæ max. propria, cuius officia sunt Humanitas, Aequitas, & Misericordia, vt exponit

nit Fortun. Garcia in repet. l. Gallus §. idē credendum nu. 3. ff. de lib. & posth.; Tantum enim annuere quis alteri debet, quantum Aequitas admittit, quia iudicis est semper in causis verū
13 sequi, Patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verū deffendere, vt ex Cicer. de offic. scribit Dec. conf. 463. sub nu. 22. quem sequitur.
14 Pretus de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. solut. 6. nu. 26. fol. mihi 248.

Et tantum se exorari permittet iudex, quoniā iustitia causæ patitur, vt docet Connan. dicto tit. nu. 11. à quo fit mentio de præcepto illo di-
15 uino, Non misereberis in iudicio Pauperis; Steph. Gracian. lib. 4. discept. forens. cap. 734. num. 50.

16 Vnde Themistocles dum importunè tunc sibi Prætori quoddam præter Aequum postularet; Simonides; Respondit sicut neq; tu bonus Poeta esses, si modos, & numeros in canendo contemneres, Ita neq; ipse bonus Prætor, si gratiam cuiuscunq; legibus antefeceret, vt refert. Plutarc. in vita Themist. fol. 49. Et paulò antè in eodem loco scribit Idem Cicero de sententia stoicorum, fortitudinem eam virtutem esse propugnantem pro Aequitate, Prout conditores legum Aequitatis fautores esse conneuere
16 habetur in hac lege C. de pact. conuent., & tradit Rebuff. in l. 1. sub num. 6. in fin. vers. quidam dubitant ff. de iust. & iure.

17 Namq; Magistratuū proles speciosa filia dicitur Aequitas, quæ est splendor Prudentiæ, absolutioq; iustitiæ, vt scribit Celsus Bargal. tract. de Dolo lib. 6. regul. 38. num. 5.; Vt enim inquit Cicero lib. 2. de officijs fol. mihi 40. à tergo. Nemo iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem,
18 qui exilium, qui ægestatem timet, aut qui ea, quæ his sunt contraria Aequitati anteponit (vera Christiani certè nedum Gentilis sententia). Quamuis Salomon vir iustus, de diuitijs, & paupertate timens rogabat Deum, ne diuitias, nec paupertatem sibi daret, sed tantum necessaria, victum scilicet, & vestitum tribueret.

19 Aequumq; accipitur pro iusto secundum d. l. hac lege de qua Rebuff. loco cit. vers. & sic patet, & sub num. 8. vers. Aequum ab iniquo; Cum Aequitas sit legis voluntati coniunctissima, se-
20 quaturq; eam quocunq; tendat, siuè ad humanitatem, siuè ad acerbitatem, vt post Conan. dicto tit. de Aequitate nu. 9. tradit Rebuff. loco relato sub nu. 8. vers. ex quo patet in fine. Maur. Burg. tr. de modo procedendi ex abrupto qu. 14. n. 3., ac ante eos scriptum reliquit Albert. Bolognet in quem nuperimè incidi tr. de Aequitate cap. 28. nu. 14. & sequ. tom. 1.

21 Nō semper enim mitius agit in delictis Aequitas, sed interdum acerbius, vt facti, & personam qualitas expostulat l. quid ergo §. pæna grauior ff. de infamibus, Mar. Salomon in Rubr. ff. de iust. & iure in fine, qui nu. 17. tradit Aequitatem esse motum rationabilem regētem misericordiam,
22 & rigorem, idem probat Bolognet. d. tr. cap. 36. sub nu. 5. vers. etenim supra demonstrauimus;

Id q; quotidie obseruat Sacros. Mediolanensis
23 Senat. qui diuino quoddā afflatu suas sāctiones sācire solet, vt testatur Polid. Ripa singular. obseru. 252. in fine, dum secundum facti, & personarum qualitates de Aequitate alterat etiam, & minuit pænas ordinarias, vt in casu cuiusdē D. I.C. qui fracta pace alium pariter I.C. in foro existentem paruo baculo semel percusserat super manu post mutuas salutationes, Quamuis enim ex dispositione Proclamat. Excellentiss. Pro Regis in hoc Dominio inducta, sit pæna aureorum quingentorum, vltra arbitrium (quod capitalem pænam minimè compræhendere certum est) pro percussionibus baculo apostatè illatis. Attamen Senatus ipse die duodecima Augusti 1610. refferente Amplis. D. Sena-
24 tore Bellono I.C. in omni sciētia eruditissimo, affine, & alias Præceptore meo, attenta facti grauitate, consideratis his circumstantijs, rescripsit Prætori Derthonæ, vt dictum D. Delinquentem citaret sub pæna vitæ, & contumacem in eam pænam damnaret, vt apud Egreg. D. Secretarium Besutium, prout ita condemnatus fuit in contumaciam; Consimilemq; declarationem fecit idem Excellentiss. Senatus paulo post contra quendam, qui ex causa officij Commissarium Aronæ apostatè baculo percuserat in præsenti Ciuitate, dum iussit deliquentem citari sub pæna furcarum, & contumacem in eā pænam damnari.

25 Vt enim inquit Cicero lib. 1. officiorū ita probanda est mansuetudo, & clemētia, vt adhibeatur causæ seueritas, sine qua Ciuitas administrari non potest; Tamen Iustitiæ seueritas per misericordiam alteram iustitiæ partem temperanda est, vt docet D. Gregorius in moralibus
26 inquiens, omnis qui iustè iudicat stateram in manu gestat, & in vtroq; penso iustitiam, & misericordiam portat, sed per iustitiam reddit peccatis sententiam, per misericordiam peccati temperat pænam, late Thesaur lun. lib. 3. qu. famil. 13. nu. 15.

Cum itaq; sit Aequitas ius non scriptū ex Aristotile, & alijs supra citatis, pendere dicitur à Prudentum iudicio, de quo rectè censere non
26 cuiusuis est iuris Periti, sed eius qui artem hanc plenè nouit Rebuff. in dicta l. 1. sub n. 8. vers. cum igitur ff. de iust. & iure; Pro rerum enim, negotiorumq; natura, & condicione vim legum mutat Aequitas, & aptat vnicuique congruenter inquirens, quo quoq; consilio, quo animo, quo loco, quo tempore, qua vel occasione, vel necessitate factum sit, aut dictum vt Egregiè declarat Connan. d. tit. de Aequitate in principio, qui in fine nu. pri. inquit, quod iuris Aequitas quamquam varietur, nonnunquam pro rerum, & personarum varietate, ius est tamen & idem certe ius, nec æquum quicquā, quod non iustū, & omne iustum æquum est.

Hinc scribit Gratian. lib. 4. discept. forens. cap.

639.nu.26., quod Aequitas non consistit in ce-
27 rebro quorumcumque, vt quod somnient æquũ putent, sed in arte, quæ ex legibus, & iuris prudentibus sum mitur l. si verò §. interdũ ff. de iis, qui dece vel effuder; Alioquin nihil esset certũ, & perpetuũ in iure nostro, quibuslibet de torquentibus causarum statum, ad quamlibet imaginariam, & abusiuam Aequitatem, quæ non
28 adiecta legibus, non est curanda, Scrib. in l. placuit ff. de iudicijs Gail. obseru.23. nu.26. lib.2., & Misinger. obseru.63. nu.4. cent.6.
29 Non parui igitur negocij est Aequitatem istã inuenire, vt tradidisse videtur Vlpianus in l. si quo §. hæc actio ff. de relig., & sumpt. Fun. vbi circa funera æquum accipi ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore ex bona fide docet.
30 Diciturq; Aequitas benigna, & liberalis, cum plus præstet ipsa, quam legis verba concedant Conan. citato tit. sub nu.3. litt. B., Et sic Aequi-
31 tatis munus est in supplendis his, quæ in lege videntur quodammodo deesse, vt ait Connan.
32 loco relato nu.3. in fine litt. C., Quia in arbitrarijs tantum recurritur ad Aequitatem l. quod si ephesi in fine ff. de eo, quod certo loco; vel quando ius scriptum defficit Siluan. cons.47. nu. 11. lib.1.
33 Et Iudicis arbitriũ nihil aliud est quã Aequitas, quæ iure naturali gentiũ, & ciuili sub nixa est & communita Bal. in l. bonam fidem vers. in secundo C. de act. & obligat., Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.12. tit.21. nu.42. par.1. Et sub nu. 4. eadem litt. C. subijcit Connanus legũ dispo-
33 sitiones trahi ad similia ex identitate rationis.
34 Et quemadmodum Medici, cuius vim cognitam habent in vno morbo farmaci illud idem ad finitimos huic, cognatosq; morbos adhibet; Ita quod in vno dictum factumue est negocio; ad cætera trahi debet, quæ communione rationis, societatisq; coniunguntur; Dilatanda enim
35 est lex ad ea, quæ similitudinem iuris continẽtur; non restringenda suis verbis; Idem innuere videtur Diuus Thomas 2.2.q.120. art.1. quem refert & sequitur Peguera decis.51. sub num. 2. vers. & similiter in fine; Propriumq; Epitheton
36 Aequitatis esse benignitatem scribit post Modestinum tit. de legibus Marius Salamon. in repet. rubr. de iustitia, & iure sub nu.18. vers. benignitas enim fol.15.

SVMMARIA.

1 *Aequitas quodammodo duplex vna quæ iurigentium adhibetur altera quæ iuri ciuili inseruit.*
2 *Quid sit æquitas naturalis.*
3 *Quid sit æquitas ciuilis.*
4 *Iuris non scripti partes duo secundum Aristot.*
5 *Propter non datur æquitas scripta.*

Æquitas quotuplex sit.
Cap. II.



1 Aequitatem duplicem quodammodo esse scribit Conuan. in d. tit. de Aequitate lib.1. sub nu.6. in fine lit. A. Vnã quæ iurigentium adhibetur, Alterã quæ iuri ciuili inseruit; Illa enim Aequitas, quę adducitur non ad verba legum, sed ad supplendam earum dispositionem, & voluntatem, vt
2 quod in ijs deest perficiatur, naturalis nominanda est, & sic iurisgentium, atq; hæc illa, est quam legislatores sua imprudentia omisserunt.

Ciuilis autem Aequitas ea se offert, quam nõ illi verbis deffinierunt, quod vel nollent, vel nõ
3 possent, intellectam tamen esse voluerunt; Vt si præscriptio rerum omnium, & contra quoscũq; inducatur centum annis æquitas ciuilis certis personis prouidebit, quia probabile est, eam fuisse eorum sententiam. Quæ differentia sic ab Aristotile lib.1. Reth. constituitur?

Iuris non scripti duo sunt inquit partes, quarum vna posita est in exuperantia virtutis, &
4 vitij; Vnde manat probrum, infamia, dedecus, E contra laus, honor, præmium, velut benemeritis de nobis gratiam habere, & referre opitulari amicis, & cætera eius generis. Altera verò iuris non scripti pars est in ijs, quæ sunt scripto legum prætermissa; Hæc duplicem inducit Aequitatem vnam, & posteriorem, quæ in legũ interpretatione perspicitur, quam omnes Iudices sequi debent, & eam vt conseruemus, possunt nos authoritate sua compellere, cum ea nihil aliud sit, quam mens, & sententia scriptæ legis; Altera & superior est in voluntate, & honestate cuiuscunq; nostrum posita, nec vllam affert necessitatẽ quia venit à natura tantum, quæ ipsa nullas alias cogendi vias monit, quam quæ pudore, & verecũdia ducuntur vt quod fecus erit factum, non tàm accusari, quàm exprobrari possit. Eamq, consistere dicit Aristotiles in exuberantia virtutis, & vitij, & in ijs rebus, quas qui gesserit laude, & comẽdatione dignus est, qui non fecerit, non tàm castigandus, quàm vituperandus Erratum enim in his existimationem offendit, pœnam non affert, id quod in se quisq; debet de se facere, & se sibi acerrimum Iudicem constituere.

At in scitis Populorum, aut Iudicum Tribunalibus nõ obseruantur nec plus nobis adijciũt necessitatis, quam suus pudor cuiq; imponit; quod innuit Constant. in l. placuit C. de Ind. dũ inquit, Placuit in omnibus rebus præcipuã esse iustitiæ æquitatisq; scriptæ, quam stricti iuris rationem; Videmur enim nomine ius naturale intelligere; Sic Cicero 9. Philip. Cum sulpitiũ laudasset, quod non magis Iurisconsulti, quam iustitiæ esset, & quæ proficiscerentur à legibus, & iure ciuili semper ad Aequitatem refert iustitiam

ſtitiam pro naturali iure vſurpauit, quam eādē poſtea cum eam refert adſcriptas leges nominat æquitatem.

Ex quo videtur ſcriptam æquitatem appellare, quæ ſcriptis legibus interpretandis conſumitur, vt eam ſecernat ab ea Aequitate, quæ teſte Ariſtotile iurisgentium, & non ſcripto quādoq; accomodatur, quamuis qui correctiores ſunt codices non habent verbum ſcriptæ;

5 Nam Aequitas ſcripta propriè eſſe non poteſt vt ſupra in præcedenti cap. n. 8. & n. 26. fuit concluſum, & latius in ſequenti explicabitur, ſed eā intelligamus, quæ ſcripto iuri ſubminiſtrat, naturæ bonitatem, & clementiam, Ità diſertè ſcribit Connan., quem ad litteram citauimus, tùm quia clarioribus verbis explicari non poterat materia ipſa, tùm quia non apud omnes iuris profeſſores reſidet ipſius authoris opera.

S V M M A R I A.

1 *Error eorum qui diſtinguerunt inter Aequitatem ſcriptam, & non ſcriptam.*

2 *Declaratio Marij Salomonij circa Aequitatem ſcriptā, & non ſcriptam.*

3 *Impropriè appellatur Aequitas ſcripta.*

4 *Aquitas non contrariatur rigori, ſed illum temperat.*

An detur Æquitas ſcripta. Cap. III.



Robatū ſatis fuit ſupra in 1. cap. n. 7. & ſeq. ac cap. 2. nu. 5. Aequitatem eſſe ius non ſcriptum, quo ſtante erronea omnino videtur eorum D.D. traditio, qui in l. 1. C. de leg. & in d.

1 l. placuit C. de iudic. diſtinguerunt Aequitatem inſcriptam, & non ſcriptam quorum opinionem ſequitur Cephal. in repet. l. centurio num. 567. ff. vulgar. & pupillar. ac Miſinger. obſeru. 63. nu. 4. centur. 6. poſt Dec. in l. in omnibus de reg. iur., Contrarium enim probauit Eruditiſs. Conan. ſub d. num. 6. tit. de Aequitate, vbi aperte tradit nullam eſſe poſſe Aequitatem ſcriptam rationibus ibi adductis id quod deffinitioni Aequitatis conuenit; Si enim Aequitas eſt ius, quod lex ſcripta prætermiſit, nullo modo dari poſſe ſcriptam Aequitatem patet.

Verumtamen nodum hunc, ac D.D. repugnantiam mirificè tollit Marius Salomon. in rubr. ff. de iuſt. & iur. ſub nu. 24. verſ. & dixerit aliquis, quo loci inquit, quod vbi Aequitas exiſtit in ædicta Prætorum, ideſt quando ex Aequitate quidquā

2 ſtatuerunt ædicta Prætorum, Dicitur ſanè ſcripta Aquitas, ſiuè ſcriptum ius, ſed ſtatim atq; ſcripta fuit, deſijt appellari Aequitas, & cepit ius Prætorium vocari; Et quæq; aliæ leges ex bono, & equo vulgatæ, mox iuris legitime nomen ſuſceperunt, Veluti conſuetudo, vt ſcripta

3 legitur ſtatim incipit ius ſcriptum eſſe;

Et ſic cōſtat impropriū eſſe Aequitatē ſcriptā ſcripto contineri, quin in aliā ſpetiē, & nomen iuris tranſeat, vt probatur Pomponij verbis in l. 2. ff. de orig. iur. à qua ſententia non diſcrepat Cagnol. in d. l. in omnibus nu. 6. de reg. iur.

Cōcluſio igitur erit Aequitatē ſcriptā in legibus, ſiue Prætorum ædictis impropriè appellari Aequitatem, quæ propriè dicitur, vbi ſcripta nō eſt; ſed à iure naturali tantum dictata eſt; Et aduertendum Aequitatē nō cōtrariare rigori,

4 ſed illum tātum temperare, ſicuti aqua temperat vinum, vt poſt Dec. in l. ſi tibi pecuniam nu. 6. ff. ſi certum petatur; probat Monter. deciſ. Aragon. 15. nu. 26.

S V M M A R I A.

1 *Natura æqui, & boni eſt, emendatio legis ex ea parte, qua deficit ob vniuerſale.*

2 *In legibus continentur caſus tantùm qui vt plurimum accidere ſolent.*

3 *Omnia nec poſſunt nec valent ſcripto comprehendi.*

4 *Iudicis arbitrio multa relinquuntur, qui Aequitatis potius, quam iuris ſcripti rationem habebit.*

5 *Qui in duriorem ſententiam interpretantur leges ad ſeueritatem, & duritiam Similes ſunt ijs qui bonis, & ſalutaribus medicamentis ad pernitiem ægrotantium abutuntur.*

6 *Aequitas in iudiciis, & contractibus eſt præferenda rigori.*

7 *Aequitas in omnibus hominum actibus ſpectanda eſt.*

8 *Aequitatis vſus certis regulis definiri non poteſt.*

9 *Iudex æquitatem amplecti debet in his, quæ palam ſcriptis comprehenſa non ſunt, licet ſub iure ſcripto in genere contineri videantur.*

9 *Mens legis ſiue legiſlatoris, non illius verba attendi debet.*

10 *Scire leges non eſt earum verba tenere, ſed vim, & poteſtatem earum.*

11 *Exempla caſuum, in quibus de æquitate eſt indicandū.*

12 *Percutiens leuiter animo non ledendi, non dicitur iniuriam inferre.*

13 *Decretum Senatus Mediolani.*

13 *Hieronymi Parauicini Sen. Ampliſs. honorifica mētio.*

14 *Leges ſimiles telis araneorum.*

15 *Subditi æqualiter diligendi, & iudicandi.*

16 *Ex torquendo legum diſpoſitiones ad caſus ibi non expreſſos pernitioſe ſepius erratur.*

14 *Io. Baptiſta Trotti Sen. Præſidis Illuſtriſs. honorifica mentio.*

17 *Iudex ante oculos ſemper habere debet æquitatem naturalem.*

18 *Duabus concurrentibus Doctorum opinionibus, ea eſt præferenda quæ ſapit æquitatem.*

19 *Idem de iure Can., & in foro Eccleſ. quia vbi ius Canonicum continet rigorem, & ciuile ius, æquitatem ſequi debet ius ciuile.*

20 *Idem ſi tam rigor, quam æquitas eſt ſcripta.*

21 *Rigorem ſequi debemus ſi ſcriptus eſt; & æquitas non ſcripta.*

22 *Idem ſi rigor in ſpetie ſcriptus eſt æquitas vero in genere.*

23 Idem si rigor scriptus est in lege posteriori.
24 Contrarium tradit Cebal.

Generales traduntur regulæ, vt facilius de Aequitate in occurrentibus casibus iudicari possit. Cap. IIII.


Equi, & boni hæc natura est (vt ait Rebuff. in l.1.sub nu.8. vers. Aequum ab iniquo in fine ff. de iust. & iure)
1 emendatio legis ea ex parte, qua deficit ob vniuersale; Hæc enim est causa, vt non omnia sint lege compræhensa, quia de quibusdã impossibile est ponere legem; Hinc ait Iulianus I. C. de legibus quem refert Marius Salomon. in Repet. rubr. ff. de iust. & iur. sub nu. 20. quod neq; leges, neq; Senatus consulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoq; acci-
2 derint in ijs compræhendantur, sed sufficit ea quæ vt plurimum accidunt contineri Connan. dicto tit. de Aequitate sub num. 3. litt. A. in fine, qui nu. 2. ait, quod huic Aequitati legislatores dederunt locum in Iudicijs, quia omnia, nec
3 possunt, nec valent scripto comprænhendi Peguerra decis. 51. sub num. 2. vers. & similiter in fine, & ante eũ Alb. Bologn. tr. de lege, & Aequitate cap. 29. nu. 7. lib. 1. tract. fol. mihi 317. Quare decreto opus est indefinito; Namq; rei indefinitæ regula est sicut, & ædifficationis lesbia norma. Ad lapidis enim figuram mutatur, & non manet. Bolognet. d. tr. cap. 30. num. 15. vbi difusè lesbiæ regulæ explicat historiam. Et de-
4 cretum ad res ipsas simili modo. Ideo multa relinquũtur Iudicis arbitrio l. 1. ff. de effractoribus Salomon. loco relato nu. 29. in fine.

Qui Iudex æquitatis potius, quam iuris stricti, eiusdemq; scripti rationem habebit dicta l. placuit C. de iudicijs Cuiaccius de feud. lib. 2. tit. 1. ad Obertum de Orto lit. E. fol. mihi 503.
5 Et qui in duriorem sententiam interpretantur leges, & tanquam machina aliqua illius scriptũ contorquent, ad seueritatem, & duritiam. Proinde faciunt, ac qui bonis, & salutaribus medicamentis ad pernitiem egrotantium ab vtuntur qui à Grecis vocantur acerbi, & maligni interpretes, vt ait Conan. dicto tit. sub nu. 3. in fine.

Aequitas autem non solum in iudicijs, sed
6 etiam in contractibus rigori est præferenda Ias. in dicta l. placuit sub nu. 2. C. de Iud. quia in iudicijs, & contractibus æqualitatem esse seruandam scribit consultiss. D. Bimius cons. 361. nu. 8. lib. 4.

Immo in omnibus hominum actibus spectã-
7 da est æquitas, vt inquit Cagnol. in l. in omnibus nu. 1. de reg. iur. Quia sola ea est, quæ scripta dicta, factaq; non solum in legibus, verum etiã in testamentis, & alijs hominum actibus rectè interpretando aperit, distinguit, dilatat, cohibet, & supplet, vt recta suadet ratio, cuius veri ministri sunt I. C. Salomonius in dicta rubr. de iust. & iure nu. 19. in fine.

Quamuis igitur certis regulis deffiniri non
8 possit vsus æquitatis, vt tradit Rodericus tr. de annuis redd. lib. 1. quæst. 13. num. 44. Regula ta-
9 men erit Iudicem æquitatẽ amplecti in his, quæ palam scriptis comprænhensa non sunt, licet sub iure scripto in genere contineri videantur tex. est expressus in cap. ex parte in fine de transacti
9 Ias. in d. l. placuit num 3. de Iud.; spectabit enim mentem, non verba legis, legis conditorem, nõ legem Iudex l. non aliter ff. de leg. 3. Laurent. decis. Auenon. 96. in fine; cum scire leges non sit
10 verba earum tenere, sed vim, ac potestatem Conan. sub d. nu. 6. lit. B.

Exempli gratia si pæna sit lege comprænhensa
11 in eum qui ferro percusserit, non vtiq; illam irrogabit Iudex ei, qui clauicula hominem percusserit, vt doctè scribit Cuiaccius de feud. al. leg. lib. 2. tit. 1. ad Obertum de orto lit. F. & tradit Rebuff. in d. l. 1. sub n. 5. vers. est ars. ff. de iust. & iure, qui sic raciocinatur.

Si cum quis annullatus sit manum extollat, & percutiat; lege quidem scripta reus est, & inin-
12 riatus est alteri; Verè autem non est iniuriatus & id est æquum, & bonum facit l. Item apud §. 1. ff. de iniurijs cap. si quis pulsatus de penit. distinc. 1., Alia multa exempla tradit Peguera decis. 51. sub nu. 2. vers. deueniendo propè finẽ, cum vers. sequ. Vbi materiam hanc valde exornat.

Ex his, Aequitatem sequendo, temperare solet Senatus Mediol. pænas impositas habita ra-
13 tione, vel minoris ætatis, vel momentaneæ cõtrauẽtionis, de quib⁹ multa tradit exẽpla Amplifs. D. Senator Bell. lib. 2. de his quæ incõt. fiũt cap. 24. Cũ enim inter Titiũ, & Sẽpronium ventũ esset ad arma ex contentione; Titiusq; animaduertisset sibi maximũ vitæ periculum imminere ab aduersario, qui tormento bellico rotato armatus erat; statim in eum irruit, è manibusq; illius sclopum extorsit, & secum domum tulit, conjecti ambo fuerunt in Carcerẽ, Sempronius quem apparebat sclopum habuisse, prætextu minoris ætatis præcipuè se excusabat à pæna ordinaria, quæ ex edictis Principum est remi se ptenalis. Titius allegabat se tuendæ vitæ gratia sclopum abstulisse, vt eum Iudici consignaret, quamuis per aliquot dies detinuerit, atq; etiam detulerit.

Senatus die 6. Februarij 1620. refferente Am-
12 plissimo Senatore Hieronimo Parauicino æquitatem amplectendo, censuit vtrumq; ad remum
13 trienale damnandos, & sic Sempronio Profuit minor ætas, ne ex æquitate, ordinaria pæna afficeretur; Titio pariter profuit retentio ad euitandam pariter pænam ordinariam, licet obsuit quod non statim sclopum ad Magistratum detulerit, quia si momentanea fuisset detentio vtiq; impunè id tulisset.

Et

Et sic ob modicam delationem,& retentionē De Aequitate, & ipse Tirius à pœna ordinaria fuit excusatus; Multa alia tradit exempla Clar. qu.60. vers.primo quibus illis addo sequentes. Die enim 9. Iulij 1619. ratione minoris ætatis etiam concludenter non probatæ, dum tempore detentionis quidam N. emitteret barbam, qui sex elapsis annis in contumatiam fuerat cōdemnatus in pœnam rotæ ob proditorium homicidium, eum tantum remo perpetuo damnauit Senatus; Die vero 12. Nouembris 1620. reffe- rente Amplissimo, Eruditissimo,& Sapientissi-
14 mo Domino Senatore Io. Baptista Trotto, postea Illustris. Sen. Præside creato, condemnauit tantum in pœnam exilij triennalis Antonium Canem Papiensem reum confessum delationis scloppuli rotari, cū quo fuerat captus, ob minorē eius ætatem, etsi pœna ordinaria in viro nobili esset relegationis annorum septem.

Quamuis enim leges, (loquendo de Solonis legibus eiq; irridendo) affirmauerit Anacarres
14 similes esse araneorum telis. Quia quemadmodum ille, sic hę ex captis debiles atq; imbecilles detinent à Potentibus autem, atq; locupletibus rumpuntur, vt scribit Plutar. in vita Solonis; In hoc tamen Dominio ex vigilantia, & summa Aequitate Supremorum, & Inferiorum Tribunalium, locum nō habet tale Anacarsis dictum, quia apud hæc Tribunalia, non datur exceptio personarum, cum hi subditi æqualiter diligantur,& iudicentur, iux.cap.in Ind. de reg. iur. in sexto,& tanquā filij tractantur in iudicijs iuxta §. & eos in auth. vt Iud. sine quoq; suffragio.

Et sic superflua prouisio hic esset tex.in Cod. Theodos. in rubr.de offic.rect.prouinc.,de quo Rebuff. ad Const. Regni tr. de senten. execur. art.1.gl.10.n.4.in fine, cuius sequuntur notanda verba; Cessent iā nūc rapaces officialiū manus, cessent inquam, nam si moniti non cessauerint gladijs præcidentur, non sit venale iudicis verbum, non ingressus redempti, non infamer litigationibus Secretarium, non visio ipsa Præsidis cum pretio, Aequè aures iudicātis pauperrimis, ac diuitibus refferentur, absit ab inducendo eius, qui offitij Princeps dicitur prędatio vlla litigatoribus.

Et vt ad priora scripta redeamus. Ratio est, quia in subtilitatibus iuris, dum vnius legis dispositionem ad casum ibi non expræssum, extorquere quis conatur, perniciosè sæpius errat l. si seruum §. sequitur ff. de verb.oblig. Peregr. cons. 31. num. 21. lib. 5. Facit glos. in l.inter filios C. famil. ercisc̄edæ, vbi Bal. inquit
17 iudicem sequi debere Aequitatē, cum eam ante oculos semper habere debeat l. quod si ephesi in fine ff. de eo quod certo loco; Aequitatem scilicet naturalem, non Aequitatem à iure informatam quæ est idem, quod ius Cagnol. in l. omnibus num.5.ff.de reg.iur.; Sicuti in hoc genere seruandi Aequitatem plerumq; perniciosè errari habetur in d. l. si seruum §. sequitur ff. de verb.oblig. Cephal.in repet.l. centario nu. 578. ff.de vulgar.& pupill.

Quæ regula interpretari hoc pacto debet;
18 Primo vt duabus concurrentibus DD. opinionibus ea sit præferenda, quę æquitatem sapit ex plosa alia rigorem continente gloss. in l. si cum exceptione § sed & si quis ff. quod metus causa; Id quod etiam intelligitur in spectantibus ad
19 forum Canonicum, quia attenditur tunc ius ciuile, quod Aequitatem continet, omisso iure Canonico continente rigorem; Vt si Clericus iurauit soluere certa die attenditur tunc dies secundum ius ciuile, & sic iuxta l. more Romano ff.de seru. quod ius est æquius, quam Canonicum, Iason. in alleg. l. placuit nu. 2. in fine C.de Iud.Archid.in cap. quod à parribus 15.distinct., quos sequitur Costa de retrotrac. cap. 4.nu. 10.

Secundo si tam rigor, quam æquitas scripta
20 sit, Aequitatem sequi debemus Scala de consil. sap.lib.3.cap.14 D.Rhaud.decis.Pisana.2.num. 141.Odd.cons. 8.n.9. Si vero Aequitas non esset
21 scripta rigor autem sic, tunc præfertur rigor scriptus l. prospexit ff. qui, & à quibus l. 1. vbi D. D. C. de leg. Marc. Ant. de Amatis decis. 24. num. 25.

Item si Aequitas esset scripta in genere, rigor
22 autem in sperie, vt in præscriptionibus, tunc præfertur Aequitati rigor, vt species generi l. 1. ff.de vsucapion.; Idem quando rigor scriptus est
23 positus in l. posteriori quia derogat tunc æquitati legis præcedentis, gloss. in cap.extirpandæ de præbend. latissimè Ias.in sæpius citata l. placuit num.3.C.de Iud.quam sententiam sequitur Decius in l.si tibi num.6.ff. si cert.petat.& in l.in omnibus de reg.iur.vbi Cagnol. nu. 9. qui num. 10.13. & 14. Sublimitat diuersimodè ipsas limitationes, vt apud eum videri potest.

Quidquid in contrarium affirmat Cephal. in
24 d.l.centurio nu.568.ff.de vulg.& pupill.vbi tradit Aquitatem præferri rigori etiam scripto post; Decius enim citatus docet id procedere, vbi diuersæ sint D.D.opiniones; Quia licet posterior sententia continet rigorem, non est recedendum à prima continente Aequitatem.

Priori conclusioni, conferunt, quæ scribit Rendin. in eius promptuario tit. de reg.iur.nu. 21. fol. mihi 712., vbi tradit Aequitatem rigori præferri quotiescumq; æquitas, & rigor scripti sunt in genere, vel ambo in specie secus si æquitas in genere, & rigor in sperie.

SVMMARIA.

1 *Iudices inferiores multa de aequitate possunt iudicare Grauiora vero, & ambigua Principis, vel Senatus iuditio relinquuntur.*
2 *Exempla plura circa hanc assertionem.*
4 *Interpretari leges authoritatiuè spectat ad Principē, Doctrinaliter ad iurisperitos.*
5 *Populi Allobrogum rogarunt Principem, vt facultatē* iud.-

iudicandi de æquitate aufferret iudicibus.

6 *Laus Senatus Mediolani.*

7 *Decretum Senatus, quo cauetur quot Senatores interuenire hebeant eisdem sententijs.*

8 *Papirij Cattanei Amplissimi Senatoris honorabilis mentio.*

9 *Senatores quot resideant in Sen. Mediolani.*

10 *Io. Pauli ab Ecclesia Senatoris mox Cardinalis S.R.Eccl.*

11 *Alexandri Caluini mentio.*

Quæ personæ de Æquitate iudicare valeant. Cap. V.



Ontendunt interpretes, an qui supremæ sententiæ ius non habent ex æquo, & bono possint iudicare, cum hæc authoritas propria videatur esse Principis, vel Senatus non iudicis inferioris, Qua in re distingnendo docet Connan. alleg. lib.1.tit.de Aequitate sub nu.7. quid in hac materia iudex possit, quid Princeps, & Senatus valeat. Multa enim iudices inferiores decernere
1 possunt, grauiora autem vel ambigua Principis, vel Senatus iudicio remittere debent; Quod autem iudices inferiores secundum Aequitatē iudicare valeant est tex. expressus in l.benignius ff.de leg. Connan. d.nu.7.vers.quod celsi.

Quia, quando lex ambigua est, & quod accidit nescitur, an scripto legis comprehendi queat; Adeundus est Princeps, vel illius loco Senatus, qui eam interpretetur, & noua lege voluntatem suam declaret, si opus est, vt voluerūt Accur. & Iul. in l. & ideo ff. de leg. & supra traditum est in cap. . n. 10. ex Cuiacc. tract. de feudo. lib. 2. tit. 1. litt. E. Id quod expressè cautum est in l. 1. C. de legibus, dum ibi legitur inter Aequitatem iusq; interpositam interpretationē nobis solis, & oportet, & licet inspicere, de qua latissime D. Merenda, cuius opus post hæc scripta fuit impressum lib. 5. controuers. iur. cap. 47. nu. 10. cum seq.

1 Exemplum ponit Connanus loco relato per
2 totum d.n. in decreto de nouiter constituendo, quo filijs meretricum interdicatur muneribus, & honoribus publicis vacare, antequam ea feratur lex consulendus est Princeps, num etiam comprehendantur ij, qui nati sunt, priusquàm cepisset eorum mater incontinenter, & luxuriosè viuere.

Item obseruādum est, si lex apertè scripta sit, & Iam permultos annos vsus hominū recepta, & approbata) Ex facto tamen, & euentu quoddam, quia nunquam acciderat in dubium reuocetur, propterea quod ambiguum sit, an ad hoc factum sententia legis induci possit; nam si
3 induci potest, quamquam extra scriptū, Aequitatis beneficio recipietur, sin minus reiciendū est, ergo in tanta ambiguitate, cum hic Aequitas iubeat, hinc scriptū vetat, adeūdus est Princeps, vel Senatus, cui solum inter Aequitatem, iusq; arbitrium suum interponere, licet l. 1. ff. de leg. Ita scribit Lancell. Conrad. de iure publ. lib. 1. cap. de Imperat. nu. 12. fol. mihi 298., Et sic regula erit, cum apertè scriptum est, nec est obscura scriptoris voluntas, Iudex cognitionem, & consilium legis pro sua Aequitate sequi debet; Cum verò ambigua est legis sententia referendum est ad Principem, vel Senatum, qui eam corrigat, vel interpretetur. Id quod egregiè tradit Peguerra decis. 51. in fi vers. secundo limi-
4 tat; vbi scribit quod interpretari leges auctoritatiuè spectat ad Principem. Sot. de iust. & iure. lib. 1. qu. 6. ar. 1. vers. 2., Doctrinaliter verò ad Iurisperitos.

Dixi ad Principem, vel Senatum, quia Senatus locum Principis obtinet, vt in hoc Dominio Mediolanensi vigore No. Constit. in tit. de Senator. quibus omnis facultas, quæ prontia est Principis data est Senatui circa ea, quæ Iustitiæ tramites concernunt, & propterea ibi habetur tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus iudicare debere Senatum, quæ pro iustitia ei videbuntur opportuna.

Quæ authoritas concessa æque videtur Senatui Allobrogum teste Connano eod. loco nu. 7.
5 Et si illius populi agentes, rogassent Galiæ Regem, tunc ibi Dominantem, vt prouideret, ne Iudicibus, & Senatui illius prouinciæ liceret ex æquo, & bono iudicare, Quæ petitio prima frōte iniquissima visa fuit eidem Connano tunc Regio Consiliario, Quamuis expost cognouisse affirmat subditorum voluntatem eo tendere, ne cuiquam fas esset sub æquitatis speciæ vim, authoritateq; legum eludere; Quod sanè innuere voluit Francis. March. quæst. 13., vbi tradit, orādum, vt Deus nos præseruet ab æquitate Parlamenti, quem refert Sola ad consuet. Sabaudiæ tit. de modo suppl. à sententijs Senatus gloss. 2. num. 7.

Id quod semper absuit ab hoc Excellentiss. Mediolanensi Senatu in quo viros optimos, eruditissimos, exploratæ fidei, & limatissimi
6 Iuditij acrisq; ingenij delegit semper Potentiss. & Catholicus Rex noster, vt testatur etiam Menoch. cons. 479. nu. 20. Cuius Senatus deliberationes sanctæ, & iustissimæ dicuntur, & quæ fieri non possunt, nisi saltem assistentibus, qua-
7 tuor ex Amplis. Senatoribus, vltra Illustriss. Præsidem, vel Propræsidem, vt declaratum fuit per eundem Excellentiss. ordinem super interpretatione Regiarum litterarum datarum ad preces D. Marchionis Carrauagij in causa intētata, contra D. Ducem Elbeti die 4. Septemb. 1619., & in causa D. Comitis Trecati contra eā-
8 dem Communitatem referēte Amplissimo Senatore Papirio Cattaneo Iurisconsultissimo, & in omnibus scientijs Peritissimo, consumatissimo, & occulatissimo eiusdemq; Senatus Decano, quem Insubriæ clarissimum lumen appellat D. Senator Bellonus lib. 1. de Incont. cap. 57. num. 6.

Duo-

Duodecim etenim Senatores Iurisperitissimi resident in Senatu Mediolanensi cum Illustris. Praeside; cum duo alij Praeturis Cremonae,
9 & Papiae incumbant. Quamuis alias ab antiquis Ducibus Mediolanenlib. Senatus 27. Senatoribus constaret, videlicet duodecim Iurisperitis, quinq; Praelatis, & nouem militibus; mox anno 1490. auctus fuisset numerus Iurisperitorum ob Praeturam Cremonensem, quae primo loco d. anno fuit demãdata Senatori Benedicto Tonso, qui maximo cum illius Ciuitatis maerore antè exactum biennium ibi decessit, & vltimo loco anno 1564. auctus fuisset etiã numerus Senatorum, demandando Praeturam Papiensem
10 Senatori Io. Paulo ab Ecclesia Eximio I.C. Derthonensi, mox ob maximas eius virtutes anno 1568. die 24. Martij Cardinali creato à Pio Põtifice maximo huius nominis Quinto viro sanctissimo, qui Cardinalis amplissimus, vti sanguine coniunctus, fuit tutor Alexandri genito-
11 ris mei tunc Infantis, quem penes se primo in hac Mediolanensi Ciuitate, mox in Alma Vrbe educari curauit.

SVMMARIA.

1 *In contractibus societatis iudicatur de Aequitate.*
2 *In diuisionibus, & successionibus iudicatur de Aequitate.*
3 *Aequalitas est pars Aequitatis.*
4 *Aequalitas parit concordiam inter liberos.*
5 *Iudex vti quoddam animatum iustum iura vtriusq; partis perpẽdere debet, & quod medium, & iustum est iudicare.*
6 *Dictum pulcrum S. Ambrosij.*
7 *Lex Solonis facultatem dans testandi ijs solum, qui liberos non habebant.*
8 *Inter Affines iudicatur de Aequitate.*
9 *In Arbitramentis iudicatur de Aequitate.*
10 *In causis in quibus proceditur de iure Pontificio iudicatur de Aequitate.*
11 *In Curia mercatorum iudicatur de Aequitate.*
12 *Inter Vicinos iudicatur de Aequitate.*
12 *Vicinus vicino aditum praestare tenetur.*
12 *Iudicatur de Aequitate in his, quae lex remisit arbitrio.*
13 *Iudicatur de Aequitate in omnibus contractibus bonae fidei.*
14 *In his contractibus ob laesionem enormissimam proceditur ad rescissionem.*
15 *Rescissio contractus ob laesionem enormissimam non habet locum in conductoribus Gabellarum, & Architectis, qui eorum periculo aedificia construenda conducunt.*
16 *Idem in permutatione beneficiorum.*
16 *De Aequitate proceditur in causa dotis.*
17 *De Aequitate iudicatur in omnibus causis in quibus proceditur summariè, de plano sine strepitu, & figura iuditij.*
18 *Idem in omnibus exceptionibus.*
19 *Exceptio omnis quamuis odiosa nititur Aequitate.*
20 *In vltimis voluntatibus Aequitati maximè attenditur.*
21 *Aequitas locum habet in statutis.*
22 *Aequitatem quis sequi debet in opinionibus.*
23 *De Aequitate iudicatur in rescriptis.*

Particulares contractus, & actus ennarantur in quibus de Aequitate proceditur.
Cap. VI.

1 Multi sunt hominum contractus, qui Aequitatem desiderant, &
Primo societas in qua siuè tacita, siuè expressa maxĩam Aequitatem spectãdam esse habetur in l. verum ff. pro socio, & notat in l. sunt qui ff. de re iudic. Cephal. cons. 8. num. 5. in fin. latissime Gracian. lib. 4. discept. forens. cap. 728. nu. 14. cum seq. Quia inter socios proceditur de bono, & equo, vt subijcit ibidem Gracian. nu. 15.
2 Secundo in successionibus, & diuisionibus liberorum de Aequitate proceditur, quia cum
3 pars Aequitatis sit Aequalitas, vt ait Seneca in epist. 32. Aequalitas, omnino seruanda est in-
4 ter ipsos liberos, quae concordiam parit, & que inter liberos colli sum̃opere, & obseruari debet tex. est in l. inter filios C. famil. ercisc. und., Iudex enim iudicaturus, presertim inter fratres
5 & nepotes debet esse medius, & vt quoddam animatum iustum partis vtriusq; iura eque perpendere, & quod medium, & iustum fuerit iudicare, vt ex Aristotile lib. 5. Ethicorum tradit Ancar. cons. 208. in princip.
6 Hinc scripsit Diuus Ambrosius de Patriarcha Ioseph cap. 2., iũgat liberos equalis gratia, quos equalis iunxit natura; Et Solon. prudentissimus Athenien. legislator teste Plutarco in eius vita;
7 Testamentorum iura sanè constituit, tamen testandi licentiam, non quibus vis, sed ijs tantum concessit, qui liberos non haberent, ad eum finem, vt liberi equales remanerent, Anneus Robert. lib. 1. rem iud. cap. 15. vers. pro Genero cum sequ.
Tertio inter affines, siuè in litibus, & discor-
8 dijs inter affines vigentibus Aequitas, maxime spectanda, & obseruanda est l. verum ff. pro socio, & l. sunt, qui ff. de re iud. Cephal. dicto cõs. 8. nu. 5. in fine.
9 Quarto in arbitramentis de aequo, & bono proceditur cum Aequitas sola spectari debeat, non autem exacta feueritas, aut id quod immitè est, Anneus Robert. lib. 3. cap. 8. vers. eadem ratione, & vers. pro Titio, vbi ait, quod victus sine dedecore sine tedio, & damnosa litis diuturnae expensa quidquid aequum est prestare iubetur.
10 Quinto in causis in quibus proceditur de iure Pontificio, vt in Statu, & foro Ecclesiastico, cum ius Pontificium magis Aequitatem, & facti verita-

veritatem attendat, quam iuris apices cap. vt
debitus de appell., & cap. ſicut Romana vbi ſu-
pra nu.22. eodem tit., Io. de Amicis conſ.128. n.
3. D. Bimius conſ.98.n.92. & ſeq.lib.1., vbi affir-
mat hanc concluſionẽ procedere etiam in cauſis
coram Supremis Tribunalibus pendentibus.

Sexto in Curia mercatorum de Aequitate iu-
11 dicari debet cum in ea procedatur ſola facti ve-
ritate inſpecta, vt pleniſs. tradit Barz. deciſ.107.
à nu.31. vſque ad num.39. Coſta remed. ſubſid.
12.nu.4. in fine: & ante eos Menoch. conſ.121.
nu.53., ac nouiſs. probat conſultiſsimus Domi-
nus Bimius conſ.368.nu.14.lib.4. Cujus Aequi-
tatis intuitu poſt hæc ſcripta menſe Iulij 1631.
refferente Ampliſs. D. Senatore Octauio Vil-
lano Viro in rebus grauibus gerendis, ac lega-
tionib⁹ reiteratis inter Cęſareã, & Cath. Maeſt.
verſatiſs. ac Vigilantiſs. Conſiliario, poſtea Re-
gente Illuſtriſs. creato, Cenſuit Senatus inter
Vellatum, & D. mercatores, non teneri ſcilicet
ipſum D. ad pręſtandũ depoſitum, requiſitum à
No. Conſt. in tit. de off. Abb. & Conſulis mercat.
§. is tamen, ſed tantũ loco depoſiti fideiubere
debere, id quod alias etiam declarauerat, Se-
natus ipſa vt teſtatur Ampl. Sen. Bellonus lib.2.
de incontr. c. lib. 2.

12 Septimo inter vicinos Aequitas locum habet
l.1.§. permittitur ff. de aqua quotidiana æſtiua,
Socin. Iun. conſ.16.nu.16.lib.1., Ex quo infertur
12 vicinum vicino aditum præſtare teneri ſi per
aliam viam tranſire non poteſt, vt notat gl. in l.
per agrum c. de ſeruit. Flor. in l. Diuus ff. de ſer-
uit. ruſt. prędiorum, dummodo tamen ſoluatur
talis commoditas, & pręſtetur in loco minus
damnoſo l. ſi locus ff. quem ſer. amit.

De Aequitate pariter proceditur in his, quę
12 alicuius arbitrio remittit lex, vel hominis vo-
luntas. Quandoquidem Viri boni arbitrium ex
ratione, & Aequitate accipitur l. quod ſi Epheſi
ff. de eo, quod certo loco Aret. in l. continuus
§. cum ita nu.6. ff. de verb. obligationibus Giur-
ba ad ſtat. meſs. cap.3. gloſ.2. par.1. nu.22. fo.333.

Nono. Aequitas prędicta ſpectanda eſt in
13 omnibus contractibus bonę fidei, vt em-
ptionis, venditionis, locationis, permutationis
& emphiteuſis alijſq; ſimilibus, vt dò vt facias,
& in æſtimatione rei datæ in dotem, ac in tran-
ſactione, & in diuiſione hęreditatis in quibus
ob lęſionem enormiſsimam de Aequitate pro-
14 ceditur ad reſciſionẽ iuxta l. 2. Cod. de reſcind.
vendit. quia in ijs ex equo, & bono proceditur
Rebuff. ad Cõſtit. Regni lib.2. tr. de reſciſi. cõtr.
art. vnico gloſ.15.nu.6.7. 12.18. & 26.

Quæ concluſio limitatur in conductoribus
15 Reg. Gabellarum, & in Architectis, qui ſuo pe-
riculo ædificia conſtruenda conducunt, ſi enim
beneffitio d.l.2. Cod. de reſcind. vendit. gaudere
nequeunt, vt probat Pãtaleo Cremenſ. in repet.
eiuſdem l.2.nu.14. & 16. qui nu.18., idem proce-
16 dere tradit in pręmutatione beneffitiorum poſt
Didacum lib.1. var. reſol. cap.5. nu.8.

Decimo de Aequitate proceditur in cauſa
16 dotis, vt tradit Bal. Nouell. de dote par.1. priuil.
44. n.2. Cephal. cõſ.584. nu.14., & in cauſa matri-
moniali Cephal. conſ.570. nu.33. lib.4.

Prætera de Aequitate iudicatur in omnibus
cauſis in quibus proceditur ſummariè de plano
17 ſinę ſtrepitu, & figura iuditij, ſola facti veritate
inſpecta, vt probat Fachin. lib.8. controuerſ. iur.
cap.53. fol.1586., Prout de Aequitate iudicatur
18 in omnibus exceptionibus; cum exceptiones
ſua natura procedant ex Aequitate l. qui æqui-
tate ff. de doli exceptione, Signor. conſ.139. col.
2. qui ait Aequitatem eſſe matrem exceptionis
Azo. in ſumma tit. de except. vbi ſcribit omnem
exceptionem inniti æquitate quem ſequitur
Bargal. tr. de dolo tit. de dolo dãte cauſam nu.
64. cum ſequ. lib. 2. & ibi ſcribit exceptionem
19 quamuis odioſam, nũquã tamen carere Aequi-
tate, faciunt tradita per Gratian. lib.4. diſcept.
for. cap.728. nu.15.

Neque ommittendum eſt Aequitatem multũ
operari, ẽt in vltimis voluntatibus iuxta tex. in
20 auth. de nuptijs §. diſponat de quo Rol. à Valle
21 conſ.6.nu.13. lib.4. & tex. in l. maximum vitium
C. de liber. præterit, Prout in ſtatutis locum ha-
bere debere Aequitatem tradunt Scrib. in l. in
omnibus quidem ff. de reg. iur. & ſequ. Iaſ. in l. ſi
is qui nu.362. ff. de vſucapion.

22 Deniq; Aequitas locum habet in hominum
opinione, quia in diuerſitate opinionum; eorum
opinio eſt ſequẽda quæ eſt benignior, & æquior
Abb. in cap. 2. extra de conſanguineitate ſpiri-
tuali Caualcan. deciſ.25. nu.5. deciſ.44. nu.34.
par.1. & deciſ 4. nu. 34. par.3. Prout etiam locũ
habet Aequitas in reſcriptis, quia in dubio co-
23 miſsio contenta in reſcripto intelligitur ſecun-
dum Aequitatem vt notat Bal. l. eodem verſ. ſed
quid pro vno in fi. C. locar.

SVMMARIA.

1 *Aequitas quædam Generalis, eſt quædam particula-
ris ab ea dependens, quæ cuique negotio applicatur.*
2 *Contra executionẽ Cameralem non datur compenſatio.*
3 *Aduerſus Cameralem obbligationem inſtrumentariam
non poſſunt opponi niſi exceptiones falſitatis, ſolu-
tionis, & quitationis.*
4 *Contrarium verius de Aequitate.*
5 *Iurans ſoluere poteſt compenſationem opponere.*
6 *A iudicis arbitrio pendet admiſſio compenſationis.*
7 *Non videtur honeſtè agere eum iterum volentem exi-
gere, quod ſibi debetur, nec ſoluere quod debet.*
8 *Debitum, quod compenſari petitur, debet eſſe liquidũ,
vel quod incontinenti poſſit liquidari.*
9 *Compenſatio de illiquido ad liquidum admittitur in iudi-
cijs, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta.*
10 *Compenſatio admittitur ſemper, vbi debitor eſt pauper,
& multis filijs oppreſſus.*
11 *Compenſatio poteſt deduci etiam in executione ſenten-
tiæ, & captis pignoribus.*
12 *Compenſare idem eſt, quod ſoluere.*
13 *Compenſatio non admittitur in caſibus qui dilationem
non recipiunt.* Com-

14 Compensatio non admittitur in debito ex causa victuali.
15 Compensatio non admittitur in causa subsidij caritatiui, & pensionum, quæ soluuntur pro alimentis.

De Compensatione admittendam aduersus Cameralem executionem. Cap. VII.



Voniam est quędam generalis Aequitas latissime patens; est, & alia particularis ab ipsa generali descendens,
1 quæcuiq; negocio applicatur interpręrando, vt tradit Salomon. in d. repet. rubr. de iust. & iur. sub nu. 17. Ad particularem descendere statuimus, vt casus singuli (Deo dante) in quibus de æquitate iudicandum est distinguantur.

Et primo licet iure cautum sit, quod contra executionem Cameralem non admittatur com-
2 pensatio Scrib. in cap. veniens de iure iurando Afflic. decis. 381. per totum, vbi reprobat Bart. aliter sentientem in l. 1. amplius non peri ff. rem ratam haberi cuius Afflicti sententiam sequitur Capic. decis 167.; Cum aduersus Cameralem obligationem instrumentariam aliæ exceptio-
3 nes opponi non possint, quam falsitatis, solutionis, & quitationis, siuè pacti de non petendo Bart. in l. 1. §. & parui refert ff. quod vi, aut clam Cassad. decis. vnica tit. de mut. perit., quos sequitur Galef. tract. de obligat. Cameral. quæst. 1. ad quartam par. nu. 2.

De Aequitate tamen admittitur compensa-
4 tio, maximè si debitum compensari petitum, factum esset post tempus obligationis Cameralis, quia tunc compensatio admittitur etiamsi obligatio Cameralis fuisset iurata.

Qui enim iurat soluere potest compensationē
5 opponere, cum non soluat, eo quia sibi non satisfacit debitor Bart. in d. l. amplius ff. rem rat. haberi, Socin. in l. Iulianus col. penult. ff. de condic. & demonst. Tindar. de compensat. qu. 7. col. 4. Galef. d. tract. de oblig. Camer. par. 4. qu. 2. nu. 7. cum seq. vbi ex eod. Afflict., & alijs tradit, quod aliqua Aequitatis ratione concurrēte de-
6 biti liquidi admittitur compensatio; Idq; pendere à Iudicis arbitrio tradit, vt consideratis circumstantijs compensationem admittat, vel reijciat.

Sicut è contra non videtur honestè agere cre-
7 ditor volens huius obligationis prætextu exigere, quod sibi debetur, nec soluere quod debet Galesium sequitur Grao. lib. 1. discept. forens. cap. 39. nu. 7. & cap. 129. nu. 18 & 19. Quia inique tunc agere dicitur creditor idem Gratian. cap. 728. num. 19. lib. 4. Et dicitur propria Aequitas, quæ scripta non reperitur, sed à ratione naturali subministratur.

Declaratur tamen conclusio ipsa, vt debitum
8 quod compensari petitum est sit liquidum, Vel incontinēti liquidari possit, nec requirat altiorem indaginem Gratian. vbi supra nu. 7., & cap. 129. nu. 19. Surd. decis. 44. nu. 17. cum duob. seq. Costa remed. subsid. 11. num. 8. & tract. de claus. conuent. claus. 97. latè Amplis. D. Senator Bellonus lib. 1. de his quæ incont. fiunt cap. 17. nu. 2.

Quamuis in iudicijs in quibus proceditur so-
9 la facti veritate inspecta de Aequitate admittitur compēsatio de illiquido ad liquidum; Idem vbi debitor est pauper, & onere multorum filio-
10 rum oppressus, vt probat Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de compensat. resol. 1. sub num. 7. vers secundo declaratur, & vers. 4. declaratur, vbi materiā compensationis latissimè examinat; Cæterum ex D. Senatore Bellon. all. num. 2. habetur compensationem posse de-
11 duci etiam in executione sententiæ, & capris
12 etiam pignoribus; Compensare enim idem est, quod soluere l. solutionis ff. de solut. Alba cons. 501. n. 8 Carol. de Crassis tract. de except. 16. except. nu. 7 & 9.

Sicuti compensatio ipsa nō admittitur etiam
13 cū liquido debito in casibus in quib' delatio nō admittitur, vt alimentorum l. in ea quæ Cod. de compensationibus Papiens in forma libelli per
14 leg. rei sing. in princip. num 85., Et in quocunq; debito ex causa victuali l. ob negocium, vbi glo. & Bar. de compensat Prout idem procedit quā-
15 do qui solui debet pro pensionibus, & exactionibus subsidij caritatiui, quæ pariter debentur ratione alimētorum ita probat Surd de alimen. tit. 8. priuil 53 nu 8., Cigas de pensionibus qu. 92. nu 4. Crass de except. cap. 16 nu. 64 quem sequitur Gratian. d. c. 728 n. 32 cū quatuor sequen.

SVMMARIA.

1 *Captatoria voluntas quid sit, qua dicitur prohibita.*
2 *Testamentorum dispositiones per se firma esse debent.*
3 *Pia causa fauore captatoria dispositio valet de Aequitate.*
3 *Ius naturale siue gentium respicit Aequitatem.*
4 *Vltima dispositiones licet committi non possint alicui, potest tamen committi distributio, & declaratio dispositionis.*
5 *Dispositio vltima contra bonos mores ciuiles non tenet.*
6 *Idem quando fieret contra bonos mores de iure Canonico, vt si factum nutriret peccatum.*
7 *Pia causa est valde priuilegiata, cum reijciat omnes solemnitates, & superstitiones.*
8 *Pia causa fauore sufficiunt duo Testes in instrumentis Testamentorum.*
9 *Id quod procedit etiam in terris Imperij, & non obstāte quacunque lege etiam municipali.*
10 *Relicta ad pias causas debent iudicari secundum Canones, & iura diuina, & naturalia seu gentium, non secundum leges ciuiles.*
11 *Pia causa fauore non admittitur petitio consilij sapientis.*
12 *Decretum Senatus in ea materia.*
13 *Consilij sapientis petitio non admittitur; vbi negocium non habet probabile dubium.*

14 Consilij

14 *Consilij sapientis petitio non admittitur in causa meritritum.*
15 *Captatoria institutio duplex est.*
16 *Exemplum Captatoriæ disfcendentis ex affectiones.*
17 *Institutiones aucupari non est alienum à bonis moribus.*
18 *Benefacientibus beneffacere docet natura.*
19 *Exemplum Captatoriæ in tertij arbitrio collata.*
20 *Captare est aliquid desiderio, & aucupio habere siue consequi.*
21 *Secretum alienum rimari est contra bonos mores.*
22 *Secreta Testantium in vita querere est contra leges.*
23 *Ecclesia dicitur cultrix, & auctrix iustitiæ.*
24 *Religiosi non debent retrahere voluntates Testatorum, à legato, vel ellectione sepulturæ in sua Ecclesia, matrice, blandis, verbis.*

Captatoria dispositio ad pias causas valet. Cap. VIII.

1 CApcatoriam voluntatem eam esse habetur in l. captatorias ff. de hæred. instit. quando institutio confertur in alienam voluntatem, quam institutionem vitiosam esse declarat tex. in l. illa institutio ff. eodem, vbi Gaius I. C. inquit illos, institno, quos Titius voluerit, ideo vitiosa est, quod alieno est permissa arbitrio, Quia satis constanter veteres decreuerunt Testatorum iu-
2 ta pro se firma esse oportere non ex alio arbitrio pendere, quod etiam probatur in l. si quis Sempronium ff. eodem tit. glos. in l. captatorias C. de Testam. militum; materiam hanc optimè distinguit Bal. in l. executorem vers. restat querere col. 2. C. de execut. rei Iud., & Angel. cons. 22. inter cætera quæ continentur vers. secundo præmitto, quos sequitur Rodericus Suarez tit. de captat. volunt. nu. 1. cum tribus sequentibus, & de qua materia abundè Surd. decis. 7. 53. 63. 68. & 98. Menoch. cons. 699. & Peregr. cons. 31. lib. 5.

3 Captatoria tamen dispositio ad pias causas facta de Aequitate sustinetur, & valet etiam si de rigore iuris aliter videretur dicendum. Namq; in dispositionibus ad pias causas non attenditur dispositio iuris ciuilis, sed solum iu-
3 risgentium quod Aequitatem respicit cap. cum esset, & cap. relatum il 1. de testam. Captatoriamq. voluntatem tantum prohibitam esse de iure ciuili iam supra probauimus. Ergo de iurigentium Aequitatem continente sustinetur.

Additur præterea quod hanc partem tenentes (vt infra ostendetur) mouentur etiam ex textu in cap. cum sibi de testamentis. quo ibi committitur ellectio pauperum non substantia dispositionis, quod non est prohibitum vt probatur in l. vtrum §. 1. ff. de rebus dubijs.

Cum licet non posit quis testari per alium, nec committere alijs supremum suum iuditium
4 componendum; Potest tamen illud committere distribuendum, & declarandum l. illa institutio ff. de hæred. instit. l. Theopompus ff. de dote prelegata; huiusq. sententiæ fuit Bart. in l. 1. nu. 64. C. de sacros. Eccles. & in dicta l. Theopompus ff. de dote prælег., ac in l. quidam, & l. vtrum ff. de reb. dubijs, quem sequitur Alex. cons. 14. nu. 7. lib. 2. Parif. cons. 83. nu. 29. lib. 4. & cons. 45. nu. 13. lib. 3. Ias. cons. 110. nu. 3. lib. 1. Socin. cons. 53. nu. 17. lib. 1. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuil. 64. vbi hanc magis communem esse sententiam testantur. Et clarius quam alij eandem sententiam declarauit Alex. Trentacinq. lib. 1. var. ress. tit. de pia causa resol. 2. per totum, quo loci scilicet nu. 2. tradit, non obstare rationem in contrarium adductam per eos, qui contrariam opinionem tenent, videlicet quod dispositio iuris ciuilis seruari debet etiam in pijs causis, quando per eam remouetur deceptio, vt est captatoria voluntas; si ea enim non obseruaretur, repugnaret bonis moribus secundum Bart. in dicta l. 1. nu. 80. C. de Sacros. Eccles.

Namq; id procederet quando fieret contra
5 bonos mores ciuiles Feder. de Senis cons. 140.
6 Item quando fieret contra bonos mores de iure canonico cap. non obligatorium de reg. iur. in 6. Quod fieri dicitur quando factum nutrit peccatum, & sic vergit in dispendium æternæ salutis Crau. cons. 229. sub nu. 5. & ante eum Corn. cons. 294. nu. 4. & 5. lib. 4.

Pia causa enim multa habet priuilegia, ita vt
7 in ea reiectas esse omnes solennitates, neglectas omnes subtillitates, & superstitiones esse statuit Imperator in l. 1. C. de Sacros. Eccles.
8 quia in ea cessant solennitates solitæ testamentorum cum duo testes sufficiant, vt tradit Bart. in dicta l. 1. n. 75. & post Tiraquell. de priuilleg. Piæ causæ priuil. 2. Polid. Ripa tract. de actis in mortis articulo cap. 19. nu. 8. & cap. 62. nu. 4. qui Author dicto nu. 8. respondit ad tex. l. generali C. eodem tit vbi habetur relicta ad pias causas valere, si Testamentum omni iuris ratione sit munitum; De rigore enim hunc textum loqui
9 tradit. De Aequitate verò Canonica iudicandum esse concludit, etiam in terris Imperij, non obstante quacunq; lege etiam munipali, ex Bar. in d. l. 1. num. 83. qui scribit; quod non obstante, aliqua lege communi, municipali, aut Imperiali facta vel fienda, relicta ad pias causas debent
10 iudicari secundum Canones, & iura diuina, & naturalia, seu gentium, non autem secundum leges; etiam si iudex sit secularis, & in terris Imperij, id quod statuit etiam Concil. Trident. sess. 22. cap. 8.

Quia ius canonicū benignitatem, & Aequitatem illam de iure gentium solum hoc in casu respicit, nec alligatur regulis iuris ciuilis, vt sentit glo. in d. cap. cum sibi de testament. Nicet. in reper. l. Gallus nu. 73. ff. de lib. & posth.

Cuius piæ causæ intuitu consilium sapientis quod in omnibus causis petitum dari debere

dispo-

disponunt No. Constit. de iudicijs cap. his per
11 actis. Nam admittitur in relictis ad pias cau-
sas, in quibus Constitutiones ipsas minimè lo-
cum habere declarauit Senatus Excellentiss.
12 die 16. Ianuarij 1599. fauore Monasterij trium
Magorum oppidi Vicqueriæ, vt refert, Ripa de
act. in mortis articulo d. cap. 19. nu. 18. Prout
13 locum pariter non habere dictam constitutio-
nem, quoties negocium non habet probabile
dubium probat Alba cons. 197. nu. 2. quem se-
quitur Ripa loco citato nu. 16. cum sequ.

Quemadmodum consilium sapientis, neq;
etiam admittitur ex dispositione No. Constit.
in tit. de meretricibus, & Lenon. (vt de tepia
14 ad profanissimam, & honestati resistentem
gradum faciamus) in causis tam ciuilibus, quã
criminalibus meretricum cum quibusuis per-
sonis pendentibus, vers. Iusdicentes ordinarij,
procedendo in his summariè, de planò, sine
strepitu, & figura iudicij, omissa omni solemni-
tate iuris, & statutorum, etiam diebus feriatis,
& non feriatis; eà ni fallor ratione sic prouisum
fuit per Nouas Constitut. vt infelix id genus
mulierum vagari non habeat per forum, & Tri-
bunalia, sed quam citius earum causæ expe-
diantur.

15 Cæterum omittendum non est, duplicem esse
Captatoriam institutionem, vnam scilicet, ad
quam mutua affectione prouocamus, secũdam
verò, quæ confertur sub ea conditione, qua se-
cretum alienæ voluntatis detegatur. Hæc enim
regulariter reprobatur, illa licita dicitur all. l.
Captatorias ff. de hæred. instituen.

16 De prima exemplum datur, si mulier egra
vellet testari, virq; maritali sermone, & blandi-
cijs, (vt fieri solet), intercederet se hæredem
institui, quia tunc institutio diceretur capta-
toria, & valeret, Bar. in l. Lucius §. Sempronia
ff. de leg. 2. blandicijs enim, affectionibus, ami-
citijs, siuè officijs, ac suggestionibus causata
17 dicitur hæc captatoria institutio, neq; à bonis
moribus alienum est aucupari institutiones of-
ficijs, sed laudabile est, cum natura suadeat, vt
18 benefacientibus benefaciamus l. sed, & si lege
§. consuluit ff. de petit. hæred. Nicer. in repet.
l. Gallus nu. 64. cum sequ. ff. de lib. & posth.
cum liceat rem suam bene agere, fraude omissa
glo. in l. non est enim verbo deliniimentis ff. de
inoff. testam. Gratian. lib. 4. discept. forens.
cap. 659. nu. 4. cum seq. vbi plenè hanc materiã
pertractat.

19 De secunda exemplum habetur, si quis insti-
tuit Seium in ea parte in qua ipsum instituen-
tem hæredem scripserit Titius, Quia huius in-
stitutionis condicio confertur ad secretum
alienæ voluntatis detegendum, & dicitur cap-
20 tatoria qua si deceptoria, & aucupatoria, cum
captare sit desiderio, & aucupio aliquid habe-
21 re, contra bonos mores verò est velle aliorum
secreta rimari, & nudare alicuius intima, facit
l. 3. §. tametsi, ff. de arbitrijs.

22 Nec est secundum leges querere secreta te-
stantium in vita eorum l. 1. §. si dubitetur ff.
quemadm. testam. aperiatur latiss. Nicer. in
repet. d. l. Gallus nu. 66. & seq. ff. de lib. &
posth. vbi materiam hanc plenè excussit, nu. ve-
rò 70. concludit, & ipse tale testamentum vale-
23 re fauore Ecclesiæ, quæ vti cultrix, & autrix
iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid
fieri in se, vel in alterum cap. 1. de alienan.
feudis.

Qui auctor nu. 6. monet Religiosos, ne retra-
hant Testatores à legato, vel electione sepultu-
ræ in sua Ecclesia matrice blandis verbis, aliàs
incurrunt pænas clem. 1. §. quibus de priuil. &
excess. priuileg., Ricc. in prax. for. Eccle-
siast. decis. 662. nu. 5. latè Gratian. alleg. cap.
659. per totum.

SVMMARIA.

1 *Posthumi prætensione rumpitur testamentum.*
2 *Si tamen natus est, & decessit Posthumus ante testato-
rem, licet post testamentum, sustinetur testamentum.*
3 *Versum non dicitur, quod versum non durat.*
4 *Idem in satisdatione.*
5 *Testamentum nullum ob filij præteritionem reconua-
lescit illud approbante filio.*

Testamentum in quo fuit præteritus Posthumus, qui viuo testatore decessit, sustinetur.

Cap. IX.

APhricanus I. C. in l. si posthumus. ff.
1 de lib. & posthum. ac Imperator
Iustinianus in l. quod certatum C.
de posthum. hæred. instit. statue-
runt posthum. præteritione rumpi
testamentum, id quod etiam procedere ibi ha-
betur, si illicò natus decedat, Quam conclusio-
nem more suo subtiliter pertractat Ampliss. Se-
nator D. Paulus Bellonus lib. 1. de his quæ in-
continenti fiunt cap. 43. per totum.

De Aequitate tamen si posthumus nascatur
viuo Testatore, & decedat, sustinebitur testa-
mentum, poteritq; hæres scriptus bonorum
possessionem secundum tabulas accipere, vt
probat dictus Amplissimus Bellonus loco rela-
2 to post Menoch. cons. 130. nu. 17. vers. quarto
accedit, vbi tradit dispositionem d. l. Posthum.
fundatam esse in sola Aequitate, licet iuris
scrupolositate, nimiaq; subtilitate testamentum
ruptum videatur, vt ait Vulpianus in l. Posthu-
mus ff. de iniusto, rupto testam.

3 Ratio ea esse potest, quia versum non vide-
tur quod versum non durat l. si pro parte §. ver-
sum ff. de in rem verso, prout satisdatio, quæ nõ
durat, satisdatio non est l. 1. §. quod ait Prætor
ff. quorum legatorum, vt tradit Anneus Rober-

rus lib. 3. rerum iudicatarum cap. 8. litt. E. cum seq. pag. 642. quem refert dictus Amplissimus D. Senator Bellonus citato loco, eandem sententiam sequitur Alex. in l. cæterum. nu. 9. vnde legit. quem sequitur Crassus de successionibus §. bonorum possess. qu. 5. nu. 6. vbi de Aequitate reconualescere testamentum probat. Ad rem faciunt etiam tradita per Odd. de substit. in Prælud. par. 2. fol. 11. vers. limitatur tertiò, propè finem.

Propterea, si testamentum nullum erat ob filij præteritionem, tamen secuta filij approbatione testamentum ipsum Aequitate Prætoria suadente, reconualescit, vt probat Costa remed. subsid. 31. nu. 8.

SVMMARIA.

1 *Ventri prægnanti assignatur tres partes hæreditatis in diuisione cum fratre cohærede vel &c.*
2 *Si pauciores nati sint residuum pro rata accrescit primo filio, si plures, decrescere debet eius portio ad ratam.*
3 *Incertitudo nascitur orum non impedit cohæredem adire, & hæreditatem diuidere.*
4 *Possibilia multa sunt quæ incredibilia videntur.*
5 *Liberos septem vnico partu peperit quædam meretrix.*
6 *Margarita Comitissa Holandiæ 363. liberos viuos vnico partu peperit.*

Ventri prægnanti in diuisionibus assignantur tres partes hæreditatis relicta alia quarta parte filio superstiti, quando decessit Pater relicta vxore grauida. Cap. X.



Mortuo viro relicto filio, & ventre prægnante, certum est ignorari, quot ex eo nasci possint, cum tam vnicus quam plures nasci possent partus, vt experientia docuit; quia autem filius superstes interim dum partus æderetur portionem sibi spectantem ex paterna hæreditate postulabat; Variaq; circa numerum nasciturorum tradita essent, cum alij quatuor, alij quinque, alij septem, & alij tantum tres, vel vnicum nasci posse traderent, Paulus in l. antiqui. ff. si pars hæred. petatur. De Aequitate, & mediam viam
1 eligendo, statuit assignandam esse quartam partem hæreditatis filio superstiti, relictis alijs tribus partibus ventri prægnanti, cum fieri posset vt tergemini nascerentur.

Et sic de Aequitate tres partes ex quatuor assignari debent ventri prægnanti. Conan. d. lib. 1. Comentar. iuris ciuilis tit. de Aequitate sub nu. 2. litt. A.

Si enim pauciores fuerint nati, residuum filio primo superstiti pro rata accrescere? si plus
2 quam tres decrescere debere de ea parte, ex qua hæres factus est decidit Vlpianus in l. etsi pauciores. eodem tit.

Et sic hoc pacto constat, quod incertitudo
3 nasciturorum non impedit cohæredem adire, & hæreditatis diuisionem obtinere l. illud sciendum. eodem tit.

Nouum autem non est, tres fætus vnico partu nasci, cum id sępius acciderit; Et memini ego superioribus annis vidisse in Ciuitate Derthonæ, Patria mea, in qua nobilis mulier Medici vxor, tres Infantes vnico partu peperit, sicuti vxor cuiusdam Molendinarij pariter tres pe-
4 pererat Infantes in eadem Ciuitate; possibilia enim multa sunt, quæ incredibilia videntur, vt tradit glo. in l. meuius ff. de leg. 2. Hincq; scribit ex Benedicto Boer. decis. 148. sub nu. 4. quamdam meretricem anno 454. peperisse vni-
5 co partu septem filios, quos in piscinam viuos proiecerat, & quorum vnus postea fuit Rex Longobardorum, & sequitur, quod tempore Regis Philippi pulcri anno 1313. Margarita Comitissa Holandiæ, eo quia irridebat, quod mulieres possent plures eodem partu gignere, in puni-
6 tionem talium verborum, concepit simul, & viuos peperit 363. liberos, sicut paruos pullos, qui omnes fuerunt baptizati, de qua re verba facit Sabellicus qui epitafium in tabula marmorea sculptum extare testatur.

SVMMARIA.

1 *Filij hæreticorū priuātur ipso iure beneficijs obtentis.*
2 *Filius non portat iniquitatem Patris.*
3 *Vnus non punitur pro alio.*
4 *Obitus est quasi meta omnium delictorum.*
5 *Filij non puniuntur pro parentibus defunctis.*
6 *Filij, & fratres puniuntur pro delicto Patris, & fratris in crimine hæresis aut læsæ Maiestatis.*
7 *Filij hæretici de Aequitate non priuantur beneffitio obtento tempore commissi delicti per Patrem.*
8 *Filij hæretici nati ante commissum crimen. non plectuntur pænis.*
9 *Filij concepti ex improbato sanguine contrahunt rubiginem à linea iam infecta.*

Clericus filius hæretici non priuatur beneficio obtento, tempore commissi delicti per Patrem. Cap. XI.



1 Aereticorum filij ipso iure priuantur beneficijs obtentis tempore commissi criminis per Patrem tex. est in cap. vt commissi §. priuandi. de hære. in 6. vbi Io. Andr. Imola in l. insulam. in principio ff. solut. matrim. Couaruu. lib. 2. var. resol. nu. 4. per totum, præsertim vers. cæterum quod filij, vbi quamplures in eam sententiam refert.

Et

1 Et si enim vulgatum est, filium non portare iniquitatem patris Ezechiel cap. 17. & toto
2 titulo nè filius pro patre, Nec vnum puniri pro alio, de qua Clar. in qu. 86. per totam eius prax. crim. Cum vt ait Demosthenes Epist. 3.
4 ad Senecam, omnibus omnium delictorum
5 quasi meta sit obitus, & ideo nec filij puniendi pro parentibus defunctis, Petr. Greg. lib. 35. Sintag. iur. cap. 1. nu. 24. par. 2.

Tamen ratione grauitatis huius criminis, &
6 læsæ Maiestatis, filij, & fratres etiam ob patri, & fratris respectiuè delictum puniuntur tex. in cap. fælicis §. quod si quis de pœnis in 6. & Auth. Gazarof. C. de hæret. & l. quisquis C. ad l. Julianæ Maiest. Baiard. ad Clar. in §. læsæ Maiest. nu. 21. Constat igitur de iure filium priuandum esse beneficio obtento tempore commissi delicti per patrem hæreticum.

Verum, cum hoc iuris rigore inspecto proce-
7 dat; de æquitate, & benignitate contrarium affirmandum est. Quia non priuatur filius hæretici beneficio obtento tempore commissi delicti per patrem, vt post Simancam de hæret. cap. 29. nu. 7. probat Clar. in eius prax. crim. in verbo hæretici vers. Item Clericus, quem sequitur Anton. Scap. tract. de iure non scripto tit. de personis, & rebus Eccles. cap. 56. per totum fol. mihi 16.

Sicut certū est filios orthodoxos patris hæ-
8 retici natos ante commissum crimen, non plecti pœnis inductis à iure communi cōtra filios hæreticorū, secus de conceptis post delictū, quia concepti ex improbato sanguine contrahunt
9 rubiginē à linea iam infecta Calder. cons. 3. de hæret. & Surd. de alim. tit. 1. qu. 31. nu. 38.

SVMMARIA.

1 *Filij eorum, qui crimen læsæ Maiestatis commisserunt nulla bona accipere ob aliquam successionem possunt.*
2 *Mali corui, malum ouum.*
3 *Lex generaliter loquens generaliter etiam est intelligenda.*
4 *Filij nati tam ante, quam post delictum comprahenduntur in disposit. l. quisquis. §. filij vero. C. ad l. iul. Maiest.*
5 *Filius præsumitur imitator patris.*
6 *Dispositio d. l. quisquis non habet locum de Aequitate in filijs natis ante delictum per patrē commissum.*
7 *Fæminæ non comprahenduntur in dicta l. quisquis.*
8 *Legis dispositio restringenda venit quando continet odium irrationabile.*
9 *Fæminæ filiæ illius qui crimen læsæ Maiestatis commisit, consequi possunt falcidiam in bonis maternis.*
10 *Filius emancipatus non tenetur pro delicto supradicto patris.*
11 *Pater nunquam tenetur pro delicto filij etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
12 *Ratio est quia filius censetur eadem persona cum patre, Non è contra; cum humor descendat à trunco ad ramos sed non è contra.*
13 *Amor patris descendit ad filium sed non è contra.*
14 *In causis læsæ Maiestatis defendendis cauti esse debent Aduocati: quia supplicans pro reo læsæ Maiestatis infamis efficitur.*

Filius natus ante commissum crimen læsæ Maiestatis, non compræhenditur in dispositione l. quisquis C. ad l. iul. maiest. Cap. XII.



Cautum est per l. quisquis §. filij vero C. ad l. Iul. maiest. filios eorum qui læsæ Maiestatis crimen com-
1 miserunt nulla bona posse habere, vel accipere ex aliqua successione testati, vel intestati; Vt perpetuo egentes, & pauperes ac infames remaneant ab omnibus honoribus, & officijs exclusi, sintq; tales (vt verbis eiusdem tex. vtar) vt sit eius mors solatium, & vita supplicium; Idem habetur in cap. quorumdam 4. distinc; quia de ijs male est præ-
2 sumendum, iuxta illud vetus adagiū, mali corui, malum ouum, cuius meminit Petr. Gregor. lib. 35. Syntag. iur. cap. 3. nu. 23. par. 2.

Controuertitur ex hoc, an pœnæ ipsæ locum habeant solummodo in filijs natis post patris delictum, an omnes filios compræhendāt; Qua in re cum tex. ipse absolutè, & generaliter lo-
3 quatur abs q; alia distinctione generaliter etiā illum intelligi debere concludunt per multi
4 scribentes, iuxtà l. de pretio ff. de public.

Rationem enim quare filij puniantur pro patre in dicta l. quisquis eam esse tradunt, quia fi-
5 lius præsumitur imitator patris, quæ ratio militat etiam in filijs ante delictum natis; huius opinionis Authores sunt Claud. de Seisello in l. si quis id quod. col. 5. & seq. ff. de iurisd. omn. iud. Salycet & Alber. in eadem l. quisquis Gigas. de crim. læsæ maiest. lib. 3. quæst. 5. sub nu. 2. fol. mihi 143. qui de communi testatur, post Angel. de Malefic. verbo che hai tradito la tua patria, vers. quærit. ibi, Cæpol. cons. 80. & Rol. à Val. cons. 74. nu. 2. lib. 3.

Verum de æquitate, & benignitate pœnam
6 d. l. quisquis non habere locum in filijs natis, vel conceptis ante delictum per patrem commissum probat Clar. in § læsæ maiest. vers. fuit etiam aliquando, circa medium, & ante eum Alciat. cons. 467. nu. 6. & seq. Quam conclusionem Aequitatem sapere affirmat idē Gigas. recitata qu. 5. circa finem, licet contrariam partem ibi sequatur ipse author. Nec ab ea dissentire videtur Rolan. citato cons. 74. dum nu. 2. tradit, quod quia pœnæ d. l. quisquis, sunt odiosæ, & rigorosæ, vsu non recipitur lex ipsa, ex doctrina Angeli in l. fallaciter C. de abolit. Eandem sententiam sequitur Eruditissimus D. Bimius cons. 245. nu. 31. lib. 3. Quinimo licet

appellatione filiorum veniant, tam masculi, quã fœminæ; Tamen in dicta l. quisquis non conti-
7 neri fœminas docet Bart. in l. 1. ff. de verb. signific. & Iason in l. si quis id quod col. 2. vers. item vbi ff. de iurisd. omn. iud. quia cum d. l.
8 quisquis contineat odium irrationabile restringenda venit, Ruin. cons. 103. nu. 14. lib. 3. Rol. alleg. cons. 74. nu. 7. cum seq. Rationem eam esse tradit Petr. Gregor. d. lib. 35. Syntag. iur. cap. 1. nu. 23. quia pro infirmitate sexus minus ausuras considerauit Imperator Idcirco Falcidiam in bonis maternis posse eas consequi, ibi habe-
9 tur in §. ad filias, idem tradit Rebuff. tit. de crim. læsæ maiest. nu. 9. & 14. ad Constit. Regnis
10 Quemadmodum etiam filius emancipatus non tenetur pro delicto patris iuxta gloss. in dicta l. quisquis, vers. quisquis. Affiic. super Constit. Regni lib. 1. rubr. 3. tit. de paterenorum receptione in fine Petr. Gregor. d. lib. 35. cap. 1. nu. 23. in fine par. 2.

Nec omittendum est ad hoc propositum, quod quamuis filius teneatur pro delicto patris in casibus supra expressis; Nunquam tamẽ
11 è conuerso tenetur pater pro delicto filij tex. in l. ex patiẽtibus ff. de reg. iur. ratio huius conclusionis legitur in principio hystoriæ scolasticæ, viz. quia filius censetur eadem causa cum
12 patre, & humor descẽdit à trunco ad ramos, sed à ramis, non descendit ad truncum, prout
13 gloss. in l. isti quidem ff. quod metus causa dicit, quod amor patris descendit ad filium, & non è contra, Affiic. in d. tit. de paterenorum receptator nu. 42. vsq. nu. 40. & seq. sex casus explicat in quibus pater tenetur pro filio respectu pœnæ, vel obligationis pecuniariæ.

In his autem casibus defendendis respicien-
14 tibus crimen læsæ Maiestatis, cauti esse debent Aduocati, quia supplicans pro reo læsæ Maiesta. infamis efficitur ex dispositione § denique iubemus in ead. l. quisquis.

SVMMARIA.

1 *Pacta seruanda sunt vbi potest absq; interitu salutis æternæ.*
2 *Promissio facta de soluendo quidquid debere aliquem constiterit non relevat, si liquidatio facta non sit eo debitore viuente.*
3 *Hæres præsumitur ignorare gesta per defunctum.*
4 *Mora sua debet esse vnicuiq; nociua.*
5 *Qui aliquid faciendum in contractu promisit primo quoq; tempore tenetur ad implementum; aliter negligentiæ suæ pœnam sustinebit.*
6 *Conditio consistens in faciendo habetur pro defecta, vbi effluxit tantum temporis spatium intra quod potuit factum expleri.*
7 *Promissione facta de soluendo certam quantitatem debitam per Titium si addita fuit clausula, & plus, & minus, quod facto calculo debitor apparebit, tunc pro quantitate expressa tanquam liquida tenebitur promissor si calculi non fuerunt positi.*
8 *Certitudo sufficit secundum præsentem statum.*

Promittens soluere quidquid alter debet, tenetur tantum, si debiti liquidatio facta sit viuente prætenso debitore.

Cap. XIII.

Pacta, & promissiones omnes obseruari debere, vbi potest absq; inte-
1 ritu salutis æternæ notissimum est, vt tradunt omnes in l. iusgentium §. prætor ait ff. de pactis Menoch. cons. 35. nu. 1. & 16. & cons. 55. n. 6. cum sexcentis alijs; Si tamen Sempronius promittit soluere Seio quidquid Titium debere constiterit, Vbi debiti liquidatio facta non sit viuente Titio; De
2 Aequitate non tenebitur Sempronius versus Seium l. Romæ §. Augerius vbi Iason. nu. 6. & 7. vers. vtraq; ratione ff. de verb. oblig. Carpan. ad stat. Mediol. 154. nu. 7. lib. 2. Ratio est, quia hæredes Titij verisimiliter esse nõ possunt instructi de gestis per eũ; Immo vero ignorare gesta per
3 ipsum præsumuntur; hanc sententiam tenet Cephal. cons. 9. nu. 2., vbi nu. 6. tradit quod mora
4 sua debet vnicuiq; esse nociua.

Hinc docet Iason. in d. §. Angerius sub num. 6. cautos esse debere eos, qui debitorem detineri curarunt, mox relaxarunt sub aliena promissione soluendi, id quod constiterit eum debere, vt obtineant declarationem crediti viuente ipso debitore, aliter promissio euanescit; Eo quia nõ extitit viuente debitore; Primo enim quoq; tẽpore tenetur ad adimplementum qui ad aliquid
5 facien. in contractu promisit; putà obtinendi consensum à Domino directo, vel similia, Aliter negligentiæ suæ pœnam sustinebit, vt concludit Ampliss. Senator Bellon lib. 1. de his quæ incõt. fiunt cap. 129. per totum, quo loci tradit conditionem consistentem in faciendo haberi pro defecta, vbi effluxit tantum temporis spatium in-
6 tra quod potuit factum expleri post Cephal. cons. 118. nu. 16. Rol. cons. 63. n. 48. lib. 4. & Surd. cons. 399. nu. 12.

Si tamen in promissione expressa sit certa quantitas debiti, addita clausula & plus, & minus, quod facto calculo debitor apparebit; Tũc
7 pro quantitate expressa, tanquam liquida, tenebitur promissor non obstante, quod possit alterari, aut minui facto calculo, cum sufficiat cer-
8 titudo secundum præsentem statũ Gratian. lib. 1. cap. 183. num. 31. & seq. quem se quitur Costa d. clauf. 65. in fine.

SVMMARIA.

1 *Filia & pupilli penes matrem sunt educandi.*
2 *Amor maternus omnem alios vincit.*
3 *Germanæ mulieres omnes filios proprijs vberibus alunt.*

4 Filij.

4 Filij similes esse solent ijs quorum lacte nutriuntur.
4 In diuisione filiorum, ob diuortium viri, & vxoris filiæ matri, & filij patri cedunt.
5 Pupilli educari non debent apud eos, qui eorum pudicitiæ insidiari verisimiliter possunt.
6 Quod semel imbibimus, difficiliter deponimus.
7 Luxoriosam vitam mulierum, puniunt leges.
8 Filiæ educatio de æquitate spectat ad matrem etiam illegitimam, vbi apertè non constet improbis moribus adhuc esse dedit.
9 Mater semper certa est.
10 Filio non licet tam illegitimam matrem, quam legitimam in iudicio vocare.
11 Reuerentia vna omnibus parentibus seruanda est.
12 Iura naturalia nullo ciuili iure dissoluuntur.
13 Drcretum Senatus Parisiens.

Mater educationem filiæ etiam ex illegitimo Coitu procreatæ, habere debet.

Cap. XIV.

Filiam, & Pupillos pænes matrem esse
1 educandos statuit Imperator in l. 1.
C. vbi pupilli educari debeant, Cum
2 maternus Amor cæteros omnes affectus vincat, vt ex l. fin. C. de Curat. furios. inquit gloss. in verbo nulli magis; Vnde longo vsu præscripserunt Germani, vt sua quęq;
3 mater vberibus alat, nec ancillis nutricibus delegantur filij, vt inquit Tacit. de moribus Germanorum; filij enim similes esse solent, eis, quo-
4 rum lacte pascuntur, & sic cum lacte bonos, vel malos mores, tanquam lactis naturales qualitates suggere videtur filij, vt tradit consulciss. D. Bimius cons. 346. nu. 30. lib. 4., Immò in casu diuortij iubet Imperator in l. vnica C. diuort. fa-
4 cto, liberi apud quem, Vt liberorum apud Parêtes diuisio per sexum celebretur, vt slz. filij Patri cedant, filiæ vero matri.

Atqui cum tex. in d. l. 1. statuat, quòd orta controuersia inter Tutores, & matrem, ac alios coniunctos, Præses prouinciæ eorum inspecta qualitate decidat, pænes quem educandi sint Pupilli, declarat ibi gloss. in verbo qualitate, vt pupilli educari non debeant apud eos, qui eo-
5 rum pudicitiæ insidiari verisimiliter possint l. si disceptaretur ff. eod. tit. latè D. Bimius all. cons. 346. nu. 30. cum sequ. lib. 4.

Hinc oritur quæstio, an cum mater ex illegitimo coitu filias procreauit, & quæ propterea impudica præsumatur, iuxta regulam semel malus; filiæ educatio eidem sit permittenda, & sanè quia iuxta sententia Diui Cipriani in lib. 2
6 epist. 1. quod semel imbibim^9, difficiliter deponimus, nec propositum nostrum facilè mutam^9; Mulieresq; impudicæ, quæ se illegitimo coitu prostituerunt, neq; affectum vllum habent, nec aliquem merentur fauorem. Quinimo leges illegitimam eorum luxuriam multis pænis sunt
7 prosequutæ d. l. & mulier ff. de curat. fur., & l. si filiam 19. C. de inoff. testam quę leges propterea de matre legitima intelligi debent, circa educationem filiorum; Dicendum videbatur de iuris rigore educationem filiæ ei esse denegandã.

De Aequitate tamen etiam ad matrem illegitimam spectat filiæ educatio, vbi apertè non
8 constet improbis moribus adhuc esse deditam, cum natura ipsa vbera dederit matri, ad liberos alendos, & affectum menti maternæ impresserit cæteros omnes superantem, qui affectus idẽ cõsideratur, in matre illegitima, quam in legitima
9 Mater enim semper certa est, nec filio magis li-
10 cet illegitimam matrem, quam legitimam in iudicio vocare l. quiq. §. fin. & l. quia semper ff. de in ius vocando. quia vna est omnibus pa-
11 rentibus seruanda reuerentia vt inquit Paulus in l. parentes ff. de in ius vocando, Naturalesq; à legitimis sola ciuilis ratio distinguit; Naturalia autem iura ex quibus oritur Aequitas; nul-
12 lo ciuili iure dissolui, aut dirimi constat Iust. quibus modis naturales efficiantur lib. Et ita
13 iudicasse Senatũ Parisiensem testatur Anneus Robert. rerum iud. lib. 1. cap. 9. pag. 154. cum seq. vbi materiam hanc more solito per quam egregiè exornat.

SVMMARIA.

1 Statuto stante quod debitor carceribus mancipatur; in eo comprehenditur etiam mulier.
Contrarium verius nu. 6. & seq.
2 Vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus.
3 Fidem fallere graue est.
4 Debitores in testamento veteri, eorumq; filij addicebantur creditoribus, & vsq; ad septennium seruiebant.
5 Decretum, Senatus Parisien.
6 Constitutio Mediol. in tit. de probib. & conceß. execut. declaratur non habere locum in mulier.
7 Quæcumq; natura produxit ea omnia hominum gratia parauit.
8 Nemo est Dominus membrorum suorum.
9 Carcer pæna est noxiorum hominum.
10 Carcer non irrogat infamiam iuris.
11 Sed facti.
12 Carcer Senatori Romano dicitur vltimum supplicium.
11 Odiosum est pro debito quemquam carcerari.
14 Mitius agendum est circa mulieres; & alias personas, quas aut pudor, aut infirmitas sexus excusat.
15 Honestatis publicæ est nihil committi indignum in fœminas.
16 Honestas sumitur pro Aequitate.
17 Mulieres non carcerantur.
18 Neq; etiam pro administratione tutella.
Contrarium verius nu. 25.
19 Aequitas vbi subest, licitum est inducere fallentiam legi.
20 Nulla interpratatio mulier fieri potest quam secundum veram æquitatem quæ inest à natura.
Velleiani Senatusconsulti priuileg. causa honestatis,

vel fragilitatis sexus introducit non potest per renunciationem tolli. nu. 21. & 22.
23 *Renuntiari non potest priuilegio concesso ob honestatem personarum.*
24 *Contrarium verius vbi actum geminauit mulier.*
26 *Mulier ob dolum in occultãdo bona, ne pignorentur per creditores, carceribus mancipari potest.*

Mulieres honestæ ob causam ciuilem, siuè debitum etiam publicum, carceribus mancipari non possunt. Cap. XV.

Tatuto stante, quòd nõ soluente debitore intrà certũ tempus carceri mancipetur debitor. Cõtraxit mulier æs alienum cum renuntiatione priuilegiorum, sed cõuento tempore non soluit. An carcere mancipanda veniat attenta dispositione statuti, vt in hoc Mediolani Dominio vbi ex Nou. Constit. dispositione in tit. de prohibit. & concess. execut. in certis casibus ibi expressis debitores possunt personaliter detineri.
1 Et iuris rigore inspecto compræhensa sub
statuto dicitur, quia cum lex siuè constitutio
2 non distinguat inter debitorem masculum, &
fœminam, nec nos distinguere debemus l. de
pretio ff. de publ. in rem act. immò cum generalis sit lex, generaliter intelligenda, & obseruan. nec limitationem feret nisi eam ab alia expressa Principis constitutione recipiat; Graue
3 enim est fidem fallere l. 1. ff. de constit. Principum, ideo ab hac fide mulieres absoluendæ non sunt.
Rursus, si lege Diuina debitores, eorumq; fi-
4 lij creditoribus addicebantur, & ad septẽnium
vsq; annum pro debito seruiebant vt legitur
deuteronom. cap. 15. & lib. 4. Reg cap. 4. Cur idem non est censendum de muliere virtute dictarum Non. Const. id quod ex castellana consuetudine obseruari etiam in Hispanijs ampletractat Baetia tr. de inope. debitore creditori addicendo, Prout mulierem compræhendi
5 sub consimili statuto censuisse Senatum Parisien. testatur Anneus Robert. lib. 2. rerum iud. cap. 6. in fine.
Contrariam verò sententiam de Aequitate
veriorem esse constat; Namq; præter quod vti
6 odiosam huiusmodi Constitutionem non esse
amplian. ad mulieres habetur in l. in pecudum
7 ff. de vsuris, vbi I. C. ait quæcunq; natura produxit, & omnia hominum gratia parauit, & in
l. liber homo ff. ad l. Aquil. vbi Vlpianus tradit
8 neminem membrorum suorum esse dominum;
Et in l. 1. ff. de libero homine exhib. dum inquit neq; æquum esse liberos homines à quo-
9 quam retineri, Quia carcer noxiorum hominum
pæna est l. 1 C. de exactor. lib. 10. Et licet car-
10 cer infamiam iuris non irroget l. 1. C. ex quibus caus. infam. irrog. Non tamen est sine qua-
11 dam facti infamia quæ apud bonos, & graues
12 notam aliquam inurit; Hinc est quod Sylanus
Consul. carcerem Senatori Romano vltimum esse supplicium interpretatus est, vt scribit Plutarc. in vita Ciceronis.
Tam enim ius ciuile, quam Pontificium istas liberi hominis pro debito ciuili oppignerationes, & inopis debitoris in vincula coniecti mi-
13 serias, carcerisq; molestias; non modo odiosas
haberi, sed, & reiciendas esse statuit l. ob æs alienum C. de act. & oblig. l. quis filios C. quæ res pignori oblig poss. cap. 2. de pignor. & cap. si diligenti. de foro compet.
Itaq; nullo modo ad mulieres extendi potest constitutio ipsa: cum eæ, priuilegia, & exemptiones mereantur, quia mitior circa eas
14 debet esse sententia, quas aut pudor, aut infir-
mitas sexus excusat l. quisquis §. ad filias C. ad l. iul. maiest. & l. 2. §. sin autem. C. de iure iuran. propter calumn.
Ad publicam autem spectat honestatem ni-
15 hil in fœminarum personas indignum com-
16 mitti, Quæ honestas pro Aequitate summitur,
vt in Auth. vt non fi. pign. in princip. Lucas de pænna in l. vnica C. vt nullus ex Vicari lib. 11. Ideo propter pudorem, & mulierum verecundiam leges Romanæ infamem, nimiamq; carce-
17 ris asperitatem in fœminarum personam reiecerunt § necessarium in Auth vt nulli iudicum Thesaur. decis. 153. nu. 8. Scac. de iudic. cap. 46. nu. 26. lib. 4. Egregiè Menoch. de Arbitr. lib. 2. qu. 88. nu. 10. cum seq. qui nu. 12. ampliat conclusionem procedere etiam in muliere, quæ pro
18 administratione tutellæ obligara esset; Præpositus in cap. ex parte M. de appellat. licet contrarium verius esse ex communi sententia infra demonstrabitur.
Vt enim notat gloss. in Auth. vt sine prohib. vers. existimamus, tanti momenti est Aequitas, vt vbicumq; Aequitas subest, licitum est indu-
19 cere fallentiam legi, vt non habeat locum lex
in illo casu contra Aequitatem naturalem.
Nulla etenim melior fieri potest interpreta-
20 tio, quam secundum veram Aequitatem, quæ
est à natura, & quæ in arte Aequi, & boni consistit, non in Aequitate abusiua, Rom. cons. 149. & cons. 205. Costa de remed. subsid. prælud. 7. nu. 7. Menochij sententiam sequitur Giurba decis. 55. ante nu. 1. & Gutierez. pract. quæst. ciuil. lib. 2. quæst. 25. nu. 26. per totum, vbi nu. 5.
21 scribit quod priuilegium Velleiani causa ho-
nestatis personæ, seu sexus introductum, non potest per renuntiationem tolli, quod magis est, idem comprobat Asin. de exequt. §. 2. cap. 8. nu. 7. cum seq. vbi declarat conclusionem ipsam procedere etiamsi mulier renuntiasset eius priuilegijs, & Velleiano Senatusconf. quia
22 huiusmodi renuntiatione sibi non præiudicaret,

ret, tanquam facta de priuilegio inserto in corpore iuris, concesso ob dignitatem, & fragilitatem sexus, quo casu neq; directè, neq; indirectè tolli potest, & nu. 3. subiungit; quod vbicúq; priuilegium causa dignitatis, & honestatis per-
23 sonatum, siue sexus introductum est renuntiatione tolli non potest, Conferunt tradita ab Alexander Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de sol. resol. 4. & per totum Plaz. in epit. delictorũ cap. 34. nu 11.

Id quod tamen temperandum est, quando actum geminauit mulier, quia tunc dicto Sena-
24 tusconsulto Velleiano cui geminatè renuntiauit, non iuuaretur, vt ornatissime probat Amplis. Senator Bellonus lib. 1. de his quæ in contin. fiunt cap. 97. nu. 4. & cap. 121. nu. 14.

Prout limitatur etiam conclusio in muliere
25 debitrice ex causa tutelæ, quam pro tali debito posse carcerari probat Bart. in Auth. matri, & Auiæ nu. 13. C. quando mulier tutelæ officio, quem sequitur Borgn. tractat. de tutel. nu. 320. post Baldum tractat. de carcer. cap. 1. nu. 3. Marsil. sing. 109. Boer. decis. 249. nu. 11. & Couaruu. var. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 3. Quam limitationem approbat Gutier. de tutell. diuers. par. 1. cap. 8. nu. 33. ac Farinac. tit. de carcer. & carcerat. qu. 27. nu. 61. & Carpan. ad stat. 293. nu. 13. post Rebuff. de litt. obligat. art. 11. glos. 8. sub nu. 33. vers. & pro administratione; Quidquid in contrarium Affirmauerit Menoch. vt supra nu. 1. allegatus.

Limitatur insuper conclusio ipsa quando mulier dolum committit ocultando bona, vt euaderet executionem bonorum, in præiudiciũ
26 creditoris, quia tunc perdit priuilegium, & capturæ personali fit obnoxia, vt etiam dicitur in milite, & nobili, vt copiosè probat Fontanell. de pact. nuptial. lib. 1. clausul. 3. gl. 3. nu. 20. & 24. fol. mihi 22. à ter. post Baeria tr. de inope. debitore creditori addicendo tr. 2. cap. 16. nu. 19. 20. & 21.

S V M M A R I A.

1 *Pater dotare tenetur filias.*
2 *Etiamsi filia habeat propria bona.*
3 *Quod onus ad hæredes etiam transit.*
4 *Pater itterum dotare filiam tenetur si absq; propria culpa, dotem amisit filia.*
5 *In fratre autem absolutè non procedit conclusio, sed aliquibus concurrentibus.*
Patre inope existente, onus dotandi spectat ad matrem num. 6. & 7.
8 *Aequitas est ratio naturalis.*
9 *Parentes non tenentur coniunctiuè ad liberorum alimenta, sed successiuè primo scilicet Pater, mox Mater.*
10 *Nouerca non tenetur ad dotationem priuignæ.*
11 *Auus maternus; diues tenetur ad dotationem neptis, si mater est pauper.*
12 *Mater diues tenetur ad dotationem filiæ etiam existente fratre diuite.*
13 *Optionem puellæ dari in hoc casu probat Socin. iun.*
14 *Mater non habet filias in potestate.*
15 *Pater si soluendo est, cogitur ad resarciendum matri id quod expendit in dotatione communis filiæ.*
15 *Etiamsi mater non sit protestata.*
16 *Procedit conclusio etiam in fratre diuite.*
17 *Frater Clericus tenetur dotare sororem etiam ex fructibus Ecclesi. 9.*
18 *Filius tenetur alere patrem Impe.*

Mater diues tenetur dotare filiam inopem. Cap. XVI.

1 DOtandi onus ad Patrem spectare notissimum est, vt habetur in Auth. res quæ C. communia de leg. & l. qui liberos ff. de ritu nuptiarum, Adeo vt
2 non obstante quod filia propria habeat bona à Patre nihilominus dotari etiam debet, vt scribit Castr. cons. 455. col. 1. vers. quantum autem lib. 2. Peregr. decis. 14. nu. 16. Dec. cons. 112. nu. 17. Petr. Greg. lib. 9. cap. 18. nu. 5. par. prima Sinrag. Iur. Surd. cons. 255. nu. 15. Giurba ad stat. Mess. cap. 13. glos. 7. nu. 41. & 54. in fi. par. 1. post Corn. cons. 74. nu. 8. lib 1. & Solam. ad Const. Sabaudiæ tit. de feud. glos. pr. n. par. a. n. 14. Vincent. de Anna alleg. 81. par. 1. Franch.
3 decis. 171. & decis. 73. nu. 19. Quod onus ad patris hæredes etiam spectare tradit Alex. cons. 7. lib. 2. Peregr. decis. 138. nu. 31.

Immò filiam iterum dotare teneri Patrem, si
4 absque propria culpa dotem ammisit filia, decidit tex. in Auth. quod locum. Cod. de collat. vbi traditur quando filia dicatur in culpa Ostf. decis. 124. nu. 5. Costa remed. subsid. 66. nu. 18. Gratian. discept. forensi libro primo capite 65. nu. 17. D. Rand. de Analog. cap. 12. nu. 33. Polid. Ripa sing. obseru. 17. nu. 10. cum alijs, quos refert Giurba ad d. cap. 3. gl. sexta nu. 5. & gloss. 7. sub nu. 41. post medium; Secus in fratre dicendum est, per ea quæ tradit Costa d. remed. subsid. 66. nu. 8.

Quamuis concurrentibus qualitatibus, de quibus in stat. Mediol. 278. lib. 1. & ibi Carpan.
5 nu. 278. tenetur etiam frater ad iterum dotãdũ sororem, vt ibidem docet Carpan.

Si tamen pater est inops, nec in illius bonis
6 dotari potest filia, in subsidium de Aequitate tenetur mater dotem tradere filiæ, vt elicitur ex tex. l. neq; mater C. de iure dotiũ, vbi gloss., dum ibi exponit ex rationabili causa; Prout idẽ explicat Bald. qui subiungit, quod sicut pater naturaliter tenetur alimentare filiam inopem, de qua materia latius agitur infra in cap. 32. Ità tenetur eam dotare, vt possit ex dote alimentari.

Vnde sicut de Aequitate tenetur pater ad alimentandum filiam naturalem; Ita mater te-
7 neri dicitur de Aequitate ad dotandum filiam inopem, de quo matris onere stante inopia Patris

tris, scribit Anchar. iun. quæst. famil. 64. nu. 16 & 17. in fine Petr. Gregor. lib. 9. cap. 18. n. 6. Sintag. iur. par. 1., Costa remed. subsid. 65. per totum, præsertim num. 3., dum tradit Quod mater rali casu videtur quodam modò succedere in paternam obligationem, & stimulò moueri naturali;
8 Certum enim est Aequitatem esse rationem naturalem, siue id quod naturalis ratio persuadet vt supra ex l. scire oportet §. sufficit ff. de excus. tut. probauimus in cap. 1. nu. 3.

Parentes namq; non tenentur coniunctiue ad liberorum alimenta, sed successiue, eum pa-
9 ter per prius teneatur. Deinde mater in subsidium, vt concludit Costa loco relato nu. 2.

Quæ conclusio sicut non procederet in nouerca versus priuignam, ad cuius dotationem,
10 nec ciuili, nec naturali ratione tenetur Nouerca Surd. decis. 164. nu. 16. Costa vbi supra nu. 5., Ita habet locum in Auo materno diuite, si
11 mater non adsit, vel sit pauper, iraut filiam inopem congruenter dotare, non posit Alex. cons. 201. num. 25. Turett. cons. 6. lib. 2. quos sequitur Costa relato subs. remed. 65. nu. 8. Quemadmo-
12 dum etiam procedit in matre diuite, etiamsi filia habebat fratrem pariter locupletem, Barz. decis. 130. nu. 99. Costa d. loco nu. 10., Quamuis
13 Socinus iun. in l. 1. nu. 200. ff. sol. matr. velit eo casu dari optionem Puellæ.

Quippè licet mater sponte dotando filiam videatur quodammodo donare instar extranei, cuius loco habetur mater, quo ad hunc effectũ; cum non sit ascendens per virilem sexum, nec
14 habeat filiam in potestate l. vnica §. accedit, vbi B. l. C. de rei vxor. act., Honded. cons. 91. nu. 78. lib. 1. Costa d. remed. 65. sub nu. 3.

Attamen vbi filiam dotauit mater, cogit Patrem (si soluendo est) eidem matri repetenti
15 soluere, vt probat D. Rhaud. decis. 3. num. 9. & decis. 11. n. 83. Ginrba ad stat. Mess. d. cap. 3. glos. 7. nu. 41. in fine par. 1. etiamsi mater non fuerit protestata se animo repetendi, subministrare alimenta vt docet Lupus de illegit. annot. 2. §. 1. nu. 21. cum seq. Quæ omnia procedere etiam in
16 fratre diuite probat Costa seq. remed. subsid. 66. per totum.
17 Quippe frater etiam clericus de Aequitate cogitur ad dotandum sororem pauperem de redditibus Ecclesiasticis, si non habet patrimonialia vt probat Redon. de spol. Eccl. q. 3. nu. 11. & 12. quem sequitur D. Raudens. var. resol. cap. 18. nu. 27. fol. mihi 97.

Sicuti è contra tenetur etiam filius alere pa-
18 trem inopem de Aequitate, vt per l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend, probat Aneus Robert. lib. 2. rerum iudic. cap. 1. vers. iuris fol. mihi 6.

SVMMARIA.

1 *Eximens detentum ob causam capitalem tenetur eadem pœna.*
2 *Procedit conclusio aliquando etiam in eximente detentum ob debitum priuatum nu. 2., Quamuis contrarium verius, scilicet teneri pœna arbitraria Iudicis num. 3.*
4 *In huiusmodi facto eximendi detentos, concurrit etiam cõtemptus Iudicis, vltra delictum, & idcirco acrius punitur.*
5 *Decretum Senatus Mediol. in ea materia.*
6 *Si eximens sit coniuncta persona, vel mulier, aut minor de aequitate mitius punitur.*
7 *Decretum Senatus in ea materia.*
8 *Vxor eximens maritum detentum, vel nulla pœna, vel leuissima tenetur.*
9 *Iustum ob dolorem pœna temperantur.*
10 *Eximens detentum per priuatum absq; Iudicis auctoritate antequam Iudici consignetur, nulla pœna tenetur.*

Vxor eximens maritum capitaliter damnatum e manibus familiæ quodammodo excusatur, Aut saltem mitius punitur. Cap. XVII.



Vm iure communi inspecto, tum ex Nou. Cõst. huius Mediol. Dominij habetur eximẽtẽ è manib' familiæ detentum ob condemnationẽ capitalem, vel confessum, siue cõiun-
1 ctum de huiusmodi crimine, teneri pœna capitis l. cuiusenmq; ff. ad l. iul. maiest. Bos. in tit. de captura nu. 16. cum seq, & Clar. quæst. 68. vers. eximens; Vbi tradit multoties ità fuisse à Senatu iudicatum, Immo etiam huiusmodi eximentes quendam nobilem detentum pro debi-
2 tis priuatis vltimo supplicio fuisse punitos iussu Proregis Neapolis tradit ex Carauita idem Clar. loco relato; Quamuis de iure communi eximens detentum ex causa debiti teneatur
3 tantum pœna arbitraria, vltra solutionem debiti versus creditorem Ias. in l. 1. §. quod prætor n. 12. vers. si autem ff. ne quis eum qui in ius voc. Cagnol. in l. 1. §. decimo quinto non videtur nu. 27. vers. & vltra ff. si quis iusdic. non obtemp. Farinac. quæst. 30. nu. 112. & qu. 32. num. 7. & 8. Viu. decis. 91. nu. 1.

Quia in eximente è familia, vel è carcere non attenditur solum delictum de quo exẽptus erat imputatus, sed etiam contemptus Iudicis, &
4 Iustitiæ, cum acrius refrenanda sit eximentium audacia, vt inquit Farinac. d. quæst. 30. nu. 93. in fine, qui ponit exemplum in eximente detentũ pro pugnis, vel pro delatione armorum, & his similibus leuibus delictis, Quia puniendus est grauiori pœna quam merebatur detentus; Et
5 ita censuit Senatus die 9. Ianuarij 1590. contra quosdam de solario, qui cum exemissent è manibus familiæ Camillum Barberium damnatum ad remum per triennium, Condemnati fuerunt

ipsi

ipsi ad remum decennio.

Vbi tamen eximens sit coniuncta persona, &
6 minor, vel mulier de Aquitate mitius punitur
Rimin. Iun. inter cons. crim. diuers. lib. 1. cons.
135. nu. 25. Farinac. qu. 11. nu. 33. Et ità iudicasse
7 se Senatû Mediol. testatur Clar. quæst. 29. vers.
Quero etiam in fine, de quadam muliere, quæ
maritum capitaliter damnatum eripuerat è manibus
satellitum, Quia post longam discussionē
die tertia Iulij 1563. Censuit neq; absoluēdum,
neq; condemnandum esse ipsam mulierem, sed
eam non esse molestandam, donec aliud fuisset
ordinatum, de quo Senatusconsulto meminit
etiam Farinac. qu. 32. nu. 29. Vbi vxorem tum ob
8 intensum amorem, quo prosequitur virum, tum
ob obedientiam quam eidem præstare tenetur,
vel excusandā, vel saltē extraordinaria pæna, &
leui puniendam esse scribit; Prout de eodem
Senatusconsulto meminit etiam Viuius alleg.
decis. 92. num. 5. quia tunc videtur interuenire
9 iustum dolorem, cuius intuitu pœnæ temperantur
tex. est in l. si quis in graui §. maritus ff. ad
Silan. & in l. si adulterium cum incestu §. Imperator
ff. de adult. Idem Clar. qu. 80. vers. sed hic
quæro.

Si vero quis detentus esset per modum prouisionis,
vt à priuata persona, animo consignandi
10 di Iudici, vel clericus in fragranti à laico talem
eximens nulla pœna teneri dicitur, quia huiusmodi
captura dicitur carere Iudicis auctoritate
& iurisdictione, & antequam captus sit consignatus
in fortijs Iustitiæ, Vires non habet iudicij,
licet facta teneat iuxta l. patre furioso ff. de
ijs qui sunt sui, vel alieni iuris.

SVMMARIA.

Eximens semetipsum è manibus familia tenetur pæna arbitraria nu. 1. & nu. 3.
2 *Maximè interueniente vi, vt euaginatio ensis.*
4 *Contrarium verius esse de æquitate quoad ius commune.*
5 *Decretum Senatus in ipsa materia.*
6 *Decretum aliud Senatus in eadem materia fauore minoris.*
7 *Omnibus licitum est redimere sanguinem suum.*
8 *Vim faciens cum armis, & se eximere tentans ad Iudicis præsentiam tenetur pæna arbitraria etiam mortis.*
9 *Decretum Senatus in eadem materia quo fuit suspensus quidam qui sclopum aduersus familiam exploserat in qua erat Iudex.*
10 *Annibalis à Tela Vicarij Iustitiæ commemoratio.*
11 *Decretum aliud Senatus fauore biruariorum qui occiderant quendam qui sibi se opposuerat, & satellites vulnerauerat.*
12 *Decretum aliud Senatus.*

Eximens semetipsum è manibus familiæ non incidit in pænam à iure communi constitutam contra eximentes detentos per familiam.

Cap. XVIII.



Postquam actum fuit supra de eximente
alium è manibus familiæ,
Breuiter explicanda se offert quæstio,
an eximens semetipsum in pænam
incidat, & sane de iure pœna
1 arbitraria teneri talem se eximentem tradunt
scribentes per l. apud labeonem §. si pulsatus
ff. de iniurijs; Maximè si adhibita fuit violentia
vel illatus metus satellitibus euaginādo ensem
2 aduersus satellites, vt post Boss. tit. de captura
nu. 17. & seq. qui testatur ità determinatum
fuisse per Senatum, probat Clar. Quest. 29. d.
vers. quæro etiam, & Paris. cons. 147. per totum;
præsertim nu. 3. & 4. & nu. 17. lib. 4. quos sequitur
Farinac. alleg. qu. 32. tit. de carcer. & carcerat.
nu. 24. cum plur. seq. præsertim nu. 27.
Quippè sicuti seuerè puniuntur huiusmodi eripientes,
& eorum auxiliatores, & mandantes.
3 Eo fortius eadem pæna tenetur ipsemet ereptus
vti principalis l. si is, qui rem §. si titium, &
ibi Bart. ff. de furt. & probat Mastril. tract. de
indulto cap. 39. sub nu. 8.

De æquitate tamen in pœnam prædictam non
4 incidit in hoc dominio talis se eximēs, etiamsi
ensem contra satellites euaginauerit, quia tunc
tantum condemnatur in pœnam contentam
in proclamate Excellentissimi Gubernatoris
5 edito, contra resistentes satellitibus, vt declarauit
Senatus die vltima Octobris 1584. in
causa Ambrosij Ripæ, qui aduersus Biroarios
ensem euaginauerat, Ad relationem Egregij
D. Vicarij Iustitiæ; Prout idem etiam censuit,
refferente eodem D. Vicario die 15. Septem-
6 bris 1588. in causa Marci Antonij Cliuati, mitigata
etiā pæna ipsa ob minoritatē eiusdē Cliuati,
negocio plenè discusso primo loco in Curia,
deindè in Senatu, Et sic constat Bossij, &
Clari traditiones in hoc non esse à Senatu obseruatas,
tanquam rigori iuris, non Aequitati
quam semper sequitur Senatus, adhærentes.

Ratio ea esse videtur, quod omnibus licitum
est redimere sanguinem suum l. 1. ff. de his qui
sibi mortem consci. & ibi Alex. Quæ ratio suspensum
tennit in dicta sententia Mastrillū loco
relato in fine.

Si tamen vim faceret cum armis huiusmodi
se eximens, Iudici eo actui præsenti Arbitraria
pæna etiam mortis teneretur, vt iudicatum
8 fuisse in Senatu Cathaloniæ, contra quemdam
qui in actu detentionis Vicarium Barcinonæ
læthaliter vulnerauerat, vt se eximeret testatur
Peguera decis. 59. in fine; Prout Senatus hic Ex-
cellen-

9 cellentissimus furcis suspendi censuit die 18. Aprilis 1622. Io. Baptistam de loco Vilanterij, qui noctis tempore aduersus familiam cum qua
10 incedebat Egregius Ill. D. Annibal à Tela Vi-
11 carius Iustitiæ sclopum exploserat ne detineretur, & die 22. Augusti currentis anni 1624. censuit idem Senatus non esse molestandos satellites, qui præcedenti nocte interfecerant ictu sclopi Aequitem Mazentam, dum aduersus familiam sclopum exploserat, ac varijs iniurijs, & minis affecerat, vulneratis etiam duobus ex ipsis satellitibus, quorum alter in vitæ discrimine repericbatur. Prout idem Excellentissi-
12 mus Senatus de mense Martij anni 1628. referente Amplissimo D. Senatore Vicecomite Viro eloquentissimo, & in omnibus scientijs eruditissimo, ac versatissimo condemnauit Clementem Ponzonum nobilem Cremonensem in pœnā remi septenalis, à qua se eximere posset solutione aureorum quingētorum, eo quia sclopum rotatum, è domo deferri, non abutì permissum, noctis tempore exploserat in familiam cumqua ego tunc Cremonæ Iudex assistebam, pro detentione in propria domo ipsius Ponzoni, & litteræ sunt penes Egreg. Secr. Landrianum &c.

SVMMARIA.

1 *Solutio spontanea facta de parte debiti per illum, qui per metū promissit, dictum metum purgare dicitur.*
2 *Contrarium.*
3 *Distinguitur inter debitum naturaliter, & non naturaliter debitum.*
3 *Huiusmodi soluens tenetur ad ressiduum si contractus est indiuisibilis.*
4 *Soluens partem debiti pro quo non tenebatur dicitur ratum habere contractum num. 3. & sic tenetur ad residuum.*
5 *Decretum Senatus Cathaloniæ in terminis nostris.*
6 *Soluens partem debiti apponere non potest exceptionem non numeratæ pecuniæ pro residuo.*

Soluens partem debiti pro quo non tenebatur obligatus dicitur ad ressiduum, si debitum erat proprium vel illius Patris

Cap. XIX.


Olutio spontanea facta per eum, qui metu se obligauit, dicitur metum ipsum purgare tex. est in l. 2. C. de his
1 qui vi metusue causa, Adeo vt pro residuo etiam teneri talem soluentem explosa metus exceptione aliqui tradiderunt, vbi contractus per metum celebratus erit indiuisibilis, vt per l. 1. ff. de pollicitationibus probat Rebuff. ad Const. Regni lib. 4. tit. de rescis. contract. art. 1. gloss. 2. nu. 8. qui materiam ipsā distinguit in duos casus. Hinc elicitur An soluens partem pro eo, pro quo non tenebatur, obligatus sit residuum soluere, vt Pater, pro filio, vel filius familias effectus pater familias pro debito contracto, dum erat filius familias,
3 qui propterea censetur ratum habere totum contractum per solutionem partis l. sed Iulia. §. fin. ff. ad Macedon.

Et ex naturali Aequitate concluditur teneri
4 ad residuum, quia debitum quod verè contractum erat quasi ratificauerit Rebuff. alleg. gloss. 22. nu. 10. quam sententiam sequitur Fontanell. de pactis nuptial. par. 1. claus. 4. gloss. 18. sub nu. 145. & ibi in Add. nu. 352. vbi testatur ità fuisse
5 iudicatum per illum Senatum die 2. Aprilis 1599. contra quendam I. C. qui effectus pater, familias debitum agnouerat.

Idem procedit in soluente partem debiti, qui exceptionem numeratæ pecuniæ pro ressi-
6 duo opponere non potest l. cui fidem C. denō numerata pecunia l. sed Iulianus §. 9. & l. item si filius familias §. fin. ff. ad Macedon. plura alia habentur, in l. vna est via ff. de seruit. rust. prædiorum, & l. si stillicidij ff. quemadmod. seruit. ammit. Fontanel. d. nu. 145.

Eam tamen sententiam minime procedere concludit Rebuff. d. nu. 10. in eo qui per metum
7 promisit, & partem soluit; Namq; cum de bono, & Aequo non teneatur ob id, soluendo partem, non videtur totum approbare, nisi quatenus soluit; Vbi enim est, saltem naturaliter, debitum, dicitur causa non odiosa. Idcirco solutio partis probat aliam partem gloss. in l. fin. C. ne vxor pro marito; Secus vbi naturaliter non est debitum Rebuff. vbi supra d. nu. 10.

SVMMARIA.

1 *Pacta seruanda sunt quia honestati publicæ id maximè conuenit.*
2 *Dotem maritus vxori, non viro vxor olim afferebat in Germania.*
3 *Idem obseruabatur inter Græcos.*
4 *Fabula Vulcani, dum deprehendit Venerem cum Marte.*
5 *Licurgi lex iubens virgines sine dote nubere debere.*
6 *Solonis lex vetans, ne mulieres ad viros amplius quam tres vestes defferent.*
7 *Dos, & forma vxoris sunt stimuli superbiæ coniugalis.*
8 *Dos vbi ingreditur magna, inde mariti libertas egreditur.*
9 *Mores Indorum ac Masiliensium in matrimonio collocando puellas.*
10 *Consensus, sine præsentia eorum non est necessarius in contractibus, quorum contradictio obesse nequit.*
11 *Amor, & concordia, non lucrum aut auaritia nuptijs præsidere debent.*
12 *Matrimonia esse non debent venalia.*
13 *Pactiones clandestinæ post contractas nuptias initæ inter socerum, & Generum sunt inualida.*

14 *Teren-*

14 *Terentij dictum circa amorem sponsi.*
15 *Nuptiales tabulæ coram Propinquis, & amicis confici solent.*
16 *Donationes per Aegrotum Medico facta nullæ sunt.*
17 *In fraudem fieri dicitur quoties aliud clam promittitur, & quod palam gestum est præualet.*
18 *In matrimonijs quæcumq; furtiua sunt odiosa, & suspecta considerari debent.*
19 *Dolus est in eo, qui insidiosè dissimulat.*
20 *Verisimile non est quenquam vellè aliquid clam agere nisi qui doli alicuius, & insidiarum sibi conscius est.*
21 *Plinij scitum dictum.*
22 *Decretum Senatus Parisiensis in ea materia.*
22 *Donatio clandestina facta sponsæ per sponsum ante contractum matrimonium, viuente patre sponsæ irrita est.*
23 *Sponsi largitiones profusæ ex boni viri arbitrio ad æquitatis regulam reduci debent.*

Repromissio clandestina extra contractum matrimonij facta non valet. Cap. XX.


Tatutis, pactis dotalibus in certa
summa dotis, præsentibus propin-
quis Socer ad secretam pactionem
cum sponso deuenit, vt minori sum-
ma dotis conuentæ esset contentus;
Post celebratas nuptias Gener dotem integram
prætendit; Socer autem ad secundam pactionē
tātum se teneri putat, Et sanè cum pacta omnia
1 seruanda esse nemo non ignoret, quia nihil ho-
nestati publicæ magis conueniat, quam vt ea,
quæ inter contrahentes fieri placuit bona fide
præstentur toto tit. de Pactis vt supra in cap. 13.
fuit explicatum. Scripta enim promissionis
cautione amicos fallere improbum videtur;
Quemadmodum magis impium est, & perfidio-
sum prætextu affinitatis socerum circumuenire,
maximè in ipsa dotis liberalitate.

Vt enim scribit Tacitus de moribus Germa-
2 norum, olim dotem non vxor marito; Sed vxori
maritus afferebat, Id quod obseruabatur anti-
3 quitus inter Grecos, qui vt inquit Aristot. lib. 1.
polit. cap. 6. Vxores emebant inuicem Petr.
Gregor. lib. 9. cap. 18. num. 14. Sintag. iur. par. 1.
4 Hinc fingunt Poetæ Vulcanum vxorem in adul-
terio depræhensam iurasse, se non prius vincu-
la Marti, & Veneri iniecta soluturum, quam
redditis sibi à Ioue muneribus, quæ vxoris ob-
tinendæ gratia donauerat; Prout Lycurgus vir-
5 gines sine dote nubere volebat; Cum ista ra-
tione vtriq; consultum crederet, tam iuris, ne
mulieres dotis magnitudine fierent insolentio-
res, quam mulieribus, vt sola castitate insignes
non tam opulentiam, quam pudicos mores co-
li cernerent, & æstimari, vt scribit Plutarch. in
vita Lycurghi. Qui in vita Solonis inquit; quod
6 Solon Aethenis vetabat, ne mulieres quilibet
nobili, & locupleta familia ortæ amplius ad vi-
ros, quam tres vestes defferent, quod etiam re-
fert Giurba ad Stat. Messanæ cap. 3. gloss. 7. par.
1. nu. 5. fol. 331. vbi Aristotelis, & aliorum Au-
thoritates etiam adducit ad hoc propositum;
Et ex Petrarca scribit Petr. Gregor. d. lib. 9.
7 cap. 18. sub nu. 12. quod dos, & forma, superbiæ
coniugalis sunt stimuli, & vbi dos ingredietur
8 magna inde libertas egredietur mariti nu. vero
16. Eorundem Solonis ac Lycurghi leges, de
quibus supra refert, multaq; alia tradit de
9 more Masiliensium ac indorum in matrimoniū
collocando puellas.

Quamuis enim in primis conuentionibus
interuenerunt propinqui qui vocati non fue-
runt ad celebrationem aliarum pactionum;
Tamen quia necesse non est consensus, vel præ-
10 sentia eorum quorum contradictio obesse ne-
quit l. quarta ff. de acquir. hęred. l. 1. §. senten-
tiam ff. de tribut. act. nihil releuat quod in se-
cundis pactionibus non interuenerunt.

Quemadmodum etiam nullibi prohibitum
videtur quin post instrumenti dotalis scripturā,
aliquid immutare, aut addere pactis nuptialibus
ante contractas nuptias non concedatur l. 2. C.
de donat. quę sub modo Fontanell. de pact.
nupt. clauf. 3. gloss. 3. nu. 22. par. 1. Cum ipsæ ta-
bulæ nuptiales post matrimonium, aliquando
signari soleant, vt docet experientia, ne lucrum
11 aut auaritia nuptijs pręsidere videantur, non
amor, & iugalis concordia l. repræhendenda C.
de Instit. & substit. & l. 2. ff. de donat. inter vi-
rum, & vxorem, vbi habetur matrimonia esse
12 non debere venalia.

De Aequitare tamen huiusmodi pactiones
clandestinæ post tabulas nuptiales contractæ
13 improbantur, & reijciuntur ad fraudes euitan-
das, quæ facilimè committi possunt, dum ado-
lescentes præ amore vix menti compotes, quo-
rum animos, igneumq; iuuenilis ætatis ardo-
rem insanus cupido oppressit non pacta non
dotales conuentiones, sed ipsam adamatæ
sponsę pulchritudinem tantum cogitant, vnde
Terent. in Eunuch. act. 1. sen. 1.

14 *Et tædet, & amore ardeo, & prudens sciensq;*
Viuus, vidensq; pereo, nec quid agam scio.

Itaq; tunc parentes, & propinqui feliciter ad
sunt, quos dotalia pacta ex ęquo, & bono mo-
derari conuenit, scribuntur tabulę nuptiales,
dos dicitur, dotalesq; fiunt conuentiones co-
15 ram propinquis, & pręsentibus amicis; Hę
omnia palam, & ritè consensu laudabili ineun-
tur; Quod si interea liceret Socero animum
sponsi furioso amoris ardore irretitum clam
occupare, & minari affinitatis repudium nisi
dotis summam minuat, aut profusa largitione
sponsam locupletet. Iuuenis amans nihil non
& donare, & remittere paratus est, vt grato
amore potiatur, & placita fruatur voluptate, &
consequenter extorquentur secretè repromis-
siones, & clandestina pacta ad instar donatio-
16 nis facta per Aegrotum medico quę improbā-
tur

tut, & nullę sunt vt statuit Vlpianus in l. si Medic. ff. de varijs, & extraord. cogn.

In fraudem enim fieri dicitur quoties aliud
17 clàm promittitur, & quidquid palam gestum est; id semper pręualet l. non intelligitur §. si quis palam, & §. tacita ff. de iure Fisci, Præsertim, in matrimonijs, in quibus quęcumq; furti-
18 ua sunt, odiosa, & suspecta considerari debent l. vxor C de repudijs, Quia dolus est in eo, qui
19 insidiosè dissimulat l. ea quę commendandi §. 1. ff. de contrh. empt. Quę repromissiones notę fuerat Imperator Acad. & honor, cum eas improbarint, in l. si quis post hac, vers. dos etiam C. de bonis damn.

Verisimile namq; non est quenquam aliquid velle clam agere, nisi qui doli alicuius, & insi-
20 diarum sibi conscius est l. non existimo ff. de author. tut. Vnde Plin. lib. 5. Epist. 1. respondit Curiam petenti vt verbalem renuntiationem portionis hæreditatis sibi faceret, quam tacita conuentione eidem saluam esse volebat;
21 Respondit inquam, moribus suis non conuenire aliud palam, aliud agere secreto, vt refert Anneus Robertus, qui conclusionem hanc mi-
21 rificè comprobat, secundum quam iudicasse Senatum Parisien. testatur lib. 1. rerum iudicat. cap. 2. per totum; Cuius rationes, & fundamēta per extensum non potui non referre (egregiè adeo materiæ accommodata leguntur) omissis multis alijs, quæ apud eum videri possunt, Vt in alia materia, eiusdem auctoris frustrum inserere eisdem rationibus, eo sit. quia nec melius, nec pulcrius explicari poterat materia ipsa statuit Fontanel. tr. de pact. nupt. lib. 2. claus. 5. glo. 5. par. 2. nu. 63.

Qui eam conclusionem procedere affirmat
22 etiam in donatione clandestina ante matrimonium contractum per sponsum adhuc viuente patre sponsæ facta, Quod enim malo more, & clandestina pollicitatione promissum, aut extortum potius est, id nec probari æquum est, cū ex boni viri arbitrio ad Aequitatis regulā lar-
23 gitiones profusæ sponsi reduci debeant.

S V M M A R I A.

Bannitorum cadauera, neq; suspendi, neq; his sepultura denegari potest num. 1., Contrarium in practica seruatur nu. 2.

3 *Decretum Senatus in ea materia.*

Bannitus sicut viuus non potest morari in loco à quo fuit bannitus, ità videtur obseruandum esse post mortem nu. 4. & 7.

5 *Conuersatio cum bannitis prohibita est.*

6 *Banniti cadauer non potest sepelliri in loco in quo erat bannitus tempore mortis.*

Banniti cadauer sepeliens tenetur pœna dantis auxilium, vel fauorem bannito nu. 8., Contrarium verius nu. 9.

10 *Homo mortuus non dicitur amplius homo.*

11 *Bannitus mortuus amplius dici non potest bannitus.*

12 *Decretum Senatus in ea materia.*

13 *Statuta loquentia de bannitis intelliguntur de viuis non de mortuis.*

Cadauer banniti in dominium importatum non prohibetur sepeliri, nec ea de re proceditur contra illud deferentes. Cap. XXI.



Vidquid iure communi inspecto, cōtra delinquentium cadauera sceuire nefas sit, Adeo quod neq; suspendi possint cadauera bannitorum, neq,
1 his sepultura denegrai, vt testatur Parif. de Puteo tract. de Syndic. fol. 315. n. 1. Sapia in repet. l. Imperium post num. 7. ff. de iurisd. omn. iud. Bal. in l. 1. C. qui testam. facere poss.

Contrarium tamen seruare praxim tradit
2 ibi Bal., quem sequitur Franc. Marc. decis. 954. num. 6. & testatur Clar. latè hanc materiam pertractans quæst. 51. vers. sed hic incidenter per totum, vbi multos casus tradit, in quibus Senatus ità exequi mandauit, Et memini ego sic iussisse Senarum Excellētiss.
3 superiori anno 1620. die 30. Ianuarij Prætori Derthonæ de cadauere Antonij Marenghi banniti, qui in carceribus decesserat ob vulnus ei illatum in actu detentionis; Censuit enim cadauer ipsum esse suspendendum, mox in frusta scindendum, ac secus vias proximas locis patrarorum scelerum appēdenda; Id quod procedere etiam in cadaueribus bannitorum ad iustitiam delatis certum est, cum eadem militet ratio vulgatis iuribus; Sicut enim in vita bannitus morari non poterat in loco à quo bannitus erat; videtur idem obseruari debere post mor-
5 tem ne eius cadauera ad Ciuitatem reducantur l. si quis vbi Bart. ff. de cadauerum punitorum.

Insuper quemadmodum prohibita est omnis
4 conuersatio, & receptatio bannitorum, ex No. Constit. tit. de bannitis, & eorum receptar. de quibus Bertaz. cons. crimin. 125. cum seq. & 131. Hector felic. Alleg. 2. nu. 6. par. 1. Prima facie videbatur eadem pœna teneri deferentes
6 cadauer banniti in hoc dominio; Cum cadauer banniti non possit seppelliri in loco à quo bannitus erat, tempore mortis tex. in l. 2. C. de cadaueribus punitorum, vbi habetur, quòd deportatus, vel relegatus in insulam ibi moriens, non debet inde transferri ad alium locum sine alibi seppelliri, sine Principis licentia Nell. tract. de bannit. in secundę par. 3. temporis qu. 2. num. 2. inquiens, quòd ille, qui viuens non potest
7 morari in Ciuitate, ad eam non potest reduci post mortem ad instar excommunicati Pereg. lib. 4. de iure Fisci, tit. 5. nu. 5. Et idcirco seppe-
8 lientem bannitum teneri pęna dantis auxilium

8 lium, vel fauorem bannito, scribit Alex. in ad-
dit.ad Bart.in d.l.2.C.de cadauer. punitorum.
De Aequitate tamen contrarium affirman-
9 dum est, quia homo mortuus non dicitur am-
10 plius homo, cùm non habeat corpus, & animã,
& mors tollat nomen, & effectum banni. Adeo
quod bannitus mortuus amplius dici non pos-
11 sit bannitus, latiss. Cabal.var. resol. lib.1.cap.
83. num. 6.quem seq.Maur.Burg.tract.de modo
procedendi ex abrupto qu. 24. num. 126. Et ita
censuit Senatus die 22. Februarij 1591. super
12 relatione Prætoris Derthonæ, videlicet non
esse prohibendum, quia cadauer Iulij Cæsaris
Guidoboni bãniti Nobilis Derthonensis, quod
in dominium fuerat importatum sepelliri po-
test, modo id fieret sine pompa; Neq; esse pro-
cedendum contra illos, qui cadauer ipsum in
dominium detulissent, vt apud Egr. Secretariũ
Besutium.
Ratio præcipua est, quia statuta loquentia
de bannitis intelliguntur in viuis non in mor-
13 tuis, & consequenter non habet locum eorum
dispositio in mortuis; Opinio tamen Caballi
in relato casu 83. num. 12. est vt extrà ordi-
nem puniantur seplientes bannitum, etiamsi
Pater filium sepelijsset,& ità eius votum protu-
lisse testatur. Sed huius Excellentiss. Senatus
sentẽtia æquior videtur, nec ab ea recedẽdũ est.

S V M M A R I A.

1 Læsio vltra dimidiam in quocumque minimo, sufficit pro rescisione contractus.
2 Læsionis beneficium pro rescisione contractus, tam competit venditori, quam emptori.
3 Militante eadem ratione, quidquid dispositum est in vno censetur etiam dispositum in alio casu.
4 Exempla læsionis vltra dimidiam.
5 In materia læsionis non habet locum regula, quod de minimis non curat prætor.
6 Læsio consideratur etiam respectu oneris appositi in venditione.
7 Summa soluta pro laudemio ab emptore non facit excessum ità vt ea computata resultaret læsio, quia venditor eam non percepit.
8 Decretum Sen.Parisien.in ea materia.
9 Idem procederet in summa pro Gabella soluta.
10 Venditor redimere volens rem venditam tenetur restituere emptori solutum pro laudemio, & gabella vna cum pretio recepto.
11 Solutum pro laudemio computatur in supplemento pretij, quando emptor supplere mauult.
12 Pretium vbi suppletur, debetur etiam ex ea portione laudemium.

Solutum pro laudemio non computatur in pretio ad constituendum læsionem vltrà dimidiam.

Cap. XXII.



Aesionem vltrà dimidiam etiam in
quocumq; minimo, sufficientem
1 esse ad contractus rescisionem
scribunt omnes, & præsertim Ia-
son.in l.2.nu.53.C. de rescind.ven-
dit., Cum requiratur tantum excessus dimidię.
Cuius legis beneficium tam competit vendito-
2 ri, quam emptori, quia læsio ipsa consideratur,
tam ex parte venditoris, quam emptoris,cap.
cum dilectus.de emption. Quia militat eadem
ratio in emptore, sicut in venditore, & disposi-
3 tum in vno locum habet in alio l.fin.C.de indic.
vidilit. toll.l.1.& 2.C. de cupressis lib. 11., Re-
buff.ad Constit.Regn.tit.de rescis.contr. art.1.
gloss.15.nu.4.
Exemplum ponitur in re valoris decem, quæ
4 vendita tantum fuit quatuor cum dimidio, tũc
enim venditor deceptus diceretur vltra dimi-
diam iusti pretij; prout si vendita fuisset sexde-
cim, vel quindecim, & vno denario, esset em-
ptor deceptus vltrà dimidiam iusti pretij Cel-
sus Bargal. tract. de dolo lib. 2 tit. de dolo re
ipsa nu.45.; Non habet enim locum hoc in casu
5 regula, quòd de minimis non curat prætor; Vt
propositis contrarijs eisq; sublatis Egregiè pro-
bat Pantaleo Cremonen.in repet.d.l.2 num.52.
cùm seq.per totum C. de rescind. vend. de qua
materia plenius actum, & infra in cap. 46. Quæ
læsio consideratur etiam respectu oneris appo-
6 siti in venditione, cum onus dicatur pars rei l.
fundi ff.de contrahemptione.
Si tamen emptor soluisset laudemium Domi-
no directo rei emptæ iuxta morem regionis,
summa illa pro laudemio soluta de Aequitate
7 non faceret excessum, ita vt computata cum
pretio excedere posset dimidiam; Quia vendi-
tor illud laudemium non recipit; Vt censuisse
8 Senatum Parisien. mense Augusti 1542.testatur
Rebuff.d.tit.de rescis.contr.art.1.gloss.15.nu.
13.& gloss.23.num. 23. Quam sententiam com-
probat Giurba decis.105.nu.6.& Gracian.lib.2.
Discept.Forens.cap.258.nu. 41. qui nu. seq. de-
9 clarat, id etiam procedere in gabella soluta per
venditorem, vel emptorem quia nihil commo-
di percipitur per vtrumq; ideo neque etiam lo-
co pretij habetur Felician.de cens. lib.2. cap.6.
nu.11.in fine.
Si tamen venditor recuperare intendit rem
venditam scribit Rebuff. d. loco, sum nam pro
10 laudemio, siue gabella ab emptore solutam te-
netur restituere vna cum pretio.
Pront solutum in causa laudemij computan-
dum esse in supplemento pretij, quãdo emptor

11 supplere voluit pariter iudicasse Senatum testatur Rebuff. loco rellato. Si tamen suppletur pretium per emptorem, ex ea portio-
12 ne deberi etiam laudemium docet Rebuff. dict. art. 1. glo. 23. num. 25. de resciss. contr. vbi ita iudicatum fuisse per Sen. Paris. testatur. Quando autem pretium iustum dijudicari possit, præsertim in hac Ciuitate Mediolani, explicabitur infra in cap. 89.

SVMMARIA.

1 *Obseruantia Senatus fauore Dominorum censuum, vt sibi satisfiat ex pretio bonorum censui suppositorum, quando censuarius est morosus.*
2 *Venditor census vigore bullæ pontificiæ non cogitur ad restitutionem capitalis.*
3 *Innocentij doctrina circa constitutionem censuum sublata per bullam pontificiam.*
4 *De Aequitate cogitur censuarius morosus ad solutionem capitalis census.*
5 *Mora dicitur delictum, præsertim in eo qui iurauit.*
6 *Delinquendo quis dicitur consentire pœnis.*
7 *Pactum quod non soluente annuos census, restituatur sors valet. Contraria nu. 10.*
8 *Emptor pro re non tradita repetit pretium tanquam interesse.*
9 *Contractus ab initio validus resoluitur ex non obseruatione promissorum.*
11 *Annui redditus maioris sunt æstimationis, quanto magis restricta est libertas redimendi.*
12 *Nullitas pacti non vitiat contractum.*
13 *Censuarius in quibus casibus cogitur restituere sortem nu. 14. 15. 18.*
16 *Fraus in contr. cum censuario, in quo fuit adhibita fideiussio, præsumitur interuenisse, si tempus aliquod non fuit datum venditori ad redimendum fauore fideiussoris.*
17 *Suppositio personæ arguit fraudem.*
19 *Facile non est inuenire fideiussores.*
20 *Decretum Senatus, quod æstimum Communitatum habeatur pro re immobili sui natura fructifera pro constituendo censu ad formam bullæ pontific.*
21 *Pro censu datur actio possessorij, & petitorij.*
22 *Proprietarius potest constituere censum super proprietate, cuius fructus ad vsufructuarium spectant.*

Censuarius contumax in soluendo debitos census cogitur ad restitutionem sortis. Cap. XXIII.



ITA M. alias dictum fuit supra in cap. 1. num. 19. ex Polidoro Ripa singul. obseru. 252. in fine; Senatū Mediol. diuino quodam afflatu suas sancire solere sanctiones; Et propterea hac vnica ratione hæsitari non posse de Prouisione, quam quotidie dare de forma solet Senatus ipse emptoribus censuum, qui satisfactionem consequi nequeunt à censuarijs debi-
1 toribus pro censibus maturatis; Iubere enim consueuit Senatus, vt statuto termino censuarijs dierum triginta ad soluendum debitos census; Eoq; termino elapso, non satisfacto creditore, procedatur ad subhastationem rei super qua constitutus fuit census, vt ex pretio satisfiat creditori; restituto supra pluri ipsi debitori, vt etiam pragmaticis mediocriter versatis notum est.

Apud aliquos tamen non leuem scrupulum remansisse pluries audiui, etiam penes aliquos ex Amplissimis Patribus; Num prouisio ipsa iuri consona sit, præsertim in foro poli aduersante scilicet bulla Pij Quinti recolēdæ memor. Pontif. Max. in materia cēsus ædita, qua dispo-
2 nitur, venditores censuum cogi minimè posse ad restitutionem sortis, nisi in casu transmissæ denuntiæ pro facienda extinctione census, & hoc intra annum tantum, iuxta l. in insulam ff. de præscript. Nauar. de Vsuris sub nu. 95. gloss. 3. & nu. 97. gloss. 16. & cons. 8. nu. 7. de censibus; Petr. de Gregor. in comenr. eiusdem bullæ qu. 5. nu. 23. Couarruu. lib. 3. var. resol. cap. 7. n. 2. vers. secūda ratio, & c. 9. n. 4. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 7. nu. 14 Boccac. de censibus par. 1. num. 16. Frider. Marrin. de cens. cap. 6. nu. 183. Cuius
3 extrauagantis virtute tollitur doctrina Innocentij in cap. in ciuitate de vsuris vbi traditum est, posse constitui censum redimibilem intra certum tempus.

Verum tamen de Aequitate non obstante
4 extrauagante prædicta cogi iure potest censuarius ad restitutionem sortis, quando fuit morosus in soluendo, & sic iuridica sanè, omnique Aequitati consona apparet Senatus deliberatio, Cum enim mora sit delictum, maximè in eo
5 qui iurauit l. quis maior C. de transact. Giurba decis. 85. sub num. 16. Dicitur tunc sors repeti à censuario non inuito, sed volente, quando de-
6 linquendo consentit l. 1. §. bestias vbi gloss. verbo onerar. ff. de postul. Giurba nu. 16. vers. tunc enim post Gabriel. cons. 152. nu. 5. lib. 1.

Ea propter prohibita non censetur repetitio per ipsam extrauagantem, quæ fit culpa ipsius censuatij, vt post Bart. in Auth. hoc amplius C. de fideicom. in fine, & Dec. cons. 206. lib. 2. probat in terminis censuarij Gabriel. d. cons. 152. præsertim num. 4. & 5. lib. 1. vbi concludit valere pactum inter emptorem, & venditorem census
7 initum, de restituenda sorte, vbi census non soluantur (quod magis est) Idem probare in his eisdem terminis per easdem rationes reperi Mastril. decis. 95. per totum, præsertim num. 4. cum seq. lib. 1., vbi nu. 8. ita fuisse iudicatum per Sacr. Consistorium testatur; Eandem sententiā sequitur Mysing. cent. 1. obseru. 53. Frider. Martin. tract. de cens. cap. 6. num. 272. & seq. fol. 313. & ita iudicasse Rotam Romanam, vt in decis. diuers. 741. nu. 1. par. 1. testatur Grac. lib. 2. disceptat. forens. cap. 301. nu. 5. & 6.; Vbi concludit quod

quòd si censuarius non obseruat pacta, soluen-
do debitos census, vel renouando cautiones
promissas; pōt peti sors principalis ratione in-
teresse domini census; Idem probat Beltrami-
nus ad decis. Ludouisij decis. 164.num.5. lit.B.
vbi refert eādem decis. Rotæ 741. & Ruin. cons.
341.lib.1.nu.9.

Vt etiam dicitur de emptore, qui pro re non
8 tradita, potest repetere pretium, non vt pretiū,
sed vti interesse l.emptor §.ibidem ff.de action:
empti l.sicut in fine C. eod. tit. Gracian. d.cap.
301.num.1., & sic contractus ab initio validus
resoluitur ex non obseruatione promissorum
9 siuè ex periurio post factum superueniente
Ruin.cons.141.nu.9.lib. 1.

Quam opinionem circa pactum rectè impu-
gnare arbitror Roder de annuis reddit. lib. 2.
qu. 1.num.4.cum trib.seq & ante eum Sotus de
10 iust & iure lib.6.quæst.5.art.3 conclus.1.;Cum
contractus iste censuarius per huiusmodi pac-
tum vtilior esset creditori, & debitori onero-
sior, & incōmodior, Redditus enim annui tan-
11 to maioris æstimationis sunt; quanto magis
redimendi libertas restricta fuit Couarruu.
lib.3.Var.Resol.cap.8.nu.7., & declarat Roder.
pactum ipsum sanè non valere, sed non propte-
12 rea viriare contractum, minusq; illud nullum;
aut vsurarium reddere ad rem Giurba decis.
85.nu.9. Marta voto 81.nu. 12. & 16. Rhaudens.
decis.pisana 25.n.62.& decis.50.nu.227. & 230.
Gail.obseru.4.lib.2.;Surd.cons 327.nu. 18.

Vnde eo magis æqua detegitur Senatus ob-
seruantia, dum iubet, vt statuatur terminus cē-
suario ad soluendū debitos census antequā de-
ueniatur ad subhastationem rei censuariæ, & sic
noua dilatio conceditur debitori (quæ admisso
pacto de quo supra) phibita, & sublata omnino
esset in ipsius debitoris dānū, & pernitiē cuius
sationis intuitu, pactū ipsū inualidū creditur.

Alios casus pariter tradit Roder. loco cit. n.
6. in quibus cogi potest censuarius ad restitu-
13 tionem sortis, videlicet quando super re alie-
na censum constituit, quia tunc ad pretij resti-
tutionem tenetur tamquam dati ob causam,
causa non sequuta toto tit. de condit. causa da-
ta l.seruus quem §.si sciens vbi gloss. & Barr. ff.
de act.empt. Nauar. de vsuris nu. 122.

Item quando legatus est fundus censui sup-
14 positus, nulla facta mentione census de quo ple-
nè ædoctus erat testator; quia tunc legatarius
cogere potest heredem ad redimendum cēsum,
vt liberum ei tradat fundum l.si res obligata &
l.meuuius 68. §. fundo ff. de leg. 1. l.qui post.C.
de codicilli, & l.prędia C.de fideicom. iuncta l.
licet de dote præleg.

15 Item si censuarius promisit fideiussori cen-
sum luere intra certum tempus, quia fideiussor
(vbi in promissione non interuenerit fraus)
potest eum compellere vt redimat, vel ipsum à
fideiussione liberet, vt latius explicat Roder.
loco relato, & eodem lib.2.quęst. 13. per totam
præsertim nu.25. per l. tutori C. de negot. gest.
latissime Giurba decis. 85. num. 7. cum seq. &
nu. 10. & 12.

Fraus enim præsumitur interuenisse, vbi in-
16 teruallum aliquod non fuit datum venditori,
ad redimendum, quia tunc fideiussionis bene-
ficio non diceretur adiutus, sed deceptus con-
tra l.in cōmodato § idemque est ff. commodati
Roder. dicta quest. 13. sub nu.24. in fine Giurba
decis. 85.nu. 27. Prout fraus etiam argueretur,
vbi fideiussor esset socius creditoris census,
itaut possit præsumi aliquod eius interesse, aut
collusio tempore contractus pacti, vel execu-
tionis Gracian. lib.1.discept. forens. c.49. n. 15.
Giurba dicta decis.83.num.10. Quia suppositio
17 personæ arguit fraudem tex. in l.eos §. super C.
de vsuris Maut. de tacit. & ambig. lib. 13.tit. 37.
nu.14. vsq; ad finem Giurba d. decis. 85.num.12.
circa medium.

18 Item quando res censui supposita fuit euicta,
Molin. disput. 387.vers. illud obserua de iust. &
iure, Frider. Martinus tract. de iure censuum
cap.6.nu.274.fol.313., subijcit etiam Roder.d.
n. 25. Quod ex Aequitate solet Senatus Pincia-
nus quandoq; prorogare tempus ad redimen-
dum, quando debitor fideiussori promisit in-
tra certum tempus redimere, licet cautè in hoc
agendum sit, eum potius esset debitoribus
obesse, quam fauere, eo quia non ita facile fide-
19 iussores inuenient debitores, siue venditores
arg. l.quod si minor §. non semper ff. de minor.
l.si mulier ff. ad Vell.

Nec prætereundum esse existimo (postquam
de dispositione dictæ extrauagantis agitur)
quod sicuti Bulla ipsa requirit vt census consti-
tuantur super re immobili aut quæ pro immo-
bili habeatur de sui natura fructifera, cum re-
troactis annis Vniuersitates huius Dominij à
continua militum hospitatione valde præme-
rentur eisdemq; subsidia, quæ sucursum nuncu-
pant, præstare iussæ essent, non nisiq; contracto
ære alieno, id exequi valerent. Quod æs alienū
super æstimo reali tantum constitui poterat,
alienatis alijs bonis stabilibus; Consultus Sena-
tus Excellentissimus, me etiam intercedente
pro Patria Derthonen. pro qua Oratoris mu-
nus obibam, die vltima Ianuarij 1618. declara-
20 uit Senatus æstimum dictæ Ciuitatis haberi
debere pro re immobili sui natura fructifera
ad constituendum valide super eo annuum
censum ad formam bullæ pontificiæ, vt penes
Egreg. secret. Marchesonium; Quæ decisio fun-
data dici potest super doctrina Fulgosij in l.scien-
dum in princ. ff. qui satisd. cogantur, de qua
Peregr. decis.16.nu.7.

Qua autem actione conueniatur censuarius
siue possessor rei censui suppositæ latè tradit
21 Surd. decis. 204.nu.9., vbi tam possessorium, quā
petitorium iudicium dari pro censu testatur.

Prout etiam ommittendum non est posse
proprietarium constituere censum super nuda

proprietate, non obstante quod vsus fructus
22 ad alium pertineat, dummodo vsufructuatij conditio non fiat deterior, & tradit Feliciau. de cens. lib. 2. cap. 4. num. 10. per tex. in l. 2. ff. de vsufruct. Milanens. decis. 9. nu. 14. par. 2. Giurba ad stat. Messant. cap. 7. gloss. 18. nu. 12., vbi n. seq. respondit, & tollit contraria.

S V M M A R I A.

1 *Sententia indiuidua dicitur.*
2 *Sententiæ executio excedens in modico corruit in totū nu. 7. Contrarium verius de Aequitate nu. 6.*
3 *Fideiussio facta pro maiori debito in totum corruit.*
4 *Contrarium tenet Vasq.*
5 *Subhastatio facta pro maiori debito in totum corruit.*
6 *Excessus in exequendo parit actionem debitori ad consecutionem expensarum, & damnorum pro excessu.*
8 *Circuitus euitandi sunt.*
9 *Appellatio interposita pro excessu in causa inappellabili, suspendit tantum excessum est, si vero non fuit expressum suspendit pro toto.*

Executio sententiæ continens excessum sustinetur pro rata. Cap. XXIV.



Icut sententia indiuidua est l. in hoc iudicio ff. famil. ercifcendæ
1 Gabr. cōs. 56. lib. 1. Gratian. discept. forens. c. 162. nu. 18. & lib. 2 c. 365. n. 7. Rota in nouiss. decis. 315. num. 51 par. 2., Ita indiuidua venit illius executio tanquam sententiæ accessoria, Adeoquod facta in modico de pluri, & excedens debiti mensuram
2 in totum corruit l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indeb. Socin. in l. 1. §. sed & si mihi ff. de verb. oblig.

Idē censetur de fideiussione facta pro maio-
3 ti quantitate, quam tenebatur principalis, quæ non sustinetur etiam pro rata debiti l. Græcæ §. illud vbi gloss. ff. de fideiuss. Galia conf. 45. nu. 23.; licet contrarium teneat Vasq. contract. iur. cap. 40. nu. 5.

Idem in subhastatione, quę facta pro maiori
5 debito in totum corruit Natta conf. 646. in fine Borell. conf. 15. nu. 14 latiss. Costa de port. ratæ qu. 26. per totum.

De Aequitate tamen executio cum excessu
6 facta sustinetur ad ratam debiti; Pro excessu autem retractatur refectis expensis, & damnis per debitores passis ratione excessus §. plur. autem inst. de act. Neviz. conf. 77. num. 10. cum duob. seq. Surd. decis. 65. & 151., vt per eas authoritates, & alias rationes concludit Costa d. tract. de port. ratæ qu. 137. num. 16. in fine, & nu. 19., Vbi ita practicari de Aequitate in foro mercantili Papiæ testatur.

7 Quamuis de rigore iuris aliter censendum esset Rota decis. 221. nu. 1. & 2. in Nouiss. par. 1.; Hoc pacto enim circuitus euitatur, dum index pro vero debito executionē sustinet Bald. conf. 285. lib. 1. Becc. conf. 73. Magon. decis. flor. 126. Cauale. decis. 1. num. 44. cum. seq. par. 1. Bertaz. cōs. crimin. 465. vbi Claud. lib. 2. quos seq. Costa dicta qu. 137. num. 19. & 20. cum seq., vbi distinguendo respondet ad alias conclusiones in fideiussore, & alijs casibus supra firmatas; ratione scilicet indiuiduitatis. 8

Et qui author. num. 23. scribit, quòd quando
9 agitur de admittenda appellatione, si aliquo respectu non videtur locus esse appellationi, & propter excessum possit appellari; Tunc si exprimitur id, in quo exceditur, suspendatur solū executio quoad excessum, quod notatu dignū est. Si verò non exprimitur, suspenditur in totum executio ratione incertitudinis; seu dubitationis Contard. in l. vnica lim. 19. num. C. si de moment. possess. & Castr. in l. ab exequ. nu. 3. C. quorū appell. non recip. Laderch. conf. 173. col. vlt. In practica tamen male hoc seruatur, si non exprimitur certus excessus.

S V M M A R I A.

1 *Priuilegia Ecclesiarum multa, & magna.*
2 *Sacerdotes, & alij Ecclesiastici exempti sunt ab omnibus tributis tam prediarijs, quam patrimonialibus.*
3 *Ampliatur etiam in viarum munitionibus*
4 *Ecclesiæ, & Monasteria tenentur ad viarum, & pontium reparationem.*
5 *Viarum & pontium reparatio respicit publicam vtilitatem.*
6 *Reparatio pontium, & viarum est munus locorum non personarum.*
7 *Qui viam publicam exarauit, tenetur ad eius reparationem.*
8 *In natura reparationis viarum, & pontium, cessant omnia priuilegia.*
9 *Ecclesiæ tenētur ad onera respitientia communem vtilitatem nu. 10.*
11 *Summi Pontif. declaratio, circa hanc materiam.*
12 *Honorifica mentio D. Senatoris Pauli Randensis.*
12 *Auctoris munus in curia Cremonensi.*
13 *No. Consti. in tit. de vijs publ. muniendis declarum.*
14 *Domini directi tenentur pro tertia parte ad reparationem viarum, emphiteuta verò pro duabus alijs partibus.*
15 *Eccles. Papienses contribuerunt ad fortificationem illius Ciuitatis iuxta taxationem factā à Gubernatore huius Dominij.*

Eccle-

Ecclesiæ, & Monasteria tenentur ad viarum, & pontium refectionem. Cap. XXV.

Ecclesiarum, & monasteriorum priuilegia multa, & magna esse constat, cum ad onera, & collectas non
1 teneri habeatur in Auth. item nulla communitas C. de Episcop. & Clericis, & in cap. non minus, vbi scribentes omnes de immunit. Eccles. Bart. in l. vnica C. de mult., & in quo loco libro 10. Sacerdotes, ceterosq; Ecclesiasticos ab omnibus tributis, tam prædiarijs, quam patrimonialibus exemptos
2 esse traditur in l. placet C. de Sacrosanct. Eccles. Id quod ampliari etiam, quoad viarum mu-
3 nitiones respondit I.C. in l. cui muner. ff. de muner. & honor.

His non obstantibus de Aequitate teneri
4 etiam Ecclesias, & Monasteria ad viarum, & Pontium refectionem tutius est; Namque cum viarum, & pontium refectiones communem vsum, & vtilitatem respitiant l. 1. §. vicinales ff.
5 ne quid in loco publico; Adeoquod non perso-
6 narum, sed locorum munera sunt, vt inquit Calistrat. in l. honor §. munus. vers. Viarum ff. de muner. & honor.

Cumq; Aequissimum esse iudicetur eum qui viam publicam exarauerit ad eius munitionem
7 teneri l. fin. ff. de via publ. & itin. publ. refec. Omnes immunitates cessare in hac causa, & quæuis priuilegia quocunq; titulo concessa
8 sint cessare debent l. 1. & 2. ff. de itinere muniēdo, prout apertis verbis declarauit Imperator in l. ad instructiones C. de sacrof. Eccl. vbi inquit, ad instructiones itinerum pontiumq; etiā Diuinas domos, & Venerabiles Ecclesias tam laudabili titulo lubenter adscribimus; id quod repetitur in l. absit C. de priuil. domus Aug. lib. 11. de quo Festas. de collect. pat. 4. cap. n. per totum præsertim num. 36. & num. 16. & seq. plur. tradit an Eccles. teneantur pro planstris, & cur-
9 ribus, qui per portas Ciuitatis pertranseunt, Item ad reparationem putei viciniæ. Item an ad sallarium custodum terrarum; Item an ad expensas pro aggeribus fluminum, Item an pro reparatione meniorum Ciuitatis cum mutri sint omnium tutella iuxta Bald. conf. 312. lib. 1. Galia pleno conf. 30.

Eandem sententiam circa viarum, & murorū refectionem sequitur Bursat. conf. 16. num. 22. & conf. 25. iuncto conf. 42. lib. 1. Rol. cōf. 71. lib. 42 latiss. Purpuratus pleno conf. 50. lib. 1. & Marcobrun. conf. 18. & nouissimè Anneus Robertus, rerum iud. lib. 2. cap. 3. vbi copiosissimè more suo materiam examinat, atq; contra Ecclesiam iudicatum fuisse testatur per Senatum Parisien. Vbi in fine scribit, quod cum ista viarum instructio vnicuiq; facilem vehendi, importan-
10 di, & exportandi comoditatem prēstet Aequū est vt simul, omnes communem vsum, & publicam vtilitatem communi sumpta, omniumque impensis tueamur, & sustineamus.

Prout circa reparationem meniorum Ciuitatum, siue pro ijs muniendis in præsenti Dominio post longam discussionem obtinuit à Summo Pontifice Vrbano Octauo. hoc currenti anno 1624. aduers' Ecclesiast. personas, Erudi-
11 tissimus I.C. ac Occulatissimus Aduocatus Fiscalis Regius D. Paulus Raudensis, qui ea de re missus fuerat Romam, iussu Potentiss. Regis nostri, vt Ciuitates Cremonæ, Nouariæ, & Alexanariæ propugnaculis munirentur communibus expensis subditorum, tam Secularium, quā Ecclesiasticorum huius Dominij pro certa portione, & pro alia expensis Reg. Cam. qui D. Raudensis ob Egregias eius animi dotes paulo
12 post Reg. Senator electus preturam Cremonēsem tempore turbulentissimo, mira cum eius Laude, & virtutum splendore exercuit, ac propriam, & iustitiæ existimationem aduersus barbarorum conatum sustinuit, in cuius munere, &
13 ipse iudex ab eo ellectus in rebus scilicet capitalibus Assessor per integrum biennium elaborani.

De qua viarum, & pontium reparatione pro-
13 uisum est per Nou. Constit. in tit. de vijs publ. muniendis; vbi etiam in cap. quia oriebantur, cautum est Dominos directi, teneri pro tertia
14 parte ad reparationem viæ contiguæ domui, in emphiteusim concessæ cui emphiteutæ duæ aliæ partes spectant.

Quod onus pro fortificatione Ciuitatis Papiæ sustinuisse Ciuitatis Clerum in summa li-
15 brarum octo mille anno 1667. die 19. Martij ex taxatione per Excellentiss. huius Dominij Gubernatorem facta tradit Menoch. conf. 1144 nu. 5.

SVMMARIA.

1 *Quod nullum est nullum producit effectum.*
2 *Testamentum secundum imperfectum non tollit primum perfectum.*
3 *Contrarium verius vbi in primo extraneus, in secundo suus fuit hæres scriptus.*
4 *Quod iure effectum non sortitur prestare non potest impedimentum.*
5 *Fachinei declaratio circa l. hac consultiss. C. de testam. reprobato Aretino.*
6 *Opinio Cast. reprobatur à Fachineo.*
7 *Testamentum perfectum prævalere debet cæteris paribus.*
8 *Declaratur Vlpiani responsum in L. 2. ff. de iniusto rupto.*
9 *Filij fratrum censentur omnes vocati in successionibus patruorum.*

Testamentum minus perfectum fauore venientium ab intestato conditum, facit cessare primum testamentum magis solemne, in quo extranei heredes erant instituti. Cap. XXVI.

QVod nulliter actum est, nullum producere effectum notissimi iuris est, vulgata l. si non §. condemnatum ff. de re iudic. Idcircò testamentum secundum imperfectum non tollere primum solemne, iuste cautum fuit in §. ex eo inst. quibus modis testam. infirm., & in l. ex parte ff. de adimend. legat. Quod enim iure effectum non sortitur, præstare non potest impedimentum cap. præstat de reg. iur. Surd. decis. 46. nu. 8.

De Acquitate tamen statuit Theodosius Imperator in l. hac consultissima § si quis autem C. de testam., quod Testamentum secundum imperfectum in quo instituti sunt venientes ab intestato, tollat primum perfectum, in quo institutus erat extraneus, quem textum mirificè explicat Fachin. lib. 4. controuersiar. cap. 6. per totum vbi reprobata sententia Aretin in l. si filius ff. de lib. & posthum. Concludit tex. illa eatenus procedere, quatenus omnes venientes ab intestato sint instituti in secundo testamento, cum non tantum solemnia facienda sint, quanti extimari debeat ipsa Acquitatis ratio, & Iustitiæ, & simul defuncti voluntas.

Prout pariter. Idem auctor reprobato Castr. in cons. 327. lib. 1. eorum sententiam sequitur, qui tradiderunt d. l. hac consultissima dispositionem locum sibi vindicare, quando in primo testamento extranei hæredes fuerunt instituti, non autem si ijdem, vel alij venientes ab intestato sint instituti; Quia tunc cessat dictæ legis ratio, & eodem fauore primi instituti digni sunt, qui pro alijs concurrit. Qua de re cum cetera sint paria præualere debet testamentum perfectum, & sic per l. hanc declaratum dicitur Vlpiani responsum in l. 2. ff. de iniusto rupto, & irrito testam. iuxta l. non est nouum ff. de legibus; De hac materia Corn. cons. 31. lib. 2. per totum.

Qua stante Acquitate conueniens est, vt filij fratrum pares in gradu omnes simul vocati censeantur in successionibus patruorum, vt probat Soc. Iun. cons. 171. sub num. x. circa medium.

SVMMARIVM.

1 Nepotes possunt impugnare exhæredationem paternam factam ab auo vti iniustam.
2 Nepotes exhæredari possunt ob paternum delictum.
3 Posthumus in aliquibus casibus potest exheredari.
4 Filij interdum priuantur bonis paternis ad terrorem parentum.
5 Ciceronis pulchrum dictum.
6 Inanis esset exheredatio filiorum, si nepotes possent succedere.
7 Parentum vigilare, & sudere alio non tendunt, quam vt posteritati bona acquirant.
8 Contrarium verius de Aequitate.
9 Dictum pulcrum Senecæ.
10 Acerbum est filium ex delicto patris puniri.
11 Iniquissimum est pecata parentum filijs imputari.
12 Pæna ibi consistere debet, vbi culpa orta est.
13 Decretum Senatus Parisiensis.
14 Leges odiosæ non sunt ampliandæ.
15 Declaratur Bart. doctrina.
16 Filij exheredato non censetur exheredatus nepos.
17 Filiorum appellatione veniunt & nepotes in fauorabilibus.
18 Filius etiam à patre exheredatus succedit in dote filiæ datæ per auum; Quia contemplatione filij dotem dedisse nepti censetur auus, etiamsi filium exheredauerit.

Defuncto filio iustè exhæredato viuente patre, illius filij & testatoris nepotes exheredari non possunt. Cap. XXVII.

EXhæredationem de patre factam ab auo, eatenus impugnare posse nepotes, quatenus apertissime doceant patrem non fuisse iustè exhæredatum

1 declarat tex. in l. si filium C. de inoff. testam., ex quo textu elicitur, nepotes ex delicto paterno exheredatos remanere, & exheredari
2 posse vt scribit Vlpian. in l. non tantum §. si emancipatus, & ibi Bar. nu. 2. ff de bo. poss. contra tabul. Thesaur. Iun. qu. famil. 70. nu. 13. lib. 1.
3 Quemadmodum Posthumum in aliquibus casibus exhæredari posse habetur in l. si posthumos ff. de lib. & posthum., & §. posthum. inst. de exhæred. liber.

Ad parentum enim terrorem filij etiam, qui
4 nihil delinquerūt bonis paternis auitisq; interdum priuantur l. cum ratio ff. de bonis damnatorum l. quisquis §. 1. C. ad l. Iuliam Maiest., & l. 1. C. de natur. liber. iuncta l. manumissus C. de liber, & eorum libertis; Vnde Cicero in Epist.
5 ad Bruttum inquit, Non me fugit, quam sit acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorū, parentes amiciores Reipub. redderet;

Si tamen auo inuito nepotes succederent
6 inanis certè esset filiorū exhæredatio. Namq; filios abdicari se à patre, inobedientemq; atq; proteruum se reddere non verebitur, si speret prolem ei successuram; Cum alio non tendunt patrum

7 patrum vigiliæ,& industrij sudores, quam vt fi-
lijs, & posteritati opes, & bona acquirant, Vt
experientia docet.

De Aequitate tamen nepotes defuncto pa-
8 tre,exheredari nō possūt ab Auuo ob patris de-
lictum, quia vt inquit Seneca lib. 2. de ira, cap.
9 34, Nihil est iniquius, quam aliqum heredem
10 paterni odij fieri; Cum acerbum sit, filium ex
delicto patris puniri, siue maculam inuri,vt ait
Iuris C. in l. crimen. ff. de pœnis; & in l.2.C.de
libertis; & eorum liberis; Immò iniquissimum
esse, peccata parentum filijs imputari, & ex
11 paterni sceleris pæna filijs præiudicari statue-
runt Canones, cap. vnde cumq;, ac per totam
distinc. 56.

Vnde enim culpa orta est,ibi pœna consiste-
12 re debet, vt scribit Liuius lib. 28., Et ita pro
nepotibus iudicasse Senatum Parisien. testatur
13 Anneus Robert.lib. 2. rerum iudicatarum cap.
4.præsertim col. penult. & vlt. fol. 419. & sequ.
Cum ad aliena bona non agere dicerentur ne-
potes,sed auita sibi adiudicari, tam ex natura li
ratione, quā ex Iuris, & Aequitatis ratione eis
14 debita; Leges tamen in contrarium adductæ
speciales casus continent, quæ tanquam odio-
sæ amplianda non sunt, vt res de se loquitur,
Bartolliq; dictum in alleg. l. non tantum ab
15 eodem met declaratur, vt scilicet contraria
opinio verior, & Aequior sit.

16 Filio vero exheredato non censeri exhere-
datos Nepotes de Aequitate probat Fortun.
Garcia in repet.l.Gallus §.idem credendum nu.
25. ff. de lib.& posth.ea ratione,quod in odiosis
appellatione filiorum non veniunt nepotes,
quamuis Bart. in l. filijs ff. de verb.significatio-
ne affirmet,quòd eadem Aequitate,qua mascu-
linum concipit Fæmininum , eadem Aequitate
17 filij appellatio comprehendit Nepotes , Pro-
cedunt enim hęc in fauorabilibus,non in odio-
sis, vt explicat Garcia loco relato.

18 Porrò quod filius etiam exheredatus succe-
dat filiæ in dote ei data per exheredati Pa-
trem, qui contemplatione filij dotem nepti
dedisse censetur, etiamsi filias exheredauerit,
tex.est in l. dotem. ff. de collatione bin.

S V M M A R I A.

1 *Trebellianica prohibitio admittitur ex obseruantia regionis, vt Romæ, & Mediolani.*
2 *De obseruantia Romæ.*
3 *Prohibitio Trebellianicæ inducitur etiam ex verbis generalibus.*
4 *Decisio Rotæ Romanæ.*
5 *Remota obseruantia Regionis, multi affirmatiuā partem circa prohibitionem tenuerunt.*
6 *Contrarium verius de Aequitate nu. 9.*
7 *Aequitas maior pro hac opinione concurrit.*
8 *Ea opinio sequenda est, quæ maiorem continet Aequitatem.*
20 *Decretum Senat. Pedam.*
21 *Lex iubemus correcta per Auth. Sed cum Testator C. ad l.falcidiam.*
22 *Contrarium verius.*
13 *Dispositio legis iubemus locum habet, quando vna tantum quarta detrahitur.*
14 *Contrarium verius.*
15 *Qualibet detractio consideratur de per se, & in suo tempore.*
16 *Filius statim detrahit legitimas.*
17 *Trebellianica detrahitur tempore quo euenit condicio restitutionis hæredi.*
18 *Res iudicata ab auctore.*
19 *Francisci Caunchi I.C. honorifica mentio.*
20 *Falcidia detractio non concurrit cum legitima.*
21 *Io.Petri Ala I.C. honorifica mentio.*
22 *Non datur concursus inter legitimam, & Trebell. eodem tempore.*
23 *In fideicommisso puro vna deductio contrahit aliam.*
24 *Grauatus condicionaliter detrahit vtramque partem.*
25 *Falcidia detrahitur adueniente casu restitutionis fideicommissi particularis etiam si prius deducit fuerit legitima.*
26 *Aequitas est naturalis Iustitia.*
27 *Rustici lites diuidunt per medium.*
27 *Petri Cantonij I.C. mentio*
27 *Alfonsi Vicecomitis I.C. mentio.*
28 *Filius paternam hæreditatem adiens, nulla facta reseruatione Patris dispositionem approbare dicitur.*
29 *Stante approbatione Testamēti patris, filius non potest detrahere Trebellianicam.*
30 *Conclusio affirmatiua pro detractione trebellianica in filijs primi gradus, non habet locum, in vlterioribus liberis, idest nepotibus.*
31 *Pregrinus reprobatur.*
32 *Ratio diuersa militat in legitima, & trebellianica.*
33 *Filius intrat in locum Patris circa legitimam.*
34 *Thesauri opinio reprobatur.*
35 *Fructus an computentur in trebellianicam.*

Trebellianica non potest prohiberi in filijs primi gradus.

Cap. XXVIII.


Agna est Quæstio inter Doctores, vtrū
filijs primi gradus prohiberi possit
Trebellianicæ detractio, quam contro-
uersiam ex professo multi pertractarunt
scribentes, licet varij adeo sint in communi
opinione, vt tum ij qui negatiuam, tum alij qui
affirmatiuam partem sustinent, communem esse
eorum sententiam existimauerint.

Vera tamen ipsius quæstionis decisio, desu-
1 mitur ex obseruantia, cum & Romæ, & hic Me-
diolani præscriptum sit posse eam prohiberi, vt
loquendo de obseruantia huius Ciuitatis te-
stantur Alciat. in l. cum proponas vers. portioni
C.de

C.de pactis,& in conſ.97.lib.9.tom. 3.Cotta in
eius memor.verbo Trebellianicę Clar.in verbo
teſtamentum qu.63.verſ. bene verum eſt Polid.
Ripa ſing.obſeru.117.nu.5.Borgn.in eius reper-
torio verbo Trebellianica ,,& nouiſſ. conſultiſ-
ſimus D.Bimius conſ.341.nu.15.lib.4.

2 De obſeruantia vero Romæ ſcribit Caſsia-
dor. deciſ.4. tit. de teſtam. & in deciſ. diuerſ.
par. 2. deciſ. 313. Creſcent. deciſ. 2. de teſtam.
3 Etiamſi prohibitio ex verbis generalibus non
in individuo inducta eſſet, vt tradit Ludouiſ.
deciſ.421.nu.10.& 11.;Vbi ita pluries fuiſſe per
Rotam iudicatum teſtatur, non tamen verba
ſint talia, quæ neceſſario hanc prohibitionem
inferant, & ibi ſubijcit Beltramin. Addiſt.
litt. D. qui in quadam cauſa Bononienſi ita iu-
4 dicaſſe Rotam anno 1619.tradit;Idẽ quod com-
probat Grac. lib. 2. diſcepr. forenſ.cap.245.n.1.
& nu.5.Card. Mant. de coniecturis vlt. volunt.
lib.7.tit.11 & Mariſc.var.reſol.lib.1.cap. vlt.nu.
9.& 10.;ac Ludouiſ.deciſ.421.nu.10. & 16.

Difficultas igitur reſidet circa loca,in quibus
diuerſimode iudicatum fuit,& ſic vbi nulla cer-
ta adeſt conſuetudo; In hac dubia, & quotidia-
5 na controuerſia, in qua affirmatiuam partem,
videlicet vt poſsit prohiberi etiam filijs primi
gradus tenuerunt Ruin.conſ.115.col.10.lib. 3.,
Riman. in l. marcellus §. quod autem in fine ff.
ad Trebell. Vaſq.de ſucceſſ.lib.1.§.8.rubr.de te-
ſtam.n.12.in fine,Pancirol.cõſ.471.num. 5. & 6.
Franc.deciſ.11.nu.9.& 19.Gozad.conſ.97. nu.6.
Tob.Nonius conſ.90.num.24.,Rimin.iun. conſ.
397.in fine, Viuius deciſ.3.lib.1., Marc. Ant. de
Amatis deciſ. March. 11. Marzar. de fideicom.
qu.49.verſ.& quoniam, Caualc.in dicto eius re-
pertorio verbo. Trebellianica , Menoch. conſ.
164.n.26.& cõſ.272.& 277.n.60.cũ alijs quos co-
pioſiſsime adducit Marta voto 113.n. 3. cũ ſeq.
& Gaſpar.Antonius Theſaur.lib.1.,quæſt. forẽſ.
20.nu.1. & 2. Quibus addo Fontanellam de pa-
ctis nuptialib.lib.1.par.2.gloſſ.9.clauſ.4.nu. 110.
Craſſ.§.teſtam.qu.61.& §.Trebell.qu. 4. num.1.
Peguer.deciſ.107.nu.1.Franch. deciſ.612. Mol-
fett. in Conſuet. Neap. par.2.qu. 10. num. 63.&
Mariu. Anguiſcolam conſ.130.nu. 32. lib. 1.

De AEQVITATE tamen contraria opinio
6 vti verior, AEQVIOR, & tutior amplectenda
eſt, videlicet in præiudiciũ filiorũ primi gradus
non poſſe prohiberi Trebellianicam; Vbi in re-
gione contraria non viget conſuetudo, vt pro-
bat Decius conſ.81.nu.3. & conſ.218. col. 2. Pa-
riſ.conſ.132.num.1.inter conſil.Socin. Iun. lib.1.
Rimin.Iun.conſ.187.num.39.vbi AEQVITATI
conuenire hanc opinionem ſcribit, Idem pro-
bat Eugen.conſ.33.nu.19.Rol.conſ.12.nu.6.lib.
1.quos omnes ſeq.Marta d. voto 113.nu.1.& 10.
cum ſeq.vbi multos pro contraria opinione re-
7 latos hanc partem etiã tenere ſcribit. Et maio-
rem AEQVITATEM pro hac opinione ſtare
teſtatur,& propterea ea ſequenda eſt, etiamſi
contraria ſententiam eſſe æquè communis,
vt teſtatur Pancirol. conſ. 471. num. 2. & ſeq.
lib. 1., vbi opinionem affirmatiuam AEQVI-
TATI conſonam eſſe inquit; Quia ea opinio
amplectenda eſt inter duas communes,quæ ve-
riorem, ſiuè maiorem cõtinet AEQVITATEM
8 ex Oddo conſ. 8. nu. 9. vt ſupra dictum fuit in
cap.4. nu.

Quinimo veriorem eſſe negatiuam ſenten-
tiam in puncto iuris, vt non poſsit prohiberi
9 Trebellianica filijs primi gradus per l. iubemus
C. ad Trebell. concludit Ripa d. ſingul. obſeru.
117.nu.3., id quod confirmat obſeru.499. nu. 1.
& ante eum Bereta conſ. 19. in fine, & conſ.60.
n.4.Idem ſequ.Ceual. commun. cõtra commun.
qu.30.,Surd. conſ.458. in fine, & conſ. 512. per
totum, Moroc. conſ. 67. num.2;,Et ita iudicare
10 ſolere Senatum Pedemontanum teſtatur The-
ſaur. alleg. for. quæſt. 20. num. 3. part. 1. vbi
multos cumulat præſertim Maluaſ. conſ. 125.
num. 65. Peregr. de fideicom. art. 3. num, 107.
& ſeq. Gail. obſeru. 138. nu. 16. Petra de fidei-
com. qu. 15.nu.152. Addo ego Coſtam conſ. 31.
ſub nu. 71. & Honded. conſ. 45. nu. 56. cum
ſeq. lib. 2. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 367. nu. 12.
Fab. de Anna conſ. 25.nu.10. Ioſeph. de Ruſt.
tract. de fideicom. lib. 1. cap. 2. nu. 10. Annæum
Robert. rerum iudicat. lib. 4. cap. 7. pag. 866.
ac Botell. conſ.51.nu. 9.& Laderch. conſ. 87. n.
26. vbi de communi obſeruantia teſtatur,

Neq; mouere nos poteſt ab hac ſententia
11 nonnullorum traditio,qui affirmarunt d. l iu-
bemus eſſe correctam per Auth. ſed cum teſta-
tor C. ad l. falcid.; Quoniam contrarium vali-
12 diſsimis fundamentis probarunt Gabr. alleg.
conſ.93.nu.23.Eugen.d. conſ. 33.nu. 33. & Od-
dus recenſito conſ.8.n. 15.ad quos me remitto,
& quos ſequitur Marta d. voto 113. nu. 14. cum
ſeq. qui nu. 16.egreg. aliam tollit difficultatem,
13 nimirum d. l. iubemus procedere quando vna
tantum quarta detrahitur, vt nonnulli volue-
runt.

Quia contrarium verius eſt,dum filius ſub
14 conditione grauatus detrahit duas quartas
ſecundum communiſsimam opinionem Quæ-
15 libet enim detractio conſideratur de per ſe, &
in ſuo tempore; ſtatim namq; atq; filius ſucceſ-
16 ſit, detrahit legitimam tanquam æs alienũ,
ſcriben. in l. ſancimus C.de inoff.teſtam.trebel-
17 lianica vero detrahitur tempore quo euenit
conditio reſtitutionis hæred & ſic diuerſo tẽ-
pore Pereg. de fideicom. art. 3. nu. 112. verſ.
quorum aſſertio Eugen. d. conſ. 33.num.45.

Cuius temporis, diuerſitate inſpecta, dum
Vicarij Prætorij Cremonæ munus obibam ſub
Auſpitijs Ampliſſimi Senatoris Belloni illius
Ciuitatis veræ Rom coloniæ deſideratiſsimi
Prætoris die 24. Nouembris 1623, iudicaui fa-
uore Dominæ Dianæ Perſicæ, in præiudicium
18 D. Hortenſij Comenduci,qui meæ ſententiæ ac-
quieuit. Iudicaui inquam poſt excitatas hinc
inde dubitationes,detrahendam eſſe falcidiam
à fidei-

à fideicommisso particulari, non obstantibus
19 deductis per præstantissimum, & eloquentissimum I. C. Franciscum Cauutium, comenduci
Aduocatum, qui præsertim ex doctrina Caphali in cons. 153. nu. 62. opinabatur falcidiæ
20 detractionem non esse concedendam, quæ cõcurrere non potest cum legitima; cum duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem non possent simul concurrere.

Respondit enim eruditissimus, & subtilis I.
21 C. D. Io. Petrus Ala Aduocatus Persicæ, concursum non dari cum legitima eodem tempore,
22 sed diuerso sic: in quam sententiam inclinaui, iuxtà l. existimo ff. de verb. oblig. vt in fideicommisso conditionali, secus in puro, vbi vna
23 deductio continet aliam Peregr. d. art. 3. nu. 51. præsertim in fine vers. non etiam, & vers. nam rario, ac nu. 52. vbi inquit quod conditionali-
24 ter grauatus detrahit vtranq; quartam, quia consideratur illud solum, An eodem vel diuerso tempore cedat dies detractionis vtriusque; & nu. 55. egit in specie de falcidia; Vbi veriorem opinionem esse illam tradit qua probatur posse detrahi falcidiam adueniente casu soluendi legata, vel restituendi fideicommissum
25 particulare, non obstante quod prius deducta sit legitima, quam sententiam sequitur Rust. de substit. lib. 1. cap. 2. nu. 9. par. 1.

26 Vbi vero AEQVITAS hæc omnibus non placeret, quod credi vix potest, cum sit naturàlis iustitia l. scire oportet §. sufficit ff. de excus. tut. Marta d. voto 113. nu. 11. & supra in cap. 1. nu. 3. probauimus iuxta sententiam Caualcani in dicto repert. verb. trebellianica, posset controuersia hæc terminari more rusti-
27 corum, qui per medium diuidunt lites, vt etiã refert Ripa dicta obseru. 499. nu. 4. & ita censuisse Thesaur. Patrem testatur Thesaur. Iun. d. qu. famil. 20. nu. 1. in fine, prout eam normam obseruarunt præstantissimi I. C. DD. Petrus Cantonus, & Alfonsus Vicecomes arbi-
27 tri electi Inter sorores Castiglioneas ex vna, & hæredem eorum fratris ex altera; non quia trebellianica ipsa prohiberi eo in casu non potuerit, cum Testator vltimi defuncti pater Ciuis Mediolanen. esset, attenta consuetudine de qua supra, sed quia hæsitabatur eam tantum prohibuisse Testatorem in casu delicti, qui casus non contigerat, hæresq; grauatus hæreditatem adiuerat nulla facta reseruatione adeo
28 vt Patris dispositionem approbasse dicebatur iuxta tradita per Grattum cons. 160. nu. 26. lib. 2. Aucar. cons. 152. alias 154. vol. 4. Bell. cons. 64. nu. 4. & copiosiss. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 245. nu. 3. & 4. vt in specie stante testamenti approbatione, non posse filios etiam
29 primi gradus Trebellianicã detrahere probat Marta dicto voto 113. nu. 20. de qua materia cumulatissimè scribit Alex. Trentacinq. lib. 1. var. resol. tit. de legit. resol. 4. & resol. vlt. per totum.

Neq; ommittitur, quòd conclusio supra firmata ob AEQVITATEM scilicet in filijs
30 primi gradus, non procedit in vlterioribus liberis, vt elicitur ex eodem tex. l. iubemus C. ad Trebell. vbi Bald. & Salice. & post eos Alex. cõs. 67. nu. 1. & 2. lib. 1. & Gozad. cons. 45. sub nu. 25. vers. quarto aliæ respondetur, ac post Ruin. cons. 80. nu. 25. vers. & vbi lib. 3. probat Ripa
31 sing. obseru. 10. nu. 3. & 4. reprobato Peregr. de fideicommiss. art. 12. nu. 21. vers. quo verò; Eâ ratione contrarium opinante, quòd scilicet sicuti non potest auus nepotem grauare in legitima, eodem pacto, neq; in trebellianica.

32 Namq; diuersa militat ratio in legitima, & trebellianica, vt subijcit Ripa dicto loco nu. 7.
33 filius enim intrat in locum Patris circa legitimam, atq; ideo nepos in locum filij. Quod non contingit in trebellianica per tex. in d. l. iubemus C. ad Trebell. eandem sententiam sequitur Marta dicto voto 113. nu. 8. in eamq; reffert Glos. in d. l. iubemus verbo hæreditarijs in fine, Gabr. cons. 122. nu. 8. lib. 1. Surd. cons. 77. nu. 4. Peregr. sibi contrarius art. 4. num. 117. & Viu. decis. 402. num. 10. Qua stante conclusio-
34 ne erronea pariter detegitur Thesauri traditio in dicta qu. 20. sub num. 3. Tum quia perfunctoriè tradit etiam nepotibus, non posse prohiberi trebellianicã, Tum quia Borellus citat' ad illud propositum cons. 51. nu. 9. nec verbum facit de nepotibus, sed tãtum de filijs primi gradus loquitur, Præter quod contrarium etiam decidere tex. in d. l. iubemus satis superque constat.

In trebellianica autem an fructus sint computandi pariter diuersimodè scripserunt Doc-
35 tores, in æquas duas tantum partes ex tribus imputandas esse tradit Peregr. cons. 70. nu. 6. lib. 1. sed materiam hanc difusissime triturauit Thesaur. qu. famil. 50. lib. 1. per totam, ad quem remittitur lector, post Iacobum Aemilianum cons. 13. per totum, vbi nu. 2. vers. Paulus de Castro dicit, de rigore iuris teneri filios primi gradus imputare fructuus in trebellianicã quã-
35 do duæ quartæ detrahuntur, de AEQVITATE tamen non nisi in alijs descendentibus.

S V M M A R I A.

1 *Tempus de quo in legibus vel statutis esse debet continuum nu. 1. & nu. 12.*
2 *Distinguitur inter pœnales, & fauorabiles.*
3 *In fauorabilibus tempus interpollatè adimpletur.*
4 *Exemplum pœnalis dispositionis.*
5 *Tempus continuum requiritur, vt quis in pœnã incidat.*
6 *In odiosis tempora non coacernantur.*
7 *In fauorabilibus tempora de AEQVITATE coacernantur.*
8 *Contrarium probat Rebuffus.*
9 *Annus interpollatus non dicitur completus, ita ut nouitias possit professionem emittere nu. 9. & nu. 23.*
10 *Tempora nõ coacernãtur in præiudicium emphiteutæ.*

11 *Exem-*

12 *Exemplum in cessatione alimentorum statutorum carcerato pro debito.*
13 *Tempora coaceruantur fauore piæ causæ.*
14 *Decretum Senatus Pinciani.*
15 *Opinio contraria Fontanellæ.*
16 *Lex decernens subministrationem alimentorum carceratis ab eius creditoribus dicitur odiosa.*
17 *Lex, siue statutum dicitur odiosum, si principaliter sit factum in alicuius odium.*
18 *Lex siue statũ dicitur fauorabile si principaliter factum sit fauore alicuius li. secundario in odium aliorum.*
19 *Lex decernens alimenta carceratis, facta dicitur principaliter fauore ipsorum carceratorum.*
20 *Decretum Senatus Mediolan.*
21 *Decretum aliud Sen. Mediol.*
22 *Creditores non eximuntur à præstatione alimentorum eo sub prætextu quod Protectores carceratorum prouideant de alimentis ipsis carceratis.*
Nouitius continuate experiri debet dura onera religionis nu. 24. & nu. 26.
25 *Difficilius est quadraginta dierum cõtinua ieiunia proferre, quam totidem interrupta.*
27 *Inconueniens esset, ut nouitius, qui in religione stetit per sex menses, mox ab ea exiuit, & vagari maluit, & postea illinc ad annum iterum, habitu suscepto, post sex menses, professionem emitteret.*

Statuto stante, quòd qui carceratus remansit per annum liberetur absque impensa, sub eo comprehenditur is, qui carceratus stetit per annum interpollatum, non continuum. Cap. XXIX.



Reges tum communes, tum municipales sæpissime de certo tempore mentionem faciunt; Hinc quęritãt DD. an tempus ipsum esse debeat continuum, vel satis sit interpollatim adimpletum, Et licet de iure continuum
1 esse debeat gloss. in rubr. de diuers. & tempor. præscriptionibus Abb. in cap. fin. de elect. circa finem Communiter tamen distinguitur
2 in pœnalibus, & odiosis in quibus tempus ipsum esse debere continuum in fauorabilibus
3 vero adimpleti interpollatè Angel. in §. hæc autem tria in proemio ff. quem refert Iason. in l. si idem cum eodem nu. 7. ff. de iurisd. omn. Iud., & ibi Dec. nu. 2. vbi tradit exemplum in eo qui stante statuto prohibente retentionem banniti per duos dies sub certa pœna, non ca-
4 dir in pœnam si bãnicum vno die postea alio die non tamen continuo, sed interpollato retinuit, intercedentibus multis diebus inter vnum, & alium diem: quia integrum, & continuum tem-
5 pus requiritur, vt quis incidat in pœnam Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18. par. 4.
6 nu. 44. lib. 1. in odiosis enim tempora esse debent continua, nec possunt coaceruari, e contra in fauorabilibus coaceruantur tempora, & sufficiunt interpollata.

Vnde idem Iason. in alleg. l. idem cum eodem nu. 7. ff. de iurisd. omn. Iud. ponit exemplum in eo qui stetit in carceribus per annum interpollatum, & concludit quod stante statuto iuben-
7 te liberandum esse amore Dei eum, qui stetit in carceribus per annum De AEQVITATE liberandus venit ad formam statuti, l'emporaq; de AEQVITATE coaceruantur Purpurat. in ea dẽ l. si idem cum eodem sub nu. 6. vbi Decius num. 5. cum seq. latiss. Rebuff. in eadem l. si idem
8 cum eodem nu. 4. qui contrarium probat vbi exemplum ponit in eo qui remansit in monasterio per duo semestria separata quo casu non
9 dicitur tacitè professus, cum annus non censeatur completus, idem de emphiteuta, qui cessauit in solutione canonis per duos annos, mox soluit per annum, & deinde per alios duos annos
10 cessauit à solutione quia non dicitur cecidisse, Cum tempora non coaceruentur Fontanell. dicta gloss. 18. nu. 49. Vbi multa proponit verisimilia exẽpla, & præsertim cũ pertractet quæstionẽ

An stante statuto, quod vbi cessatum sit per duos dies in præstatione alimentorum per creditorem facienda carcerato, relaxetur sta-
11 tim carceratus, tempus illud duorum dierum esse debeat continuum, an interpellatum, Et licet multi voluerint tempus illud esse debere continuum, quia quando lex facit mentionem de certo tempore intelligitur de continuo, vt
12 probauimus supra per gloss. not. in rubr. de diuers. & tempor. præscript. Abb. in cap. fin. de elect. circa finem Gomez. Var. resol. tom. 3. cap. 1. de delictis nu. 3. Cancer. Var. resol. par. 3. cap. 11. de sponsal. nu. 179.

Tamen cum fauore piæ causæ tempora con-
13 iungantur, & coaceruentur l. Paulus §. ff. de libert. caus. Andr. de Besset. in reper. l. habeat nu. 233. C. de Sacros. Eccles. Per illũ Senatũ decisum fuisse anno 1607. tẽpus ipsũ esse coaceruãdũ, &
14 carceratũ relaxandum testatur Fontanell. dicta gloss. 18. num 51., & quamuis dictæ sententiæ multa opponat Auctor ipse à nu. 52. vsq; ad 68.,
15 Contrariaq; opinio sibi magis arrideat eo sub prætextu, quod constitutio ipsa subministrandi
16 alimenta carceratis per eorum creditores sit odiosa, & principaliter in odium creditorum sit edita iuxta doctrinam Menochij de recuper. possess. remed. 1. nu. 13. cum plur. seq. Cassan. consil. 54. nu. 16. Peregr. de fideicom. art. 1. n. 24. Alder. Masc. ad Gen. statut. interpretat. conclus. 4. nu. 146., in quibus locis cõcluditur statuta diudi-
17 cari odiosa, si principaliter in alicuius odium
18 fuerunt facta. E contra fauorabilia, quando principaliter in alicuius fauorem edita sunt, quamuis fecundario in odium tertij.

Proculdubio quòd principaliter, in carceratorum fauorem, licet secundario in creditorũ

19 odium

19 odium factum fuisse huiusmodi statutum liquet, & consequenter in hoc allucinari Auctorem ipsum, alioquin virum doctissimum, constat.

Huiusmodi tamen ambiguitas sublata est in hoc dominio, vbi consimile viget statutum, sine priuilegium fauore detentorum. Namque Senatus anno 1555. vltimo Aprilis Declarauit
20 tempus illud, quod est dierum trium, esse debere continuum, post quòd tempus non possunt creditores motam purgare, vt legitur in primis Addit., ad Nou. Const. fol. 29., Prout idem Ampliss. Ordo antecedenti anno 1554. die 12. Aprilis ad relationem Ampliss. Senatoris Rainoldi mox Senatus Presidis statuit onus allendi car-
21 ceratos pro debito, spectare etiam ad daciarios, & Gabellarios, vt penes Egr. Patellanum d. fol. 29. A quo onere nō eximuntur creditores, ex eo quod confraternitas misericordiæ, siue Protectores carceratorum elemosina communi alimenta prestare soleant huiusmodi carceratis.
22 Valass. decis. 1. num. 8. cum seq. Cassan cons. 25. nu. 9 quos seq. Fontanell. dicta gloss. 18. claus. 4. par. 4. nu. 35.

Quæ conclusio, quòd fauore piæ causæ tem-
23 pus coaceruatur, limitatur in Nouitio. qui professionem emittere intendit. Per annum enim continuum non interpollatum in probatione stare tenetur, quidquid dicat Glo. in cap eum
24 qui de reg. iur. in 6 Quia nouitius integrè dura, & aspera Religionis instituti onera experiri continuate debet, non interpollare. Sicut enim difficilius est quadraginta dierum continua
25 ieiunia perferre, quam totidem interrupta. Ita Nouitius sine intermissione onera Religionis
26 ad annū sustinere debet Abb. in cap. ad Apost. de regular., latiss. Azor. par. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 2. qu. 8. præsertim litt. D.

Et sanè AEQVVM non esset, vt qui postquā
27 steterit in Religione per sex menses, dimisso habitu vagari maluit per mundum, & exinde illinc ad annum iterum habitum assumat. & post sex menses professionem emittere permitteretur, Fontanell. dicta gl. 18. claus. 4. nu 38. par. 4. lib. 1

SVMMARIA.

1 *Hyppotecam Generalem, & specialem habens, excercet prius specialem, antequam tertios posessores molestet si certus est posse ibi sibi satisfieri nu. 105.*
2 *L. 2. C. de pignor. fundata est in mera AEQVITATE num. 56.*
3 *Habens generalem, & specialem hypotecam dicitur habere duplicem obligationem.*
4 *Duo vincula magis ligant quam vnum.*
4 *Princeps, & supremum tribunal vtitur AEQVITATE.*
5 *L. 2. C. de pignor. AEQVISSIMA dicitur nu. 57.*
5 *Dispositionem l. 2. C. de pignor. exturquent. DD.*
6 *Dispositio dict. l. 2. C. de pignor. nō habet locum quando hyppoteca generalis præmittitur, & specialis subsequitur secundum aliquos.*
7 *Dispositio dicta l. 2. C. de pignor. procedit tantum, secundum aliquos, quando secundus à creditori haberet hyppotecam specialem in ea re quam deffendere vult à priori creditore nu. 39.*
8 *Ordo scripturæ, & verborum non mutat substantiam rei.*
9 *Dispositio d. l. 2. C. de pignor. locum non habet in debitore, sed tantum in secundo creditore.*
10 *Dispositio l. 2. C. de pignor. non prodest tertio possessori, qui rem tenet non tanquam creditor, sed tanquam Dominus secundum aliquos.*
11 *Actio hyppotecaria non potest exerceri contra tertium possessorem nisi facta discussione bonorum debitoris, & super excussione sit pronunciatum num. 25. ac nu. 105. in fin.*
12 *Lex 2. C. de pignor. prodest tertio possessori.*
13 *Contrarium verius.*
14 *Casus in quibus dispositio l. 2. C. de pignor. locum non habet remissiuè narrantur.*
15 *Clausula, Ita quod per specialitatem generalitati non derogetur respectu hyppotecæ in instrumētis appositæ, an impediat dispositionē l. 2. c. de pignor. & an non impediat nu. 16. cum sequ & nu. 39.*
16 *Casus legis vbi euenit non est admittenda questio.*
17 *Doctores qui tradiderunt impediri per clausulā prædictam dispositionem d. l. 2. C. de pignor. enarrantur.*
18 *Doctorum opiniones intelligendæ veniunt secundum leges, & rationes quas allegant.*
19 *Paris. cons. 103. lib. 3. loquitur in diuersis terminis. Ex diuersis non bene infertur nu. 20.*
22 *Conarruu Alba, & Asinius cōtrariū probare dicuntur 22. & 25.*
23 *Debitor non potest gaudere beneficio l. 2. C. de pign. num. 98.*
26 *Fundamento destructo omnia superinde ædificata corruere necesse est.*
27 *Copiæ plus non est credendum quam originali.*
28 *Doctoribus tenentibus aliquam opinionem rationibus non perpensis, sed turmatim, nulla fides danda est.*
29 *Doctores ipsi morem auium sequuntur, quarum vna cū volat cætera volant.*
30 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
31 *Clausula, Ita quod specialitas generalitati non deroget non tollit priuilegium generalis hyppotecæ, sed impedit illius exercitium num. 42.*
32 *Simul stant, quod vtraq; hyppoteca subsistat, sed quod vna non exerceatur, donec altera sit excussa.*
33 *Diuersum est, vt per specialitatem non derogetur generalitati atque, quod creditor non obstante speciali hyppoteca agere prius ad generalem valeat.*
34 *Verbis, & sensu clausularum niti oportet.*
35 *Cassaneus reprobatur.*
36 *Declaratus tex. in l. qui generaliter in fin. ff. qui potior in pignore habeantur nu. 40.*
37 *L. 2. C. de pignor. vti posterior leg. digestorum, eis derogasse censetur.*
38 *Et dicitur limitatoria earum.*
38 *Creditoribus duobus simul concurrentibus, & habentibus generalem hyppotecam præfertur primus.*

41 Frustra

aliter debet constare de certitudine nu. 109. & 110.

111 *Conditio apposita in dispositione legis debet, aliter verificari, quam per praesumptionem.*

112 *Aemulationis causa, quando primus creditor agit contra secundum creditorem vbi potest sibi satisfieri.*

113 *In indityis non audiuntur ij, quorum non interest.*

115 *Praescriptio procedit etiamsi possessor habeat causam à debitore, dummodo non sit eius haeres.*

116 *Locus in quo partes habent domicilium, attenditur in praesumptionibus.*

117 *Quod procedit etiam si habeat Domiciliū in pluribus locis.*

118 *Praesentes dicuntur in materia praescriptionis, si ambae partes habent domicilium in eadem Prouincia.*

119 *Ciuitates Lombardiae, ex pace Constantiae habentur loco Prouinciae.*

120 *Statutum Mediolani, quo cauetur praescriptionem decem, & viginti annorum extendi ad triginta declaratur.*

Statutum loci in quo mora commissa est, attendi debere voluit Bar. nu. 121. qu. 123. declarat.

122 *Forū quis sortitur, vel ratione domicilij, vel ratione rei sitae.*

124 *Praescriptio etiam mixta datur.*

125 *Praescriptio triginta annorum requiritur, vbi agitur de clausula constituti.*

126 *Statuto Mediolani, cauetur quod ex constituto generali non intelligatur nec fit translata aliqua possessio.*

127 *Restitutio in integrum competit aduersus praescriptionem.*

Habens specialem, & generalem Hypothecam. teneatur prius excutere specialem, antequam tertios possessores virtute generalitatis molestet. Cap. XXX.



Imperator Seuerus perspiciens aequū non esse, vt qui absque alterius creditoris incōmodo sibi satisfacere pōtest, illū molestet, AEQVITATEM,
1 amplectendo, sanxit in l. 2. C. de pignor. quod habens generalem, & specialem hypotecam, si certus est posse sibi satisfieri ex his, quae specialiter hypotecāta sunt, generalem hypotecam in praeiuditium posteriorum creditorum non exerceat, Quam legem in mera AEQVITATE
2 fundatam esse testantur ibi omnes scribentes, & praesertim glos. verb. temperanda est, Corni cons. 246. sub n. 1. & n. 3. lib. 1. quo loco subijcit ipse Author, quod habens generalem, & spe-
3 cialem hypotecam in certa re, censetur in illa re habere duplicem obligationem, Et cum duo vincula magis ligent quam vnum Auth. Itaq; C. commun. vtriusq; Iud. Vndè non mirum si studet AEQVITAS, quod elligat illam rem, in qua habet plus iuris, & de qua specialiter sibi prouidit, vltra generalem prouisionem; Adeo quod nō videtur eadem AEQVITAS quando in qualibet re, habet tantumdem iuris, id est solam generalem hypotecam, quod elligat magis vnam rem, quam aliam; Eandem sententiam sequitur Crau. cons. 982. nu. 1. Franch. decis. 5. circa finē, vbi ait, quod licet AEQVITAS haec non reperiatur scripta contra ius scriptum; Nihilominus
4 Princeps, & Sacrum Concilium Neapolitanum, quod Principem repraesentat potest ea vti l. 1. C. de leg. AEQVISSIMAMQ; legem eam appellat
5 Couaru. lib. 3. var. resol. cap. 18. num. 3. vers. septimo.

Et quia legis huius dispositionem diuersimodè interpretatur scribentes, eam etiam extorquendo, vt abundè scribit Alex. Trentacinq; lib. 3 var. resol. tit. de pignor. resol. 5. per totum, cum in facti contingentia materia ipsa plenè (vt arbitror) ventilata, atq; trutinata esset superioribus annis in causa D. Boniforti Ponzani Rationatoris Reg. Cam. in qua Coadnocatus fuit eruditissimus, oculatissimus, &
6 Praestantissimus D. Petrus Paulus Flamenus nunc meritissimus Reg. Quaestor Extraordin. redditum, qui post haec scripta Amplis. Senator fuit creatus à S. R. M. Non ab re esse existimaui, responsa prolata hic sub nectare, vna cum causae euentu ad publicae vtilitatis comodum.

Adsit virtus Spiritus Sancti.

Quotidiana nobis est materia l. 2. C. de pignor. qua cauetur, priorem creditorem habentem generalem, & specialem hypothecā teneri priùs specialem excutere, antequàm secundum creditorem bona debitoris possidentē molestet, vt ait Couarun. lib. 3. var. resol. c. 18. in princ. vers. quae quidem. Et quoniam diuersimodè loquuti de ea fuerunt DD. volentes alij eam pluribus modis limitari, & declarari, alij alia loquentes, operae pretium duxi capta opportunitate defendendi iura D. Ponzani contra D. Plotum, nodos omnes hic eneruare, quibus intricata quodammodo hucusq; reddita videtur illius dispositio, quamuis ornatissimè illam examinarunt Costa de remed. subsid. remed. 11. & Caroc. de excuss. quaest. 65. p. 2.

Et primò contendunt D.D. legem ipsam non habere locum, quando hypotheca generalis
6 praemittitur, & specialis subsequitur, vt post Albericum, & alios super eadem l. 2. tradit Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de pignorib. & hyppot. resol. 5. num. 2. Secundò, quod lex
7 ipsa procedit tantum, quandò secundus creditor haberet hypothecam specialem in ea re, quam defendere vult à priori creditore, non autem si generalem tantùm vt post Socin. cons. 198. lib. 2. tradit Torniola cons. 6. num. 9. & 99. & ante eos Cassan. in Cathalogo gl. mundi par. 12. considerat. 99. limit. 25. §. Adhuc possit circa medium vers. & aduerte.

Verumtamen non obstantibus his DD. subtilitatibus

D

litatibus, siuè præcedat generalis, siuè specialis hypotheca prioris creditoris, siuè habeat specialem hypothecam, siuè non, secundus creditor, semper procedere dispositionem ipsius l. 2. concludunt communiter scribentes, esto quòd
8 ordo scripturæ, & verborum non mutat substantiam dispositionis rei, vt in puncto ait Asin. tract. de execut. §. 7. cap. 5. num. 2. in fine Mynsing. sing. obseru. cent. 6. obseruat. 94. num. 6. & 7. qui testatur sic censisse Dominos illius parlamenti Paris. conf. 59. num. 38. lib. 1. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 18. vers. quarto adnotandū erit, & vers. Tertia eadem constitutio Osasc. decis. 158. sub num. 6. Egregiè Alex. Trentacinq. all. resol. 5. per totam, præsertim nu. 2. & 3. vers. Ab hac secunda, quo loci Quæst. ad partes latissimè pertractat, Et respectu Ordinis generalis, vel specialis hypothecæ id etiam amplectitur Torniola all. conf. 6. n. 99. quamuis respectu hypothecæ specialis, quam habere debere secundum creditorem in re controuersa, contrariam opinionem defendat ibidem n. 96. & Surd. decis. 44. nu. 2. ac Caroc. de excuss. bon. quæst. 65. nu. 5. & 8. par. 2.

Rursus tradunt scribentes legem ipsam non
9 habere locum in debitore, sed tātùm in secundo creditore, qui excipere potest, vt primus creditor hypothecarius agat priùs aduersus rem specialiter hypothecatam antequàm cōtrà bona per ipsum secundum creditorem possessa ratione generalis hypothecæ; Er in hoc omnes conueniunt, vt post antiquiores Surd. decis. 44. nu. 10. Torniola recit. conf. 6. nu. 96. Costa de remed. subsid. remed. 11. num. 7. Gaspar. Roder. tract. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 9. nu. 62. Asin. tract. de execut. recit. cap. 5. Trentacinq. recit. resolut. 5. nu. 8.

Prætereà supponunt DD. legem prædictam
10 non prodesse tertio possessori, qui rem tenet non tamquàm creditor, sed tamquàm Dominus; Et licet Oliban. tr. de actionibus par. 2. lib. 2. cap. 29. vbi Adition. nu. 59. tradit non posse experiri actione hypothecaria contrà ter-
11 tium possessorem, nisi facta discussione bonorum debitoris, & super excussione pronuntiarum sit per Maluas. conf. 19. num. 6. lib. 1. Surd. conf. 191. num. 10. lib. 2. Gamma decis. 99. Atq; de mente gl. in dicta l. affirmat Asin. dicto §. 7. cap. 8. vers. verum. Surd. dicta decis. 44. num.
12 14. vers. rursus, prodesse tertio possessori, prout antè eos idem probat Bar in eadem l. 2. in fine, ex quo militare tradit eamdem rationem.

Nihilominùs non resistit assumptum Oliba-
13 ni, & aliorum, quin exclusus dicatur tertius possessor à prouisione ipsius legis, vt ex professo defendit post Paris. conf. 103. in princip. lib. 3. & Couar. alleg. cap. 18. vers. quinto animaduertendum est lib. 3. var. resol. & Trentacinq. dicta resol. 5. num. 7. Torniola alleg. conf. 6. num. 97. Surd. recit. decis. 44. num. 11. & Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 12. & 25. fol. mihi 50. ac idem Asin. eodem cap. 8. vers. pro declaratione tantum.

Plures alios casus, in quibus supponitur non
14 habere locum recitatā l. 2. tradunt Costa dicto remed. subsid. 11. nu. 9. vers. Non obstat Crau. conf. 892. num. 4. Surd. dicta decis. 44. num. 12. vers. Ego tamen iuncto nu. 17. & 18. Torniola dicto conf. 6. nu. 98. & sequent. Paris. conf. 103. nu. 3. lib. 3. & Alex. Trentacin. dicta resol. 5. nu. 11. ad quos DD. breuitatis gratia me remittere censui.

Illa tantùm excutienda venit limitatio passim adducta, quæ casui D. Ponzani conuenit, nempè vtrum attenta clausula, quod specialitas
15 generalitati non deroget, & è contra à Notarijs in huiusmodi instrumentis apponi solita, cesset in hoc casu dispositio prædicta l. 2. C. de pign. Adeò quod non teneatur D. Plottus primus creditor actione hyppothecaria specialiter priùs experiri contrà bona Terdoliati, antequàm agat virtute generalis hypothecæ aduersus bona Landionæ possessa à D. Ponzano vti secundo creditore successo in locum Isabellæ Taffæ.

Qua in re animaduertendum est, quòd attenta clarissima illius textus dispositione; Erroneè quodammodo videtur eumdem in dubium reuocare DD. ob vim clausulæ prædictæ, cum vt
16 alias dictum fuit, vbi casus legis euenit, non est admittenda quæstio vnl. l. Ancilla C. de furris, & l. illam C. de collat. Corn. conf. 205. nu. 8 lib. 3. per mendicata etenim suffragia tot Doctores eruditissimi, & tanti nominis in eam labem inciderunt primo aspectu illius clausulæ, Quæ sanè diligentius, & accuratius perpensa non resistit dispositioni dictæ nostræ Constitutionis, Et nodum in scyrpo potiùs quærere Doctores ipsos, & vnum post alium more claudorum in foueam cecidisse, quàm quod dubitandi locus subesset ex infrascriptis liquere non despero.

Primus enim omnium hanc opinionem in campum proposuisse videtur Cassan. in catal. gloriæ mundi alleg. consider. 99. par. 12. limit.
17 85. vers. sed aduerte, Mox. illum sequutum fuisse Paris. recitato conf. 103. num. 3. & sequenti lib. 3. & Couaruiam lib. 3. var. resol. cap. 18. vers. prior creditor, supponunt recentiores, qui, & ipsi non degustato negocio eandem opinionē amplexi fuerunt vz. Osasc. decis. 158. nu. 7. vers. ex alio tamen, Franch. decis. 5. per totam. Put. decis. Roman. 38. lib. 1. Mynsing. cent. 6. obseruat. 94. in fin. Alex. Trent. dicto lib. 3. var. resol. tit. de pign. & hypp. res. 5. num. 6. Alba conf. 796. Asin. de execut. §. 7. cap. 5. & 8. Rol. conf. 36. vol. 4. Caroc. de excuss. par. 2. quæst. 65. num. 20. Surd. decis. 44. Torniola conf. 6. num. 93. D. Alex. Raud. de Analog. cap. 33. num. 3. lib. 1. Quos omnes exceptis Trentacinq. Torniola ac Raudense, allegat. & seq. Costa de remed. subsid. remed. 11. num. 5.

Enim

Enimverò etsi corona hæc Doctorum, ac tanti præclariss. viri opinionem ipsam affirmasse videantur, Attento quod eorum traditiones
18 intelligendæ veniunt secundum leges, & rationes, quas allegant, vt post multos quos congerit tradit Menoch.cons.52.num.165.cons.90. num.55.& cons.401.num. 113. iuncto cons. 766. nu.21.& cons.798.num. 19.

Perspectis singulorum dictis, non dubito, quin ex eisdemmet veritas vtsupra proposita meridiana luce clarior appariturа non sit.

Ex ipsis enim Doctoribus amouendus venit Parisi.all.cons.103. lib. 3. qui de clausula prædi-
19 cta, nec verbum facit, sed tantùm sub num.2. asserit, quòd nec illo primo instrumento dici potest fuisse derogatum per aliud secundum, quoniam exprefsè in dicto secundo instrumento adest clausula, vt per illud non præsumatur derogatum,& aliquid innouatum primo, & cótentis in eo, & expræssè secundo continetur, quod omnia contenta in primo instrumento debeant permanere valida, & firma &c. Et sic cú longè differat clausula prædicta ab his protestationibus in instrumétis ex tempore posteà celebratis appositis, ambigi non potest, quin minimè conueniat casui nostro ipsius Parisij
20 dictum, Cum ex diuersis non bene inferatur iut.vulg.

Couaruu. citato cap. 18. eqnè cessat, ex quo potiùs contrariam opinionem tenere infrà
21 ostendetur, nè dùm pro ea facere affirmari potest; Namque in fine dicti vers.9. est prætereà, extradentes asserit, quòd illa opinio respectu dictæ clausulæ sibi valdè dubia est, atq; quod difficillimè eam interpretationem in praxi admitteret.

Alba itidem in cons.746. num.3. contrarium de directo probat, dùm ait, quòd primus cre-
22 ditor non obstante clausula prædicta contentus esse debet de pignore speciali, nisi in ea regione ex longa consuetudine contrarium interpretatum extaret.

Surdus recitata decis.44.præsertim num.8.& seq. loquitur de debitore qui gaudere non po-
23 test beneficio dictæ l. 2. non autèm de secundo creditore, idcircò non confert huic quæstioni decisio ipsa; Quàmquam raciocinando post có clusionem à Sen. in eo casu factam plures limitationes à DD.excitatas ad dictam l. 2. proponit, aceriam vt plurimum soluit, nèc verbum facit de recitata clausula. Imò sub num. 4. vers. Quinimo dicit, Quod quemadmodum creditor agere prius debet aduersus debitorem, suè eius bona, eaq; excutere, antequam tertios possessores conueniat actione hypothecaria
24 per § sed neq; in Auth.de fideiuss.nè alijs iniustè creditor molestus sit, cui potest à debitore satisfieri. Ita agere etiam debet primus creditor aduersus rem specialiter hypothecatam antequam aculeum dirigat contrà secundum creditorem possidentem bona generaliter hypothecata, nè, vtsupra dictum est, alijs iniustè creditor molestus sit; vbi potest sibi per specialem consulere Crau.cons. 594.nu.5.vers. obseruandum.

Afinius loco citato viz. cap. 5. & 8. patiter de clausula prædicta, nec verbum quidem
25 facit, itaut contrarium potiùs sustinete videatur.

Osascus autem vnà cum Minsing. Raudense, Franco, Pureo, Torniola, Trenracinquio, Carocio, & Costa locis citatis simpliciter quidem conclusioné ipsam affirmant tàcùm freti authoritate Cassanei, & Parisij, nulla allata ratione eorum dicti; Adeò quod non subsistente doctrina Cassanei, corruere etiam horum Doctorum
26 testimonium affirmandum est, cum destructo fundamento omnia superindè edificata corruere necesse sit iuribus notissimis. Ex quo alias magis copiæ, quàm originali crederetur (quod affirmandum non est iuxtà Rol. cons.9.
27 num.33.lib.3.Hect.Felic.Alleg.46.nu.26.par.2. His enim Doctoribus tenentibus dictam opinionem rationibus non perpensis, sed turma-
28 tim nullam fidem præstandam esse tradit Menoch. cons.51. num. 53. post Neuiz. lib.6.Siluæ nupt. num. 29. quia vt subijcit, ex Decio cons. 481 in fin. idem Menoch. num.54. Doctores isti
29 motem anium fuerunt insequuti, quarum vna cum volat, ceteræ volant.

Cassanei authoritatem tantùm, ac Rol. fundamenta, & rationes superesse patet pro conclusione prædicta, Igitur opere pretium pariter est, vt ex eis etiam diligenter excutiantur, ac diluantur ad hoc vt clariùs liqueat de veritate huius nostræ opinionis.

Nititur primo ea ratione Cassaneus, quod ex voluntate contrahentium per illam clausulam exprefsè declaratum est, per specialem nó derogari generali,& propterea seruari debere earum voluntatem, eò quia contractus ex con-
30 uentione partium legem accipiunt l. 1. §. si conueniat. ff.depositi,& consequenter non obstante speciali hypotheca posse, creditorem, vti generali; Verùm, si recto, vt decet, oculo, clausula ipsa perpendatur vnà cum eiusdem substantia, & verbis, non resistit, quin ea non obstante priùs specialem excutere debeat creditor primus, & in eius subsidium posteà generalem.

Attento quod generalis sublata sic agendo non diceretur, cuius reseruationem continet
31 clausula prædicta, sed tantùm impeditum esse illius exercitium, & vsum, donec creditori potest satisfieri ex bonis in specie obligatis Gabr. cons.41.num.8.lib 2. Egregiè Surdus cons. 495. num.9.vers. nèc aduersatur, Quo loci subiungit posse simul stare, quòd vtraq. hypotheca subsi-
32 stat, sed vna non exerceatur, donec excussa sit altera, sæpeq; contingere, quod plures competunt actiones, sed ex eis vna datur sclùm in subsidium.

D 2 Di-

Diuersumq; est, vt per specialitatem non cēseatur derogatum generalitati (prout continet clausula prædicta, id quod nos etiam admitti-
33 mus) atq; quod per illam clausulam possit creditor non obstante speciali agere ptiùs ad generalem contrà dispositionem dictæ l. 2. C. de pignoribus, vt de se patet, cum verbis, & sensui dictæ clausulæ niti oporteat, vt habetur, ex
34 tradicis à PerIll. D. Senatore Bellono affine, & Dño meo tract. de his, quæ incontinenti fiunt cap. 177. num. 19. loquendo de interpretibus Grecis, qui nitebantur verbis l. filiæ C. famil. ercis.

Secundo adducit Cassaneus, quòd in l. qui generaliter in fi. ff. qui potiores in pignore habeantur, videtur adesse tex. ad litteram pro hac
35 clausula vt tenuit. Bar. in dicta l. 2. C. de pignoribus. Sedulò autem perpenso ipso textu vna cum Bar. dicto, tantùm abest, vt Cassanei intentionem corroborent; quinimo contrarium potiùs affirmare videantur.

Tex. enim ipse continet, vt etiam declarat ibi glo. magna, Quòd si generalis fuit obligatio, aliquibus deductis; generaliter obligata si sufficiant, potior est secundus creditor in pignore speciali, & sic inferre vult textus ipse, quod
36 quemadmodum in casu proposito omnia generaliter hypothecata erant, & aliqua specialiter, Ità hic omnia generaliter nonnullis deductis, quæ minimè nec generali, nèc speciali hypotheca affecta fuer.

Præter quod cum nostra ista lex 2. sit posterior dictæ l. qui generaliter eidem detogasse censetur, ex quo correctoria, siue limitatoria
37 dictatum aliarum legum dicitur, vt concludūt DD. citati præsertim Alexan. Trentacin. dicto lib. 3. var. resol. tit. de pign. resol. 5. num. 3. vers. hæc opinio.

Bartolus verò distinguit hoc pacto, si sunt plures creditores tùnc aùt primus habet tantùm generalem hypothecam, & secundus etiā
38 generalem tantùm, & primus præfertur, ita intelligitur præalleg. leg. generaliter in princ. Aùt primus habet specialem, ac etiam generalem, & secundus alteram tantùm, Et tùnc aùt habet eas purè, aùt sub conditione. Si purè tunc licèt de rigore iuris possit prosequi, quācumque hypothecam velit, tamèn de AE-
39 QVITATE non potest per dictam l. nostram. Si verò habet specialem hypothecam purè, & generalem sub conditione videlicet, si nō possit sibi satisfieri ex specialis, tunc sufficiente sibi speciali hypotheca, secundus creditor non solùm est potior, sed etiām est solus in illa hy-
40 potheca, & ità debet intelligi præall. l. qui generaliter in fine.

Qua de re quoquo se vertat Cassaneus admittendo quod per clausulam prædictam dicatur, priorem creditorem habere hypothecas specialem, & generalem purè, aùt specialem tātùm, purè, & generalem sub conditione, adhùc de AEQVITATE dictæ l. 2. semper tenetur creditor excutere priùs specialem hypothecam vt explicat Bar. supra relatus.

Deueniendo ad Rol. authoritatem, quæ postrema est, sanè ex professo opinionem prędictā deffendere conatur Rol. d. cons. 36. n. 8. cum seq.

Et primo loco adducit auctoritates Cassanei, Parisij Didaci, & Osaschi, quorum dicta minimè releuare satis supra prrobatum extitit, & sic cessat fundamentum ipsum.

Secundo adducit, quod si admitteretur, huiusmodi clausulam minimè operari effectum, de quo agitur, sequeretur, quòd frustra esset ap-
41 posita contrà l. si quando. ff. de leg. 1. & post multos Beroius cons. 30. nu. 9. lib. 2.

Huic autem obiecto respondetur falsum esse, quod clausula prædicta seruiret de vento, quatenus non operaretur effectum suprà exprçssū; Namq; vt dictum fuit supra in vers. Nititur primo in verbo, verum si operatur clausula ipsa, & verus illius sensus est, vt non censeatur derogatum generali hypothecæ, non autem quòd priùs ad generalem, quàm ad specialem agi possit; Ex quo retardari tantùm per specialem
42 ipsius generalis exercitium apparet, non autē illa sublata diceretur iux. Gabr. cons. 41. num. 8. & 12. lib. 2. & Surd. cons. 495. nu. 9. vers. nec aduersatur lib. 4.

Tertio ait Rol. quòd quatenus clausula prædicta non saluaret ius primi creditoris agendi ad eius libitum, etiam ex generali hypotheca; Specialis ipsa introducta in fauorem creditoris redundaret in eiusdem odium, quòd af-
43 firmandum non est vul. l. quod fauore. C. de legibus, & sic ad diminutionem creditoris, quod iuri repugnat l. si mancipia. ff. de fundo instr. Socin. iun. cons. 189. nu. 91. lib. 3.

Diluitur attamen obiectum hoc ex fundamēto relato à Surdo in dicto cons. 495. sub nu. 12. vers. verificatur igitur, & vers. igitur, & vers. per prædicta sat. sit, quo loci apertè tradit, nullum omninò damnum ex hoc irrogari, quia non in-
44 terest prædicti creditoris, quod sibi satisfiat ex vno magis, quàm ex alio pignore, & sat est, quod sibi satisfiat Gabr. dicto cons. 41. num. 12. lib. 2. Consideratiq; debet tempus contractus, vt dignoscatur, si specialis hypo-
45 theca sit vtilis, vel damnosa l. si voluntate C. de rescind. vend. scrib. in l. 2. C. eod. tit. idem Surd. cons. 151. nu. 71. & dicto cons. 495. nu. 12. Quandoquidem tempore contractus nulli dubium est, quòd in bonis ipsis Terdobiati venditis Tettono per Plottum commodiùs, & libentiùs poterat Plottus de restāti pretio sibi satisfacere, quā in bonis Iandoniæ quæ adhùc neq; erant in bonis ipsius Tettoni, Et consequenter commodius poterat Plottus prosequi speciale pignus, quàm generale in alijs bonis; libētiusq;
46 id fecisse debuisset, cum nostra intersit habere res.

res maiorum, & prędecessorum nostrorum glo
sa l. 1 ff. sol. matr. Cassan. de terr. rubr. 10. §. 1. nu.
2. in fi. Vndè Naboth. de quo habetur in tertio
Regum cap. pen. cum à Rege Achab vt vineam,
quam iuxta palacium habebat, accepta meliori
47 aut pretio iustiori ei venderet, accersitus fuis-
set; Respondit, propitius sit mihi Dominus, nè
dem hæreditatem patrum meorum tibi.
Et sic cessat regula ipsa, quod inductum est in
fauorem; Quia vt subijcit Surd. loco citato, sat
est, quod principaliter specialis hypotheca sit
48 fauorabilis, & contineat vtilitatem, licet secũ-
dario, & in consequentiam aliquid afferre pos-
set damni Ias. in l. vinum nu. 12. in fin. ff. si cert.
pet. Decius in l. non omnis §. pupillus num. 4.
ff. eodem; Quamuis vt supra dictum fuit, nihil
damni contineat; eò quia æquè sufficienter
Plotto consulatur ex speciali, sicut ex generali;
maximè cum specialis magis afficiat rem, quàm
generalis, & plus iuris constituatur per specia-
49 lem, quàm per generalem. Rimin. iun. cons. 577.
num. 10. Ea propterè prius illa excurienda est,
50 quã generalis Molin. lib. 4. de primog. Hispan.
cap. 7. num. 28. fol. 50r. & Surd. dicto cons. 495.
num. 11. ac Gabr. all. cons. 41. nu. 13. lib. 2.
Et ex his liquidò constat non subsistere, ra-
tiones, & DD. opiniones limitantes prædictam
legem nostram, vbi in instrumento contractus
adsit citata clausula; ità quod specialitas gene-
ralitati non deroget; Hocq; non solum fuit de
mente Couar. in recit. cap. 18. var. resol. vers.
nono est preterea in fine; & Alba relato cons.
796. nu. 3. Verùm expressè, & extra dentes con-
51 clusionem ipsam, quod non obstante clausula
prædicta agere teneatur creditor priùs ad spe-
ciale pignus, quàm ad generale deffendit; &
exornat subtilis I. C. D. Amatorus Rodriquez
in eius nouiss. trac. de concursu creditorum
par. 2. art. 1. nu. 5. per totum, dùm egregiè scri-
bit ea clausula non obstante adhùc habere locũ
dictam leg. 2.
In his enim (subiungit auctor ipse) quæ à
iure constituta sunt protestatio nõ releuat pro-
52 testantem, vt notat glo. verb. materna in l. ali-
menta C. de negocijs gestis, quam pluribus
exornat Rub. in l. non solum. §. morte num. 58.
& ibi Bolognin. num. 134. ff. de noui operis nũ-
ciatione. Alex. cons. 94. lib. 2. quibus confert
conclusio illa dessumpta ex l. 1. C. qui admitti;
de qua Per Ill. D. Senator Bellonus dicto tracta-
tu de his, quæ incontinenti fiunt cap. 55. nu. 3.
53 maiorem scilicet esse legis, quam hominis po-
testatem.
Prætereà num. 6. tradit author ipse, legem
prædictam non corrigere decisionem l. qui ge-
neraliter, & similium, vt asserebat Negusanc.
falsò, dicens communem in dicto tr. de pigno-
rib. 8. par. memb. 1. nu. 20.; Nàm cum ea lex lo-
quatur in casu diuerso ab eo qui cõtinetur in d.
53 l. qui generalitèr, non potest dici correctoria,
sed limitatoria, vt notauit Gregor. Lopez in l.
potiel 18. par. 3. gl. 9. prout idèm affirmat Alex.
Trentacinq. d. lib. 3. var. resol. tit. de pignorib.
resol. 5. nu. 3. vers. ab hac secunda in fine; & sic
concludit ipse author sub nu. 7. circa medium
dictam l. 2. procedere respectu posterioris cre-
ditoris; qui non obstante recitata clausula se
opponere potest priori creditori agenti aduer-
sus bona compræhensa sub generali hypothe-
ca, relicta speciali, ex qua potuit vniuersum de-
bitum exigere.
Omitto autem fundamentum ineuitabile
vt suprà adductum, clausulam prædictam non
importare effectum a DD. contrariam opinio-
nem affirmantibus suppositum, respectu exer-
citij actionis, sed nè per specialitatem sublata
diceretur generalitas, non autèm quòd recan-
dari non posit exercitium generalis ex Surd. &
Gabr. suprà citatis.
Addo ego, quod generalis ipsa, quasi in sub-
sidium posita dicitur post specialem, vt tradit
54 Asin. dicto tr. de execut. § 7. cap. 5. sub num. 4.
vers. quod tamèn in fin. & vers. sequen. post Cre-
mens. Sing. 54. qui ait talem obligationem eo
modo conceptam condicionalem. & subsidia-
riam esse, quem sequitur Gabr. dicto cons. 41.
n. 4. lib. 2. & Costa alleg. remedio 11. in princip.
Vndè si subsidiaria est, & conditionalis exerce-
ri non potest, nisi in subsidium specialis; &
adimpleta conditione excussionis ipsius spe-
cialis vt vulg. iuris est, & sic agere debet Plot-
tus ad speciale pignus, quòd in dubio præsu-
mitur sufficiens pro solutione ipsius crediti, vt
55 post Mysing. Trentacinq. Asin. & Rol. locis ci-
tatis affirmat Caroc. all. qu. 65. num. 2. par. 2. de
excuss. & tradit Surd. all. decis. 44. nu. 16.
Insupèr fatentur omnes prædictam nostram
56 l. 2. fundatam esse supèr AEQVITATE, vt per
Corn. cons. 240. sub num. 1. vers. tertio facit lib.
2. Crau. cons. 982. num. 1. Alex. Trentacinq. di-
cto lib. 3. var. resol. tit. de pign. resol. 5. num. 3. in
fin. Rol. all. cons. 36. nu. 5. lib. 4. Id quod liquet
ex verbis eiusdem textus, vz. vt omnibus con-
sultũ sit; ità scribit Molin. de iust. & iur. disput.
538. sub num. 31. vers lege 2. par. 2. quo loci tra-
dit Impertinens esse, vt primus creditor velit
molestare secundum creditorem possidentem
vbi ex ee specialiter hypothecata sibi satisfie-
ri potest, & in fine dicti vers. dicit, quòd lex ipsi
soli AEQVITATI contrà iuris rigorem niti-
tur, idem comprobat Caroc. dicta qu. 65. nu. 4.
dùm tradit legem ipsam fundatam esse, ne se-
57 cundo creditori, si possibile est, præiudicetur,
eamdemq; Aequissimam legem appellat Co-
uaruu. recit. cap. 18. var. resol. lib. 3. num. 2. vers.
septimo constat.
Quarè cũ AEQVITAS aliud nõ sit, quàm or-
dinata iustitia, reperata dulcedine misericor-
58 diæ, vt interpretatur Abb. in cap. ex parte, de
transact. & Bar. in l. 1. C. de leg. quos sequitur

Affl.super const, regni lib. 1. rubr. 17. Si quis in
59 posterum num, 27. & seq. fol. mihi 77. Eamq;
semper habere debere iudicem ante oculos,
docet tex. in l. quòd si ephesi, §. in sua. ff. de eo,
quòd certo loco Affli&. vbi supra num. 28.

Ambigendum non est, quin Ill. Magistratus
secundum AEQVITATEM iudicaturus non
sit, vt iudicare consueuit, declarando non esse
molestandum D. Ponzanum à Plotto, qui aciem
dirigere debet contra bona Terdebiati specia-
liter sibi hypothecata, Esto quod omnis sua-
60 det AEQVITAS, quòd Plottus eligat illam
rem, in qua plus iuris habet, & de qua
specialiter sibi prouidit vltrà generalem proui-
sionem, Corn. cons. 246. num. 3. lib. 1. & Surd.
61 dicto cons. 495. num. 18. lib. 4. Prouè supra satis
probatum est, maius ius habere in re specialem
hypothecam quàm generalem, ex Mol. de pri-
mog. Hisp. lib. 4. cap. 7. num. 28. fol. mihi 501.
quòd etiam tradit Surd. sępius citato cons. 495.
num. 11. & Gabr. cons. 41. num. 23. lib. 2. ac Rim.
Iun. cons. 577. num. 10.

Iudex etenim debet facere de AEQVITA-
TE, quod tibi non nocet, & alteri prosit Bart.
62 in l. 2. in princ. ff. sol. matr. Affli&. super dicta
constit. rubr. 17. num. 27. & seq. Maximè verò
circa electionē hypothecæ specialis ante ge-
neralem, nè noceat tertio possessori, vt per l. 2.
§. item varus, ff. de aqua pluu. arcenda probat
Corn. cons. 246. num. 1. lib. 1. qui etiam subijcit
63 non posse quemquam repudiare aliquid adin-
commodum alterius, vbi non caderet commo-
dum repudiantis, quòd magis est per l. liberto
octuaginta. ff. de operis libertorum, faciunt ad
hoc, quæ tradit Surd. recit. cons. 495. num. 9.
vers. non obstat.

Præsertim autem AEQVITATI prædictę in-
sistere debet ipse Illust. Magistratus attento,
quod licèt AEQVITAS in specie non reperire-
tur scripta cōtra ius scriptum tamèn Princeps,
vel Ill. Magistratus, qui in hac cognitione re-
64 pręsentat eius personam, potest ea vti, per tex.
in l. 1. C. de leg. & habetur in nou. Const. tit. de
Quæst. Extraord. redd. pront loquēdo de Sacro
Consilio tradit, Affl. loco citato nu. 28. in fine.

Non omitto, qnod tradit Eruditissimus, ac
Perillust. D. Senator Bellonus allegato tr. de
his, quæ incontinenti fiunt cap. 61. num. 9. & 10.
dùm inquit nefas esse, quòd Doctores aliquot
illorum authoritatem declinare satagunt, quæ
Imperatorio nititur numine, & potestate, ac
65 dùm nequeunt commode leges interpretari,
eas miris ad cogitationes suas modis detor-
quent, vt libitum est, eas legunt, leui coniectu-
ra, & diuinaci ducti, nullo codicum testimonio
freti, multa inducunt, multa addunt de suo;
Prout similes esse adductos scribentes, qui di-
ctæ nostræ Cōstitutionis dispositioni adeò cla-
ræ limitationem dare per dictā clausulam nixi
sunt absque codicum testimonio, aùt alia eui-
denti ratione.

Nec vim facit, quidquid scribit Surd. citato
cons. 495. num. 10. dum concludit, quòd clau-
sula, quòd specialis hypotheca posita pro ma-
iori cautione, non æquipollet clausulæ prædi-
ctæ, ità quod specialitas non deroget genera-
litati, Eo quia vbi dicitur nè species deroget
generi, tunc ita sustinetur generalis hypothe-
cæ vtilitas, vt possit exerceri antè specialis ex-
cussionem, aliàs quòd specialitas derogare di-
ceretur generalitati, si actualiter impediretur
exercitium generalis.

Namque ex fundamentis vtsuprà explicatis
satis liquet, quòd retardando exercitium ge-
neralis hypothecæ, non dicitur ipsa generalis
sublata, aùt eidem derogatum, & consequenter
attento, quod consequens Surdi falsum detegi-
tur, necessario etiam falsum dicitur antecedēs,
iuxtà terminos Topicos; Præterquod maioris
potentiæ esse arbitror clausulam prædictam,
quòd specialis hypotheca posita sit pro maio-
ri cautione, quàm dicta clausula, itaut per spe-
cialitatem generalitati non derogetur, vt de se
66 patet. Derogare enim generali diceretur, si ea
penitùs sublata esset, cum derogare sit rem tol-
lere, aùt eam, vti infectam reddere, faciunt quæ
tradit Perillust. D. Senator Bellonus dicto tr.
de his, quæ incont. fiunt cap. 98. num. 2. & 5. Et
sic vbi sublata non est, non intrat virtus ipsius
clausulæ. Atqui potentia, siuè sensus alterius
clausulæ adeò perspectus est, vt mentem con-
trahentium indicare videatur fuisse tantū spe-
cialem ipsam ad maiorem cautionem apposi-
tam esse, non autem, vt super ea insistere de-
beat creditor.

Porrò, quod si Eruditissimo ipsi Surd. quæ-
stionem hanc disputare contigisset, vt de ea re-
missiuè tātum, & per transennam loquutus fuit
loco citato, opinionem sanè nostram omninò
amplexus fuisset, ex iuribus, & fundamentis ab
eodem adductis, & hic pro hac opinione sępius
recensitis.

Cęterum magis Aequum etiam est, vt dictus
Plottus sibi satisfaciat pro dicto restanti pretio
super eadem re vēdita, & cōsequentèr supèr di-
ctis bonis Terdobiati ea ratione. Ex quo de
67 iure communi venditor potest rem venditam
retinere iure pignoris, tamquàm pignus, do-
nec pretium soluatur tex. in l. licet, C. qui po-
tior in pignore habeantur l. Iulian. § offerri, ff.
de act. empt. Steph. Grac. lib. 2. discept. forens.
cap. 342. num. 8. prout idem tradit ex cap. con-
questus de contrah. empt. Sum. Syluest. in verb.
vsura 2. num. 11. & Oiuot. in §. venditæ num. 4.
Institut. de rerum diuisione; Venditor nam-
que propter pretium non solutum habet manus
68 iniectionem ad ipsam rem venditam, tex. in l.
Titius, ff. de seruit. export. Afflict. decis. 338.
num. 3.

Et ex his patet teneri omnino D. Plotum
excu-

excutere speciale pignus in dictis bonis Terdobiati, & in pace dimittere D. Ponzanum tertium possessorem successum in locum secundi creditoris non obstante dicta clausula reseruatoria generalis hyppothecæ, quod iuri, & AEQVITATI conuenire censeo saluo, &c. Mediolani die 20. Augusti 1620.

Ad laudem Omnipot. Dei, atque Deiparæ semper Virg. Mariæ.

Iul. Cæsar Caluinus I. C. Coll. & Orator Derthonensis.

ADDITIO.

De tertio possessore in materia dict. l. 2. Asin. omnino videndus tract. de excus. §. 7. cap. 8. in fine, & Caroc. tract. de excus. quæst. 65. num. 13. & 14. par. 2. & Gutierez cons. 49. in fine, & Surd. cons. 513. per totum lib. 4.

Adsit virtus Spiritus Sancti.

Controuersia hæc, quæ viget inter D. Ponzanum, & D. Plotum occasione euictionis bonorum, quam sequutam fuisse supponitur ex parte Ploti in eius præiuditium, tria capita habere videtur pro defensione D. Ponzani possidentis, ità vt, vno tantum ex ijs subsistente, (Quamuis simul omnia subesse satis ex infrà dicendis liquebit) victoriam stare pro ipso D. Ponzano affirmari indubitanter poterit.

Primò enim loco videndum erit, num stante speciali hyppoteca, quam se habere fatetur Plotus in bonis Terdobiati nuncupatis, & per eius datorem venditis q. Rinaldo Tettono teneatur prius experiri de iuribus suis contrà dicta bona antequam alia excutiat. Secundo an attento lapsu, non solum decem annorum, sed etiam maioris temporis, quo quietè, & pacificè, ac bona fide ex titulo legitimo emptionis possidet bona controuersa D. Ponzanus, præscripta per eum dicatur actio hypothecaria, quæ nominato Ploto competebat in recitatis bonis. Deniq; examinanda erit quæstio, vtrum exclusus dici possit à prætensa hypotecaria dictus Plotus, per cridas, ad quas bona per D. Ponzanum possessa iuxtà formam No. Constitutionum posita iamdiù fuerunt.

Quo ad primam quæstionem clara adeò est dispositio tex. in l. 2. C. de pignor. per quem declaratur, quod habens generalem, & specialem hypothecam in bonis eius debitoris, debet prius excutere bona specialiter, sibi hypothecata antequam impediat posteriores creditores, vel tertios possessores, Vt hæsitari non possit de affirmatiua cõclusione ipsius quæstionis, vbi enim lex loquitur frustra dubitatur, iuribus notissimis & præter text. supra adductum non desunt DD. assumptum confirmantes. Et primo id defendit Couar. Doctor grauissimus lib.
69 3. var. resol. cap. 18. Rol. à Valle cons. 36. lib. 4. Molin. tract. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. nu. 21. cum seqq. Ossasc. decis. 159. Cassan. in catal. glor. mund. p. 12. consideratt. 99. n. 25. Hoc idem comprobat Vinc. de Franch. decis. 5. per tot. & post Negus. & alios nouissimè Caroc. tract. de excuss. bon. par. 2. cap. 65. per totum. Si enim priori creditori commodè potest satisfieri de sua speciali hyppoteca, iniquum videretur, vt alios possessores molestet, cùm, (vt habetur ex vulgari regula) quod sibi non nocet, & alteri prodest de facili sit concedendum, super qua Aequitate fundata apparet lex ipsa, quã etiam in dote procedere affirmant DD. quod magis est, nam si mulier in dotis repetitione habeat specialem, & generalem hypotecam, vbi potest ei satisfieri de specialiter obligatis, non
70 debet manus ponere ad alia in generali comprehensa in præiuditium posteriorum creditorum. Couar. d. lib. 3. var. resol. vers. 8. cap. 18. Rom cons. 177. vers. Tertio quia, Crau. cons. 67. nu. 16. & Caroc. all. quest. 65. num. 10. par. 2. de excuss. bonor.

Et sic patet, quod melius, & vtilius est creditori habere tantum generalem hypotecam, quàm generalem, & specialem simul, vt subijcit
71 Caroc. recit. cap. 65. sub num. 6. & nu. 22.

Neq; vim facit, quod adducitur per Vinc. de Franc. all. decis. 5. in prine videlicet, non habere locum dispositionem d. l. 2. C. de pignor. quotiescunq; in instrumẽto obligationis adest
72 clausula, ità quod specialis hypoteca non deroget generali, nec è contrà, de qua etiam meminit Caroc. all. quæst. 65. num. 20. Tum quia in instrumento venditionis dictorum bonorum de Terdobiate per illos venditorum, à quibus datum habet Plotus, & cuius instrumenti virtute agit nunc ipse Plotus contra D. Ponzanũ, nusquam legitur clausula ipsa, & consequenter cessat omnis scrupulus. Tùm etiam quia attenta clarissima dispositione dicti textus absolutè loquentis hæsitatio aliqua interponi non posset ex opinionibus eorum DD. maxime verò, ex quo Couar. vir doctissimus in d. cap. 18 sub num. 7. vers. nono, est preterea in fin. post quam de hac opinione per Cassan. promota in catal. gl. mund. par. 12. considerat. 19. col. 10. verba fecit, subiungit, quod opinio ipsa sibi valdè du-
73 bia videtur, difficilimeq; eam in praxi admitteret. Vndè circa hoc sublata dicitur omnis ambiguitas, & hæsitatio, cum huius grauissimi Doctoris authoritas valdè sit magnifacienda.

Tanto magis cum actio hæc hypothecaria dicto Ploto competat ob partem pretij eorumdem bonorum de Terdobiate vẽditorum Tettono, contra cuius bona nunc à D. Pózano possessa

fessa agit Plotus. Vltra etiam specialem hypothecam sibi in instrumento venditionis reseruatam, contra dictam erbona de Terdobiate omnis ratio, & AEQVITAS suadet, vt magis pro residuo dicti pretij agat creditor, ad ipsorummet bonorum venditorum recuperationē quàm ad alia in alijs personis translata.

Descendendo nunc ad secūdam propositam quęstionem aduertendum est, quòd vt exponit in eius petitione D. Plotus, vsq; de anno 1603. sibi auocata fuerunt bona insolutum obtenta ab Illust. Magistratu pro eius prætenso credito contra bona Tettoni. Vndè cùm tantum de anno 1618. iuditiū hoc ex actione hypothecaria mouerit contra D. Ponzanum tertium possesorem sub prætextu dictæ euictionis sequutæ anno 1603. attento lapsu annorum 15. (non tantum decem) negare non poterit, qui cauillari nolit quin hùc intret dispositio, l. 1. & 2. C. si
74 aduersus credit. præscriptio opponatur, & consequenter quin præscriptionis exceptione tutus reddatur D. Ponzanus à prętensione dicti Ploti. Quia licet actio nundum orta præscribi
75 non possit, vt actio euictionis antequam res euincatur, glos. in l. empti actio, in verb. submouetur, C. de euict. Tamen sequuta ipsa euictione hec in casu recitato anno 1603. statim orta actio dictis Plotis dicebatur, & consequēter ea præscribi potuit per D. Ponzanum spatio annorum decem, iuxtà leges supra adductas, stante quod partes fuerunt præsentes, non absentes, vt notorium est.

Præscriptiones enim sunt adinuentę in odiū negligentium, ne tandiù in incerto dominiā
76 rerum essent, l. 1. ff. de vsucap. Anchar. in cap. possessor col. 2. de reg. iur. Præscriptioque nil aliud est, quàm ius quoddam ex tempore con-
77 gruens legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, ac litibus finem imponens. test. Balb. tract. de præscript. prima par. quæst. 1. num. 3. vt refert Consultiss. D. Bimius cons. 33. num. 18. lib. 1. & Surd. cons. 44. num. 47. cum seq.

Quare sibi imputent Ploti si negligētes fuerunt in petendo eorum ius contra tertios possessores, quamuis contra debitorem, & eius hęredes sibi saluum adhuc sit, Vigilantibus etenim, non dormientibus iura subuenire notissimum est, prout actione hypothecaria anno-
78 tum decem curriculo cadere præscriptionem, terminaliter decidit Papien. in eius pract. in act. for. lib. in hypothec. verbo exceptionem præscriptionis num. 1 & 2. & ante eum Cuman. cons. 92. col. 1. Oldr. cons. 19. Alex. cons. 58. col. pen. in fin. vol. 5. & cons. 83. col. 2. ac cons. 220. col. 1. lib. 1. Afflict. decis. 139. in princip. & ibi Vrsil. num. 2. quos refert, & sequitur Rolan. cons. 79. num. 7. & post eum latissimè Scaput. tract. de vtili, Saluiano interdicto lib. 2. quęst. 21. num. 1. ac 9. in fin. iuncta quæst. 22. num. 10. idem tradit Neguſ. tract. de pign. par. 6. memb. 2. num. 1. quo loci apertè scribit, quod si tertius possessor rem alteri hypothecatam possidens non habet titulum à debitore, sed ab alio (vt hoc in casu D. Ponzanus, qui habet titulum ab Isabella Tassa) & est in bona fide, præscribit iuri hypothecæ, quod habet creditor in dicta re spatio annorum decem inter præsentes, vt
79 obseruat etiam Paris. cons. 50. nu. 2. lib. 8. quod etiam admittit Peregr. decis. 131. num. 16. ac terminaliter decidit, Sfor. Odd. cons. 82. sub num. 26. cum duobus seqq. & post eum Fachin. lib. 2. contr. iuris cap. 83. per totum, Summaq; ratione, ex quo prescriptionis remedium Aequissimum esse, ac iuri naturali consonum scribit Natt. cons. 215. quem refert Magon. decis. Flor. 79. num. 6. & decis. Lucen. 60. num. 2. quicquid in contratium adducant alij per Magon.
81 relati, vimq; habet rei iudicatę exceptio præscriptionis, & est inductoria victoriæ Papien. in for. respons. rei conuen. verbo præscriptiones, & Magon. decis. Floren. 2. num. 1.

Non refragrante quicquid scriptum reliquit
82 Plot. cons. 59. num. 3. videlicet: quod fundans se in præscriptione videtur immitari piscatorem anguillarum, qui credens se anguillam manu non retibus piscare, eam incontinenti amittit ob eiusmodi lubricitatem, multa enim contra præscriptionem militare tradi, adeo quod arbitrans ex præscriptione vincere, multoties decipitur, vt post Plot. idem obseruat Cost. tract. de fact. scien. & ignor. cent. 2. distinct. 69. num. 18.

Quandoquidem concurrētibus omnibus requisitis hoc in casu ad sustinendam præscriptionem pro D. Ponzano in tuto rem extare
83 certum est. Et primò circa titulum, iuxtà l. nullo, C. de rei vendic. de quo latissimè Mascard. conclus. 1214. num. 2. de eo liquet ex instrumento emptionis dictorum bonorum factæ per D. Pōzanum à nominata Isabella Tassa, quæ prius ab Illustri Magistratu eadem bona sibi adiudicari obtinuerat, stanteque specificatione, sinè productione dicti instrumenti in actis facti per D. Ponzanum probatus, absque dubio dicitur titulus ipse.

84 De secundo requisito, quod est traditio, vt docet glos. in l. Celsus, ff. de vsucap. verbo existimauerunt, vt tradit Mascard. recit. conclus. 1214. num. 31. æque sufficienter patet, tùm ex dicto instrumento emptionis, in quo legitur clausula constituti, tùm etiam ex petitione ipsiusmet Ploti, dùm narrat, quod bona controuersa possidentur à Ponzano, qui locum obtinuit dictæ Tassę, vltrà quod nullo labore hoc incontinēti probari poterit, vbi opus sit, quod non creditur.

85 Bona fides verò D. Ponzani possidentis, quę tertium requisitum facit, per tex. in d. l. Celsus, & l. 2. C. de præscript. long. temp. satis notoria dicitur ex emptione per ipsum facta à legitimè possidente, vt erat dicta Tassa, quę eius datum

habuerat

habuerat à dicto Ill. Magistratu; Ea propter su-
peruacaneum esset paginas implere ad illă ne-
dum ostendendum, sed nec proponendum, at-
tentis suprà explicatis, maximè cum regulari-
86 ter præsumatur, gl. in l. super longi, in verb. pro-
betur. C. de præscript. long. temp. Mascard. cōcl.
244. nu. 1. & d. concl. 1214. num. 42. adeò quod
contrarium dicenti incumberet onus probandi
87 ex multis subijcit Mascard. d. loco, & num 48.
licèt per illum esse allegandum, qui in præscri-
ptione se fundat asserat Bald. in d. l. super longi
col. 3. num. 12. prout eam allegasse D. Ponzanū
patet ex responsis ad petitionem Ploti.

Quemadmodum etiam de quarto requisito,
quod est possessio, & eiusdem possessionis con-
88 tinuatio, l. 3. ff. de vsucap. Masc. alleg. conf. 1214.
num. 58. satis constat ex recitata petitione eius-
dem Ploti, vt videre est, ac ex deductis in pro-
cessu, quamuis vbi opus sit denuò etiam per te-
stes, & instrumenta incontinenti probabitur.

Quod autem Ploti aduersăres præsentes fue-
rint, ac domicilium habuerint in præsenti Pro-
uincia Status Mediolani per integrum illud tē-
89 pus decē annorum ad hoc, vt omnibus modis
soluta dicatur prætensa præscriptio annorum
decē à D. Ponzano allegata, vt voluit Butrigar.
in l. vbi C. de præscrip. long. temp. & sequitur
Mascard. sæpius recitata concl. 1214. num. 68.
Id satis notum est, attento quod tām D. Pon-
zanus reus cōuentus, quàm dictus Plotus actor
domicilium habuerunt & habent in hoc domi-
nio, à quo sunt oriundi; ita ut alleganti absen-
tiam incumbit onus probandi, cum quis præsu-
90 matur esse præsens in suo domicilio, nisi pro-
betur absentia, Bart. in l. is potest. col. 4. sub nu.
16. versic. quandoq; illud. ff. de acquir. hæred.
Ang. in l. emptor. num. 2. vers. Sed pone. C. de
præscript. long. temp. egregiè Corn. cons. 46.
nu. 16. lib. 2. vbi subiungit, quod sufficit probare
91 ex parte præscribentis, quod à principio fuit
aduersarius de eodem domicilio, quia allegans
absentiam tenetur eam probare, aliàs essent lu-
dibriò illæ leges, quæ inter præsentes requirunt
tempus decem annorum, ex quo continua præ-
92 sentia per decēnium esset quodamodo impos-
sibilis probatio, & repetit cons. 50. nu. 12. & seq.
id etiam terminaliter decidit post alios per eū
relatos Mascard. loco supra citato sub nu. 69.

Postremò loco, quòd præscriptio de qua agi-
tur causata sit ex negligentia dicti Ploti aduer-
sarij, siuè eius datorum, satis liquet ex eo, quòd
si negligenter non se præbuissent tempore op-
portuno præscriptionem interrupissent, non
autem ex desidia illam currere permisissent, cū
non agens, quod facere potest, vt quilibet alius
93 diligens pater familias fecisset, dicatur in cul-
pa, & negligentia, Crauet. cons. 8. nu. 20. Gram.
voto 29. num. 4. in fin. arg. l. si per imprudentiam
ff. de euict. satisq; dicitur constare de negligē-
94 tia, vbi probetur, quod facere potuerit, & non
fecerit, Mar. Ant. lib. 3. resol 24. nu. 72. in fin. Et
sic ex his dicitur satisfactum pro parte D Pon-
zani requisitis à DD. excitatis pro sustinenda
præscriptione per eum allegata, prout de hac
aduersarij negligentia probanda tradit Socin.
Iun. cons. 64. n. 14. vol. 2. & Ruin. cons. 111. propè
fin. lib. primo, Cæph. cons. 40. num. 53. vers. non
ommitto lib. primo, quos sequut' est Mascard.
supra citatus nu. 70.

Quo ad tertiam propositam quæstionem at-
tenta ipsarum Nou. Const. notissima obserua-
tia, & dispositione, in tit. de bon. ad crid. po-
95 nend. cap. non præiudicăt, qua cauetur cridas
ipsas non præiudicare casibus euictionum. Non
auderem in dubium reuocare Constitutionem
ipsam in damnum Ploti, Quamuis subtilis quæ-
stionis discutiendæ, hic se offerret occasio, ex
quò dùm bona controuersa ad cridas posita
fuerunt per D. Ponzanum iām litem mouerat
Hospitale Landense cōtrà Plotum pro euictio-
ne bonorum ipsi adiudicatorum, & sic immine-
te periculo euictionis dictorum bonorum vi-
debatur, sibi potuisse immò debuisse consulere
dictus Plotus contradicendo dictis cridis.
Cum tamen ex fundamentis in alijs duobus ar-
ticulis pro deffensione D. Ponzani adductis,
manifestè pateat de eius bono iure, superuaca-
neum fore existimaui vlterius insistere, nè tem-
pus conterramus, circa hanc quæstionem, de
qua vbi occasio expostulabit, plena manu scri-
bere promptus ero. & ita iuris esse censeo, saluo
&c. Mediolani die 2. Martij 1619.
Ad L. Om. Dei, atq; Deip. semp. Virg. Mar.

Iulius Cæsar Caluinus I. C. Colleg. &
Orator Ciuitatis Derthonæ.

Notam fac mihi Domine viam,
in qua ambulent.

ITă diffusè scriptum est in hac causa, vt nihil
addi posse videatur. Considero nihilominus
quò ad dispositionem text. in l. 2. C. de pignor.
quòd licèt multi velint illam cessare, quando
specialis hypotheca, & generalis itā contra-
ctæ sunt, vt per specialem non derogetur gene-
rali, inter quos est Cassan. in Cathalogo gloriæ
mundi part. 12. consid. 99. limit. 25. Paris. cons.
103. nu. 3. & seq. lib. 3. Osasch. in decis. 158. nu.
7. Franc. in decis. 5. Rolan. à Valle cons. 36. in
secundo dubio lib. 4. Caroc. de excuss. par. 2.
96 quæst. 65. nu. 20. & alij nō est tamen vndequaq;
tuta dicta limitatio, quia text. in d. l. 2. dūm de-
cidit habentem specialem hypothecam in ali-
qua re, non posse vti generali in præiuditium
secundi creditoris, non fundat se in præsumpta
voluntate primi creditoris, quasi eius intentio
fuerit, quando constituit sibi specialem hy-
pothecam nolle vti generali, nisi facta excussio-
ne specialis: quo casu iustum esset attendere
prote-

protestationem per eum factam in contrarium;
sed fundat se in hoc, quòd non conueniat in-
quietare secundum creditorem, quãdo certum
97 est primo posse satisfieri ex re illi specialiter
hypothecata: quæ ratio ità militat, quando
facta est reseruatio, seù protestatio, de qua su-
pra, àc quando nõ est facta, vt ad sensum patet.
Prætereà si creditor habet hypothecam spe-
cialem, & generalem, & tractatur tantùm de
98 præiuditio debitoris, Doctores omnes faten-
tur creditorem, postposita hypotheca specia-
li, posse vti generali in præiuditium debitoris
ad tex. in l. creditoris ff. de distract. pignor.
tradit Didac. post modern. Paris. lib. 3. variat.
resolut. cap. 18. num. 2. vers. sexto &c. Surd. in
decis. 44. num. 10. sentiuntq; & cæteri in d. l. 2.
Ex quo datur intelligi, cumulationem hypo-
thecæ specialis, & generalis hoc habere inclu-
sum de sui natura, vt sit in facultate creditoris
illis vti, vt sibi placet. Et nihilominùs text. in
d. l. 2. prohibet priorem creditorem vti genera-
li in præiuditium posterioris creditoris, quãdo
potest sibi consulere ex speciali; & hoc est cer-
99 tum. Ergò hic non est deffectus voluntatis pri-
mi creditoris, sed potestatis, ne fiat præiuditiũ
posteriori creditori, cũ lex habeat pro absurdo
quod secũdus creditor inquietetur sine aliqua vti-
litate primi, quippè qui sibi possit satisfacere
ex re sibi specialiter hypothecata. Iàm verò si
ille text. est fundatus in fauore secundi credi-
toris, & non primi, frustrà in oppositum prote-
statur primus creditor cùm ijs, quę sunt intro-
ducta in fauorem aliorum, quis renuntiare non
100 possit ad text. in l. si quis in conscribendo C.
101 de pactis. Nec aliquid tunc releuat protesta-
tio, vt not. Bart. in l. nõ solũ § morte n. 31. & seq.
ff. de operis no. nũc. In specie Amat. Rodriguez
de concursu credit. in 2. par. art. 1. nu. 5. in fin.

Immo etsi attendenda esset in hoc voluntas
primi creditoris, perperam viderentur adhùc
Doctores elicere ex illa protestatione exclu-
sionem secundi creditoris, quia illa protestatio
non est facta intuitu secundi creditoris, sed in-
tuitu debitoris principalis, cui creditor vult
102 præripere facultatem opponendi, vt excu-
tiat prius hypothecam specialem quàm vta-
103 tur generali. A persona autem debitoris,
cui obstat dicta protestatio, non videtur rectè
inferri posse ad personam secundi creditoris;
quia licèt secundus creditor, quasi succedens
in locum debitoris, non videatur posse vti alio
104 iure, quàm debitoris ad text. in l. inuitus
198. ff. de reg. iuris; Doctores tamen in d. l. 2.
nõ admittũt hoc genus argumenti, cùm omnes
velint secundum creditorem posse vti disposi-
tione dicti text., qua non potest vti ipse debi-
tor principalis, vt supra dictum fuit. Vndè illud
consequens est, nec rectè argui posse, quòd sicut
illa protestatio valet contrà debitorem princi-
palem, valeat etiam contra secundum credito-
rem. De decisione prædicta non parum pro-

pterea dubitat Didac. Coaruu. in alleg. cap. 18.
num. 3. in fi. vbi dicit, quòd eam difficillimè in
praxi admitteret; eamque apertè improbat Al-
ba cons. 796. nu. 3. nisi aliter se habeat consue-
tudo Amator Rodriguez in loco præallegato.
Cum quibus re ipsa sentiunt omnes antiqui
DD. in d. l. 2. si diligenter perpendantur, qua-
tenus dicunt primum creditorem de rigore
posse quidem vti sua hypotheca generali in
105 præiuditiũ secũdi, sed nõ de AEQVITATE.
Præsupponunt enim, & sine dicta protestatione
rem claram esse ad fauorem primi creditoris:
quo non obstante, volunt illum non posse vti
dicta hypotheca generali in præiuditium se-
cundi creditoris, etiamsi voluntas eius sit in
contrarium. Igitur & non obstante eius pro-
testatione, quæ nihil aliud facit, nisi quòd ostẽ-
106 dit eius voluntatem, vtramq; hypothecam
exercendi ad sui libitum. Poterit tamen distin-
ctionis vtraq; opinio videtur posse conciliari,
vt si subsit aliquod probabile dubiũ, ne primus
107 creditor possit consequi satisfactionem ex
speciali hypotheca, procedat prima opinio. Si
verò sit certum, & indubitatum, quòd potest
sibi consulere ex speciali hypotheca, procedat
secunda, quæ iuuatur ex tex. claro in d. l. 2. ibi:
*Ideoq; si certum est posse eum ex ijs, quæ nominatim cũ
pignori obligata sunt, vniuersum debitum redigere etc.*
Et iuuatur ratione efficacissima, quia tunc cum
primi creditoris non intersit inquietare secun-
dum, censetur id facere potius causa cuiusdam
ęmulationis, vt illi obsit, quàm alia de causa, ad
108 tradita per Menoch. in simili in præs. 29. n. 23.
lib. 6. quam distinctionem sentit, & Pancirol.
cons. 86. num. 3. vers. præterea. Cæterum vt res
dicatur certa, & indubitata hoc posteriori ca-
su, non sufficeret forte generalis præsumptio,
quòd hypotheca specialis pręsumatur sufficiẽs,
109 nisi contrarium probetur, de qua glos. in d. l.
2. in verbo redigere, vbi & Salyc. in prima op-
pos. cum alijs, de quibus Didac. in alleg. cap. 18
nu. 1. & Caroc. in alleg. quæst. 65. nu. 2. cum hæc
præsumptio non tollat, quin res possit aliter se
habere; sed aliter deberet constare de certitu-
dine, cum text. in dicta l. 2. loquatur per modũ
110 conditionis ibi. *Si certum est*: quæ conditio
debet aliter verificari, quam per præsumptio-
111 nem, iuxtà text. in l. Lucius, vbi Bart. ff. de con-
dit. & demonstr. tradit Alex. in l. licet Imper. in
princ. ff. de leg. 1. Bero. cons. 40. n. 14. lib. 3. Gabr.
in tit. de probat. concl. 1. nu. 7. Caualcan. in de-
cis. 8. num. 23. part. 2. Nos vt puto sumus in hoc
posteriore casu si diligenter perpendatur, quia
cùm hypotheca specialis, quam habet D. Plo-
tus, sit super re, quam eius auctores vendiderũt
Tettono, nulla potest cadere dubitatio quod
super ea alius creditor Tettoni habeat potiora
iura, Meritò idem D. Plotus debet repelli, dùm
omissa dicta speciali hypotheca, vult vti gene-
112 rali in præiuditium D. Ponzani. Videtur .n.
hoc facere quodammodo ad æmulationem, cũ
hoc

hoc eidem D. Ponzano noceat, & illi nihil profit, vt per Menoch. in alleg. præs. 29. nu. 23. nam 113 & alias videmus in iuditijs non audiri eum cuius non interest, vt tradunt Angel. Imola, & cæteri scribentes in l. ille à quo §. si de testamento ff. ad trebell. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 2. nu. 51. Surd. in decis. 260. nu. 3.

Respectu alterius principalis fundamenti, quod consistit in præscriptione, egregie quoq; omnia dubia submouerunt alij Prestantiss. Aduocati. Etenim quòd iuri hypothecæ præscribatur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes à tertio, qui possidet bona hypothecata, cum titulo, & bona fide est text. 114 formalis in l. fin. C. de præscript. longi temporis, & in l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem lib. 7. latè prosequitur Balb. de præscript. in 4. part. 4. art. princip. quæst. 3. De communi attestatur Odd. cons. 82. num. 28. vbi vult hoc procedere, etiamsi possessor habeat causam à debitore, dummodò non sit eius hæres; prout hoc vult 115 etiam Fachin. reprobato Neguf. qui contrarium sensit lib. 12. controu. cap. 82. Quòd verò D. Ponzanus possederit nedum per decem annos, sed 17. cum titulo, & bona fide, res ipsa loquitur. Videndũ est solũ, an obstet ea, quæ in oppositũ affert pars aduersa: q mihi nõ videtur.

Et quod attinet ad illud, vtrum res agatur inter præsentes, vel absentes, non potest fieri difficultas, quin rea agatur inter præsẽtes, cùm ambo, nempè tàm D. Plotus, quàm D. Ponzanus habeat eorum domicilium Nouariæ, licèt D. Ponzanus hic moram trahat, occasione officij, quod habet. In proposito autem, quòd at-116 tendatur locus, in quo partes habent domicilium, probat text. in dicta l. fin. & ibi communiter scribentes. Qui tex. procedit, etiam si quis 117 habeat domicilium in pluribus locis, vt ibi dicit glos. in verbo inter & Balb. in secunda part. quartæ part. princ. quæst. 3. nu. 4. qui nu. 5. ostendit nihil referre, vbi quis habitet. Immò res dicitur agi inter præsentes non solum, quãdo vtraq; pars habet homicilium in eadem 118 Ciuitate, sed in eadem Prouincia, quæ sit sub vno Præside, & Gubernatore, vt tradunt communiter scribẽtes in d. l. fin. Nimirũ quod dicitur hodie vnãquãq; Ciuitatẽ haberi loco Prouinciæ, intelligẽdũ est de Ciuitatib', quæ nõ recognoscũt superiorẽ quales olim erãt Ciuitates Tusciæ, quæ ob absentiam Imperatorum se vindicauerant in libertatem, vel quales erant Ciuitates Lombardiæ ex pace Constantiæ, prout 119 exemplificat in specie Alber. in dicta l. fin. nu. 2. & ante eum Bald. nu. 10. vbi quoq; Barbat. in addit. qui dat exemplum in Ciuitate Florentiæ, Senarum, & Perusij, quæ aliàs viuebant vt liberæ, de qua re etiam Salyc. nu. 4. & Balb. vbi supra quæst. 4. nu. 4.

Quod verò dicitur huic conclusioni obstare statutum Mediolani cap. 113. vol. 1. producentis præscriptionem decem, vel viginti annorũ ad 30. annos, facilem habet respõsionem, illud non afficere, nisi bona statuentibus subdita, ad 120 text. in l. extrà territoriũ ff. de iurisdict. omn. iud. & in l. 1. C. de summa Trinit. Et licet Bart. in dicta l. 1. num. 19. & 20. velit quò ad præscri-121 ptionem attendi statutum loci, in quo mora, & negligentia commissa est: quod sequitur etiam Ias. ibi nu. 66. & Purpur. nu. 154. & plurib. seqq. & alijs congestis Rota Roman. apud Fariuat. in decis. 764. num. 2. ex quo pars aduersa asserebat debere attendi statutum Mediolani, cùm hic debuerit per eam intentari actio, scilicèt cõtra D. Ponzanum coram Ill. Magistratu: nihil tamen re vera facit dicta decisio duplici de causa.

Primo quia non potest dici, quòd hic præcisè mora fuerit contracta, cum D. Plotus potuerit intentare actionem hypothecariam cõtra D. Ponzanum etiam in Ciuitate Nouariæ, vt de se patet; quæ Ciuitas ideò magis debet attendi in proposito, quam Ciuitas Mediolani, quia ibi D. Ponzanus potuit ex duplici capite 122 conueniri, nempè ratione domicilij, & ratione rei sitæ, iuxtà tex. in l. fin. C. vbi in rem actio. Et duplex funiculus &c. auth. itaq; C. comm. de success.

Deindè, & secundò, quia Bart. loquitur, quãdo agitur de præscriptione, quæ est fundata in mera negligentia non petentis. Eo siquidem 123 casu verum est, quòd attenditur solus locus negligentiæ, cùm ea sit sola, & vnica causa præscriptionis. In casu autem nostro præscriptio decennalis non est fundata in sola negligentia non petentis, sed etiam in possessione, titulo, & bona fide præscribẽtis, quæ ideò dicitur mixta, 124 vt inquit Bart. in l. naturaliter nu. 2. ff. de vsucap. & in l. sicut num. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Propterea nõ militat doctr. Bart. in loco præalleg. sed militat potiùs alia decisio formalis Salycin d. l. fin. nu. 4. C. de præscript. longi temporis, vbi post aliquam variationem in resolutione huius dubij, eandem in hoc residet, licèt cum aliquo dubio, quòd debeat attẽdi tantùm statutum loci rei sitæ, cùm ibi res intelligatur possessa, & præscripta pro quo facit doctrina Bart. in d. l. 1. nu. 27.

Non obstat tertio quod nouiter opponitur, scilicet quod licet iuri hypothecæ præscribatur spatio decem annorum vt mox dictum fuit, in hoc tamen casu fuerit necessaria præscriptio 125 triginta annorum propter constitutum iuxta decis. Afflict. 139. cum concordantibus, Respõdetur enim nec in instrumento celebrato inter Franciscum Mariam Plotum (ex cuius persona venit dictus D. Io. Baptista) & D. Tettonum anno 1580. nec etiam in alio celebrato inter Reg. Cam. & filios d. Ploti anno 1592. aliquod legi constitutum nisi respectu bonorum in solutum datorum, nempe Cassinatiæ, quod constitutum nihil ad rem pertinet, cum nunc non agatur de illis bonis, sed de bonis Landionę.

Deinde,

Deinde, & secundo responderur, vbi adesset
etiam constitutum nihil seruire; cum dicta in-
strumenta fuerint celebrara in hac Ciuitate
126 Mediolani, in qua extat statutum cap. 462.
vol. 1. quod ex constituto generali non intelli-
gatur, nec sit translata aliqua possessio, nec ta-
citè, nec expressè.

Non obstat postremo, quod aduersus præ-
scriptionem longi temporis competat restitu-
tio in integrum, siue ex capite minoris ætatis,
127 siue ex clausula, *si qua mihi &c.* vt per DD. in
dicta lege final. C. de præscri. longi temporis,
quo in casu putat se esse pars aduersa, Respon-
detur enim intempestiuum esse hoc tempore
agere de restitutione cum nō fuerit adhuc de-
claratum super præscriptione, facta declaratio-
ne, si pars aduersa illam petet, illi dabitur re-
sponsum, & ostendetur illam non esse in casu.
Hac in re siquidem non est ita perfunctoriè
transeundum vt ex aduerso fit; sed debet instrui
processus, Ex quibus omnibus concludo vna
cum alijs Præstantiss. Aduocatis D. Ponzanum
esse absoluendum à petitis saluo &c. Mediola-
ni die quinto Martij 1621.

Laus Deo & S. eius Matris Mariæ semper Virg.

P. Paulus Flamenius.

Tandem controuersia hæc solita dexterita-
te, & summa prudentia sapientissimi Viri, ac
integerrimi I. C. D. Gasparis Turriani Quæ-
storis extraord. Redd. in hoc Mediolani Do-
minio, nunc verò Ampliss. Senatoris fuit termi-
natu, & deuentum ad concordiam inter partes,
mediāte solatione librarum octo mille facta D.
Ploto per D. Ponzanum, cui facta fuit cessio
omnium iurium.

S V M M A R I A.

1 *Nasci quis potest etiam in decimo mense.*
2 *Homo solus certum nascendi tempus non habet inter cetera omnia animantia.*
3 *Mulieres etiam in vndecimo mense pariunt.*
4 *Natus post decimum mensem à die mortis viri, non dicitur legitimus.*
5 *Etiam post dies duos.*
Contrarium verius nu. 6. & n. 7. tolluntur contraria.
8 *Decreta Senatus Lusitani filius natus in domo mariti præsumitur legitimus num. 9.*
10 *Ampliatur etiam hoc procedere in muliere aliàs adultera.*
11 *Fœminarum honestatis, maximam rationem habendam esse interest Reipublicæ.*
12 *Receditur à regulis iuris, ob honestatem, & legalitatem personæ.*
13 *Præsumptio pro possibili honestate semper capitur.*
14 *Iudex occulatissimus esse debet in iudicio adiudicandi filios plus vnquam alij.*
15 *Iudicis arbitrium plurimum in hoc requiritur.*
16 *Iudex in hoc Aequitatem piæ oculis maximè habere debet.*
17 *Iudicium prudentissimum Gubernatoris Romæ.*
18 *Filius illius præsumitur, cui assimilatur, & contra.*
19 *Honestatis ratio vbi cessat, aliter terminari debet circa adiudicationem filij num. 10.*
20 *Vxores subditorum non tenentur ire ad Tripudium, vbi eorum mariti cum eis non sint inuitati.*
21 *In fidelitate, & iure Principis, censetur exceptum ius honestatis.*

Filius natus post decem menses per aliquot paucos dies, à die mortis iuri, præsumitur illius, etiamsi mulier ad secunda vota transiuerit. Cap. XXVI.



1 NAsci posse quemquam in decimo
mense scribit, Sceuola in l. Gallus,
ff. de lib. & posthum. id quod etiam
habetur in l. Titius, ff. de fideicom.
liberr. & l. si ita in fine, ff. de manu-
miss. vindic. glos. in l. septimo mense, ff. de sta-
tu hominum. Quoniam ex communi Philoso-
phorum, Historicorum, Legistarum, ac Sacro-
rum etiam Doctorum conclusione multiplex
pariendi tempus datum est homini, cum solus
2 ipse ex omnium animantium genere, varia ge-
nerationis tempora obtinear, totoque anno, &
incerto gignatur spatio, vt testatur Aristotiles
de natura animaliū lib. 7. cap. 4. Plin. lib. 7. cap.
5. quod etiam probat Diuus Ambrosius lib. 5.
Nexæmeron cap. 10., dum inquit, quod omnes
animantes præscripta habent pariendi tempo-
ra; homo solus indiscreta, atque confusa.

Mulieres enim non solum decimo mense, vt
3 supra dictum fuit, sed etiam vndecimo per pau
cos tamen dies partū geri voluit Iustinianus in
§. fin. in auth. de restit. & ea, quæ parit in vn-
decimo mense, latiss. Borell. cons. 28. num. 46.
cum duobus sequ.

Et licet per l. intestato, §. post mortem, ff. de
suis, & legit. voluerint nōnulli Doctores, quod
natus post decimum mensem, non dicatur legi-
4 timus, nec ad legitimam hæreditatem admit-
titur, §. fin. in auth. de restit. & ea, quæ parit;
quam senteutiam tenet Viu. decis. 46. sub nu. 2.
5 vers. nec non circa medium, vbi inquit, quod si
mulier peperit filium post decimum mensem, &
& dies duos ad plus à die mortis mariti, tunc
non presumitur natus ex dicto mariro premor-
tuo; id quod habetur in glos. verbo in decem
menses in d. l. Gallus, ff. de lib. & posthum. vbi
Fortun. Garzia num. 33. ac 114. & 116. Galia-
uola num. 35. Marius Salom. num. 42. & nu. 53.
ac 59. Perotus num. 10. & Nicetus num. 157.
cum plur. sequ.

De AEQVITATE tamen ad conseruandam
mulierum honestatem, & pudicitiam, huius-
modi

modi filius paulo post decimum mensem natus
6 præsumitur viri defuncti; Vt ita iudicasse testatur Marta voto 53. per totum, præsertim nu. 5. & 6. vbi num. 9. ex mente Bologneti in dicta l. Gallus, num. 175 & 181. respondet ad contra-
7 ria, & distinguendo, ea soluit; ex quibus detegitur, Viuij traditionem nō posse sustineri, vel saltem de rigore iuris tantum procedere, non de AEQVITATE; Prout ante Matram idem
8 iudicasse Senatum Lusitanum, tradit Gamma decis. 225. etiamsi mulier ad domū mariti acutæ febris morbo detenti se contulerat per dies quatuor tantum ante illius mortem, ea præsertim ratione, quod filius natus in domo mariti,
9 præsumitur legitimus, & non adulterinus, l. miles, §. defuncto, ff. de adult. etiam si natus esset
10 ex muliere aliàs adultera, Odd. conf. 16. nu. 12. Prout eiusdem sententiæ fuit, Ruger. cons. 12. num. 10. & Polid. Ripa tract. de actis in mortis art. cap. 3. num. 29. Bardel. conf. 32. num. 24. copiosè, Giurba ad stat. Mess. cap. 1. glos. 4. num. 58. par. 1.
11 Honestatis namque fœminarum maximam rationem habere interest Reipublicæ, vt supra in cap. 15. num 15. deductum fuit; Propter legalitatem, & honestatem enim personæ, rece-
12 dendum esse etiam à regulis iuris, tradit glos. in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonstrat. Marsil. in l. 1. §. ad quæst. ff. de quæstion. Prout eiusdem honestatis considerationē hoc in casu magni facit, Diaz in addit. ad Gammam, licet decisionem ipsam per errorem inscripserit sub num. 328.
13 Etenim semper capitur præsumptio pro possibili honesto, & non inhonesto, & in partem magis fauorabilem, vt per d. l. miles, probat in his terminis, Peregr. decis. 9. num. 2. Hector Felic. alleg. 6. num. 3 par. 3. Propterea circa hanc Quæstionem occulatissimus esse debet Iudex, tum ne de facili mulierum (maximè verò mobilium) honestatem, & pudicitiam aspernetur,
14 & in dubium reuocaret, tum ne hæreditas ad aliorum filios defferri permittat, sub clypeo, quod ex defuncto viro sint nati, & sic plurimum requiritur in hoc Iudicis arbitrium; vt tradit
15 Menoch. de arbitr. casu 89. per totum, præsertim num. 46. cum plur. seq. vbi diffusissimè materiam hanc pertractat, licet nō assentiatur cōclusioni supra firmatæ; etiamsi Imperator Iustinianus omnem hæsitationem, circa pariendi tempus, etiam in vndecimo mense, vt supra probatum est, sustulerit, & prosequitur num. 96. ac 103.
16 Qui Iudex præcipuè in hoc AEQVITATEM præ occulis omninò haberet, & sequi debet, pōderādo coniecturas, & præsūptiones hinc inde orientes, vt subijcet, Menoch. dicto loco nu. 65. & tradit Ampliss. D. Senator Bellonus inquem post hæc scripta incidi lib. 1. de his, quę incont. fiunt cap. 53. sub num. 1. vers. Prudens igitur, vbi seq. num. non minus facetum quam scitum iudicium Reuerendiss. Gasparis Vicecomitis Gubernatoris Almæ Vrbis in consimili con-
17 trouersia narrat. Ad quod conferre videtur illud, quod filius illius præsumitur, cui assimila-
18 tur: Quamuis alij adulterinum potius filium talem esse statuerint, & copiosè materiam ipsam pertractant scribent. in l. Gallus ff. de lib. & posthum. præsertim Fortun. Garzia num. 128. & seq. Galiauola num. 43. & Niectus num. 160. cum seq.

Quamquam autem dictus eruditissimus vir reijcere videatur illorū opinionem, qui filium primi, non secundi viri asseruerunt, non tamē eo in casu cadit consideratio honestatis, & pudicitiæ mulierum, quæ principaliter consideratur in proposita quæstione, & cuius intuitu de
19 AEQVITATE filius reputatur viri defuncti; nam si quando filius esse potest etiam secundi viri, vt in casu prædicto, de quo Ampliss. D. Bellonus, honestas mulieris non ponitur in discri-
19 mine magis conuenit, vt ipsi secundo viro attribuatur filius, in quæstione autē nostra, cum impossibile sit filium esse secundi viri, cum quo per tantum tempus non cohabitauit vxor, vt partus illius esse possit. Ad fauorem honestatis, & pudicitiæ iudicandum venit partum ipsum esse primi viri.

Cuius rei causa inquit Bald. in l. qui ex liber-
20 ta, ff. de oper. libertor. Qui si Princeps inuitat vxores subditorum ad tripudium, non tenetur venire, nisi & mariti vocarētur, vt vxeres com-
21 mittarentur. Quia in fidelitate, & iure Principis intelligitur exceptum ius etiam honestatis, vt eam per potestatem violare non liceat, vt probat Petr. Gregor. Sintag. iuris lib. 6. cap. 20. num. 11. par. 1.

S V M M A R I A.

1 *Statutum Messanæ in materia successionum, quo disponitur immobilia ad proximiores Agnatos, mobilia verò ad hæredes, sine cognatos proximiores.*
2 *Aeris alieni solutionem ab hæredibus diuersimodè repartiri inter eos tradunt scribentes, vlc. opinio prima ea est, vt si æs alienum respiciat immobilia, illud spectet ad eum, qui in eis succedit.*
3 *Secunda opinio est, vt solutio fiat aequaliter ab hæredibus nullo habito æstimationis respectu.*
4 *Hæredes tantum conueniuntur pro debitis defuncti, nō hi, qui habentur loco legatariorum.*
5 *Tertia opinio est, vt simul teneantur hæredes pro rata hæreditatis, itaut qui plus recepit, plus soluat.*
6 *Camera Apostolica, quæ succedit Clerico pro spolio, tenetur pro rata ad æs alienum in hæreditate relictum.*
7 *Aequitas est, vt bonis æstimatis pro rata æs alienum diuidatur.*
8 *Confiscatis bonis alicuius in diuersis Territorijs, quilibet Fiscus capit bona sui Territorij, & pro rata tenetur ad æs alienum.*
9 *Tolluntur obiectiones in prima opinione.*

E 10 Me-

10 *Mobilia sequuntur personam, & dicuntur illius territorij, ad quod sunt differenda, non in quo extant.*
11 *Contrarium probat Peregr. sed reprobatur nu.12.*
13 *Actio ad quid immobile, inter immobilia reputatur, ad mobilia autem inter mobilia connumeratur.*
14 *Miles habet duo patrimonia, Paganus verò vnicum.*
15 *Conditio creditorum non immutatur, etiamsi debitoris patrimonium, inter multos diuidatur ex statutorum dispositione.*

Hæredes ab intestato succedentes, diuidunt pro rata debita hæreditaria. Cap. XXXII.



VEL Statutorum dispositione, vel
partium conuentione, aut etiam
Iure communi inspecto cōtigit ali-
quando, vt morientium ab inte-
stato bona diuidantur inter legi-
timos successores assignatis, videlicet bonis
immobilibus, proximioribus agnatis, mobili-
bus verò proximioribus ex parte matris, Vt
1 Messanæ, vbi extat statutum, quo bona stabi-
lia spectant ad filios, mobilia verò ad heredes,
vt testatur ibi Giurba cap.6. par.1.
At, quia hereditas ipsa aliquando notabili
ære alieno grauata reperitur. Quæritant Seri-
bentes quomodo hi teneantur satisfacere cre-
ditoribus, quam quæstionem proponit Costa
de port. ratę quęst. 24. & post eum Giurba ad
Stat. Messanæ cap.12. glos.5. num.12. cum seq.
plur. par.8. & in ea tres extare Doctorum opi-
niones tradunt. Quorum prima est, vt si æs
2 alienum respiciat immobilia Agnatus. qui in
eis successit ad id teneatur; Si verò mobilia à
proximioribus matris ex ipsorum mobilium
valore soluatur, pl. hinc quęritur, §.1.ff.de pec.
Costa dicto loco num.2. Giurba num. 12. cum
3 trib.seq. secūda est opinio, vt solutio fiat equa-
liter, nullo æstimationis habito respectu. Quo-
niam quantum ad ius hæreditarium, sunt equa-
liter hæredes, & reliqua capiunt ex dispositio-
ne Statuti, quasi iure prælegati. & propterea,
qui sunt hæredes conueniri debent, non hi,
4 qui habentur loco legatarij, l.certarum §. 1. ff.
de milit.testam. Alber. de Rosate in dictal. hinc
quæritur. §. potest, & ibi Castr. de peculio,
Costa num.3. Giurba dicto loco num.17. qui in
eam sententiam refert Martam decis.292.nu.1.
hanc sententiam probantem, quamuis in meo
Codice decisio ipsa non legatur, cum altera de-
cisio tertiam & ducentesimam non excedat.
Vltima opinio, quam defendit Gul. de Cu-
neo in d.l.hinc quæritur §.1. Ea est (vt cum sta-
tutarij, siuè conuentionales, aut aliter hæredes
5 ipsi sint. Pro rata bonorum sibi delatorū credi-
toribus satisfacere cogantur facta omnium æsti-
matione, vt qui plus recepit plus etiam soluat,
l.1.§ si filijs, ff. de separat. l.titius rogatus, ff.ad
Trebell. & l.Celsus, ff. de relig. & sumpt. fun. l.
si vir, & vxor, ff. ad l.falcid. cum multis alijs per
Giurbam vt supra relatis nu. 18. Costa num. 4.
6 Prout dicitur de Camera Apostolica, quæ suc-
cedens in spolijs Clerici, ad æs alienum in hæ-
reditate relictum pro rata tenetur, Rota decis.
855. in antiquis, Masull. decis. 191. num.6. quos
sequitur Giurba, vbi supra num.19.
Quæ vltima opinio de AEQVITATE pro-
7 babilior est, & communiter recepta, Aequius
enim est iniri calculum, vt bonis æstimatis æs
alienum pro rata in mobilibus, & immobilibus
diuidatur, Socaratus ad Cōsuet. Cathalon. cap.
item, Nassallus debet vitam §.13. num.45. præ-
sertim vers. verius tamen, & æquius fol. mihi
512. per l. in imponenda ratione, & l. irritum,
C. ad l.falcid. quem seq. Giurba dicto loco num.
21. vers. æquius, itaq; Guriet. pract. quæst. lib.5.
quęst.92. num. 1. Costa dicta quæst. 24. num.4.
& 5. per l Celsus, ff. de relig. & sumpt. funer. vbi
8 num. 6. inquit idem obseruari in confiscatione
bonorum existentium in diuersis territorijs.
Nam quilibet Fiscus capit bona sui territorij,
& æs alienum diuiditur pro rata bonorum, ad
quemlibet Fiscum peruentorum, Ripa de suc-
cess. ab intestato respon so 5. par. 2. Farin. quæst.
25. num. 172. cum seq. par. 1. & cons. 71.
Neque releuant allegata in contrarium, quia
præterquod de rigore iuris procederent. Pri-
9 ma opinio, hac etiam ratione minus vera dete-
gitur, quia nomina debitorum, & mobilia se-
quuntur personam, nec illius sunt territorij, in
quo extant, sed in quod sunt deferrenda, & vbi
10 originem habet creditor defunctus, Bald. in l.
mercatores, C. de comer. & mercim. quia per-
sonam sequuntur, & illius ossibus sunt affixa,
tex. in l. si quis, ergo casus ff. de pecul vbi glos.
verbo nominibus, & l. 3. ff. pro socio, Alexan.
cons.6. num.6. in fine lib.1. cons.111. num.6. 7.
& 8. lib.4. & cons.19. num.7. ac cons.141. nu.21.
in fine lib.7. Bero. quæst 109. nu.3. Gozad. cons.
49. num.14. Gail. lib.2. obseruat.124. num.18. &
19. Socin. iun. cons.36. num 5. & 6. Cæphal. cons.
278. num. 105. lib.2. Maluas. cons.123. num.18. &
23. Alba cons.23. Surd. cons. 343. num. 15. &
33. Pacian. cons.4. num. 104. Carp. ad stat. 295.
num. 15. lib. 1. Costa vbi supra num. 2. Giurba
dicto loco num. 16. vbi refert Galiam; Addo
Rhaud. var. resol. cap.2. num.56. & cap.44. nu.
17. Bursa cons.427. num.15. & Morot. cons.63.
num. 17.
Peregr. enim citatus tàm à Giurba, quàm per
Costam in cons.90. lib.1. pro ea opinione, con-
trarium probat videlicet mobilia, & nomina
11 debitorum contineri sub Statuto loci, in quo
posita sunt, vel exigi debent nomina debitorū,
prout eiusdem sententiæ fuerunt, Lapus alleg.
91. circa finem, Alex. sibi contr. cons.16. in fin.
lib. 1. Franch. decis.93. Thesaur. quęst. famil. nu.
15. lib.2. Ant. de Alex. in addit. ad Consuetud.
Neap. fol.162. & distinguendo actionem, quæ
datur ad quid mobile, aut immobile, probat
idem

Idem Alex. conf. 111. num. 8. lib. 4. & conf. 141. num. 22. lib. 7. Bertrand. conf. 105. lib. 1. Franch. dicta decif. 93. num. 6 & 7. latifsime Tiraq. de retr. linager. §. 1. glof. 7. num. 1. 3. 8. & 14. hos fequitur Giurba dicto capit. 12. glof. 5. num. 7. par. 1. vbi tradit, quod fi actio ad quid
12 immobile, inter immobilia reputatur actio ipfa, & confequenter de territorio illius loci dicitur; Si verò ad mobile contrarium affirmandum effe putant.

Magis communis etenim, & probabilior videtur prior fententia, vt de fe patet, tùm ex rationibus deductis, tùm ex maiori numero, & auctoritatibus Patrum in eam fententiam de-
13 ductorum; à qua (fibi contrarius) non diffentit Peregr. in conf. 6. num. 9. lib. 5. quemadmodum diftinctionem ipfam, etiam exploferunt poft alios Thefaur. relata quæft. 5. num. 15. in fine lib. 2. & quæft. 2. num. 12. lib. 1. ac Moroc. alleg. conf. 53. num. 17.

Neque etiam obftat d. l. certatum, § 1. ff. de milit. teftam. quæ folum in milite procedit, qui
14 habet duo patrimonia, fecus in Pagano, qui vnicum habet patrimonium, & fi in varijs regionibus diffufum, vt docet Gutier. quæft. 92. num. 7. Cofta loco relato num. 4 Giurba citata glof. 5. num. 21. & fi enim vigore ftatuti diuida-
15 tur Patrimonium ipfum, immutari tamen non debet creditorum conditio, Tiraquell. de primog. quæft. 35. num. 29. & 31. & Gutier. recit. quæft. 92. num. 7.

S V M M A R I A.

1 *Meretrices reftringi debent in aliquo loco Ciuitatis ad euitanda fcandala.*
2 *Meretrices extra mænia Romæ pofitæ erant.*
3 *Refecandæ funt putridæ carnes, & fcabiofa ouis.*
4 *Meretrices à vicinia expelluntur etiam fi domus effet propria nu. 7.*
5 *Ratio eft, ne vicinorum inficiat mores.*
6 *Domus fua tutiffimum eft vnicuique refugium.*
8 *Meretrix cogitur vendere propriam domum.*
9 *Etiamfi viueret cum patre, matre, vel marito.*
10 *Decretum Senatus.*
11 *Octauiani Cæfaris Augufti decretum contra Iuliam propriam filiam ob illius inhoneftatem.*
12 *Ab ordine expellentem meretricem non datur appellatio, faltem quoad fufpenfiuum.*
13 *Nou. Conftit. difpofitio contra meretrices.*
14 *Modus probandi aliquam effe meretricem, ex Nou. Conftit.*
15 *Modus probandi aliquam effe meretricem de iure communi.*
16 *Probatio malæ vitæ mulieris in fpecie, non tollitur per contrariam probationem in genere.*
17 *Meretrix, quæ dicatur.*
18 *Infirmi, & leprofi feparari poffunt à confortio aliorum.*
19 *Idem obferuatur in animalibus brutis.*
20 *Taftæ eis deputantur, & limitantur.*
21 *Quia cum poffint de facili alia animalia corrumpi, id euitari debet.*
22 *Paleæ, aut fœnum in Ciuitate detineri non debent, ne incendia excitentur, num. 22.*

Meretrix eijcitur, etiam ex propria domo fi eft fita pænes Ecclefiam, vel Moniales, aut vicinis fcandalo eft. Cap. XXXIII.



Iure communi infpecto publicæ meretrices reftringi debent in angulo Ciuitatis, ne inhoneftę mulieres in comitiua honeftarum habitent. Ita
1 vt minor fcandali occafio relinquatur fidelibus, & ne eorum mores probos inficiant, vt habetur in l. non aliter, ff. de vfu, & habitatione, & tradit Luc. de Penna in l. fi qua in publicis, verbo adnotare fub numer. 9. circa medium, C. de fpectaculis, & Scenicis lib. 11. Peguerra decif. 12. num. 5. par. 1.

Prius, Romæ meretrices proftrabant extra
2 mœnia in fornicibus, vnde fubmænianæ dictæ Petr. Gregor. lib. 10. fintag. iur. cap. 2. num. 39. par. 1.

Refecandæ enim funt putridę carnes, & fcabiofa ouis à caulis repellenda, ne tota domus maffa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur putrefcant, & intereant, vt per cap. refecandæ 24. quæft. 3. fcribit Peguer. loco citato, & fic à vicinia expelli poffe meretrices, haud
4 eft ambigendum, vt tradit Ripa tract. de pefte, tit. de remed. præferuat. verf. 18. nu. 164. Franch. decif. 316. in princ. Menoch. de arbitr. cafu 78. num. 12. Petr. Gregor. lib. 4. Syntag. iur. cap. 24. num. 10. par. 1. Ne vicinorum probos inficiant mores, & ne aduerfa fœtida cõtagione, & vifu,
5 faria inficiant; vt fubijcit dictus Author dicto lib. 10. cap. 2. nu. 39. Gafpar Ant. Thefaur queft. famil. 33. num. 1. par. 1. qui teftatur id cautum etiam effe ex decretis Stat. Sabaud. Prout hoc idem prouidet Stat. huius Ciuitatis Mediolani cap. 472. lib. 2. & in Cathalonia idẽ cautum effe fcribit, Peguera dicta decif. 12. num. 8.

Dubium in eo verfari videtur, an fi domus fit propria meretricis, ab ea nihilominus pof-
6 fit expelli. Qua in re, cum domus fua tutifsimum fit cuiufque refugium, & receptaculum expelli minimè poffe concludit, Thefaur. dicta quæft. 33. num. 2. lib. 1.

De AEQVITATE tamen, & ex publica honeftate ad obeundum fcandalis fi pęnes Ecclefiam, vel Monafterium fita effet huiufmodi domus, vel mulier domina, ita inhoneftè viueret, vt omnibus vicinis fcandalo fit; tunc etiam è
7 domo propria eft expellenda. Immò etiam cogi poteft ad eam domum vendendum, vt indicaffe Senatum Pedemontanum teftatur; Thef.
8 recit. queft. 33. nu. 4. Id quod intelligi etiam debet,

bet, si talis meretrix viueret cũ patre, vel matre
9 aut marito domusq; esset alterius eorum, Quia
nihilominus, vel filia expellenda esset, vel cum
ea ipsi pater, & mater, aut maritus Afflic. ad
Const. Regn. Rubr. 43. de prohibita habit. nu. 2.
vers. si quid maritus lib. 3. Thesaur. d. quæst. 33.
in fine Carpan. ad d. stat. 472. n. 48. post. Capice.
decis. 44. num. 4.; Et ità iudicasse Senat. Excell.
10 die 11. Nouembris 1577. cõtra Barbaram Ro-
zonam testatur Carpan. loco relato nu. 49. dum
rescriptum fuit D. Capit. Iust. vt ipsam Barba-
ram vna cum marito expelleret à vicinia; Et
summa sanè ratione cum Octauianus Cæsar Iu-
11 liam propriam filiam, quæ malè, & luxuriosè
vixerat, quemquam ob id. in Insulam ante re-
legauerat; humari in suo sepulcro testamento
prohibuerit, vt post Dionem Cassium lib. 5.
Histor. Rom. refert Petr. Gregor. d. lib. 10. cap.
2. nu. 29.

A sententijs vero latis super expulsione me-
12 retricis non dari appellationem saltem, quo-
ad suspensiuum probat, Rebuff. tractat. de sen-
tentia prouisionali in præfatione num. 133.
Quia appellatione non obstante executioni
mandantur huiusmodi sententiæ, vt ante eum
scriptum reliquit Afflict. ad Const. Regn. d.
rubr. 43. nu. 1. lib. 3. quos sequitur Carpan. ad d.
stat. 472. nu. 54. lib. 2.

Quæ tamen disputatio, verũ è propria domo
possit expelli meretrix, sublata est in hoc Do-
13 minio ex dispositione d. Nou. Constir. tit. de
meretr. & lenon. vers. & eo amplius, vbi apertè
prouisum est huiusmodi fœminas esse expel-
lendas etiam ex proprijs domibus; traditurq;
14 ibi modus quo probari debet aliquam esse
meretricem; Videlicet vbi tres ex vicinis ali-
cuius Parochiæ maioribus annis triginta affir-
mauerint Iudici talem esse meretricem, statim
è vicinia expellatur.

De iure autem communi probatur talem
15 esse meretricem per testes singulares, proban-
do, quod conuersabatur cum multis qui hone-
stè cum ea verisimiliter conuersari non pote-
rant iuxtà tex. in d. l. non aliter ff. de vsu, & ha-
bitatione Bal. cons. 207. lib. 4. latissimè de hac
materia probationis. Boss. tit. de rapt. muliet.
num. 9 & 11. & Decian. tract. crimin. lib. 8. nu.
16. tom. 2. Carpan. ad d. cap. 472. num. 11. Petr.
Gregor. d. lib. 10. cap. 2. num. 5. & 6.; Egregiè Pe-
gura decis. 12. num. 10. vbi tradit, quod si pro-
16 batum fuit in spetie de mala vita mulieris, quę
contrarium probauit in genere; præfertur pro-
batio in specie facta per Innoc. in cap. inquisi-
tioni, & in cap. cum oporteet de accusat. Ro-
man. cons. 167. in fine, Gutier Canon. quæst. lib.
2. cap. 11. & 12. per totum, Meretrix autem quæ
17 dicatur latissimè exponit Lucas de Penna in
dicta l. si qua nu. 12. C. de spect. & Scenic. lib. 11.
& tradit. Carpan. ad d. cap. 472. nu. 4. cum plur.
seq. & Petr. Gregor. d. lib. 10. cap. 2. num. 1. cum
seq. plur.

Et quia non solum meretrices vicinis pessi-
18 mo exemplo nocere possunt, sed etiam infirmi,
& leprosi; separari possunt à consortio aliorũ;
& eijciuntur extra loca, vt post Castr. in l. 2. C.
de summa Trinitate; & fide catholic. per tex.
in Auth. iusiurandum, quod præstatur ab his
in fine probat Iacob. Rebuff. in d. l. si qua sub n.
2. C. de spect. & Scenic. Cępol. de seruit. rust. prę
diorum cap. pascuis quæst. princip. 6.

Idem obseruatur in animalibus brutis, quia
si in aliquo manso sunt animalia morbosa, per
19 quæ alia animalia circumuicina possunt infici;
possunt eis pascua deputari, & limitari, & eis
quorum sunt sub pęna inhiberi vt non transcē-
20 dant limites, nec depascant in alijs pascuis, l.
ædiles ff. de via publica, & l. qui in puteum ff.
quod vi clam. & l. 1. ff. de extraord. crimin.;
Quia cum possint de facili alia animalia infici,
21 & corrumpi id euitari debet l. si prędium C. de
ædic. act. Iacob. Rebuff. vbi supra sub eodem
num. 2. qui sub nu. 3. scribit, quod Ideo, nec pa-
leæ, nec fœnum debent detineri intra Ciuita-
22 tes propter timorem excitandi incēdia l. pro-
uincialium C. de erogat. milit. annon. lib. 12.
gloss. in l. fistulam ff. de setu. Vrban. prędiorum
cum alijs auctoritatibus ibi adductis.

SVMMARIA.

1 *Hæredi cum beneficio inuentarij licet soluere creditori*
posteriori sibi magis grato.
2 *Creditor anterior, eatenus agere potest contra credi-*
torem posteriorem satisfactum quatenus non est
soluendo debitor facta excussione.
3 *Secundus creditor conuenitur à primo absq; excussione*
si pecuniam recepisset cum promissione restituendi
in casu molestia.
4 *Idem si sub conditione recepisset pecuniam secundus*
creditor.
5 *Secundus creditor satisfactis in pecunia cessante ex-*
cussione, vel cõditione de AEQVITATE molestia-
ri non potest à primo nu. 10.
6 *Ratio est vel ob commixtionem, vel ob consumptionem*
pecuniæ quod de iure præsumitur.
7 *Decretum Sacri Concilij Neapol.*
8 *Iura Vigilantibus non dormientibus subueniunt.*
9 *Si pecunia soluta secundo creditori reuocari pos-*
sent à primo mercatores continuis litigijs vexati,
mercimonia deserere cogerentur.
11 *Secundus creditor qui exegit pecuniam, quasi in*
præmium suæ vigilantiæ reputatur potior.
12 *Limitatur conclusio quotiescunque pecunia considera-*
tur vt species.
13 *Exemplum datur de pecunia, quæ vt species reputa-*
tur, videlicet si extarat super montibus, aut censu,
aut sequestris siue deposito.
14 *Pecunia destinata ad emptionem prædiorum, inter*
immobilia reputatur, maximè fauore minoris.
15 *Fiscus agit aduersus creditorem posteriorem pro re-*
cuperatione pecuniæ, etiã non facta excussione si ea
peruenit ad creditorẽ secũdũ ex causa lucratiua n. 17.

Ex

16 *Ex causa vero onerosa solutum creditori secundo non reuocat Fiscus, quia non habet locum eius priuileg.*

Anteriori creditori competit reuocatoria contra posteriorem creditorem, qui fuit satisfactus. Cap. XXXIV.



Aud raro euenire solet, vt pluribus extantibus creditoribus, posterioribus satisfactum prius sit, dum debitor huic posteriori creditori, vti gratiori, & magis festiuo satisfecit. Id quod licere hæredi
1 cum beneficio inuent. scribit post alios Monticula tract. de inuent. diuers. quæst. 134. num. 80. cum plur. seq. Non enim debet hæres citare, neque perquirere creditores absentes, aut negligentes, ne se litigijs supponat hæres, & errabrones irritet, vt est in adagio; Hinc sub oritur quæstio, num anterioribus creditoribus competat reuocatoria aduersus istos, posteriores satisfactos. Qua in re distinguunt scribentes; Aut enim agitur de creditore hypothecario, vel de chyrographario, siue personali. Primò enim casu, vel secundus creditor fuit satisfactus in pecunia, aut in alia spetie, & tunc
2 si in pecunia eatenus agere potest anterior creditor, quatenus facta excussione debitoris principalis non reperitur soluendo, & declaratur minus idoneus per condictionem ex lege, vel actionem in factum via subsidiaria, l. deferre §. vltimo, ff. de iure fisci, Bart. in l. si non expedierit, §. 1. ff. de bon. auct. iud. possid. Eugen. consf. 89. num. 10. Cephal. consf. 86. sub nu. 8. vers. ad cognoscendum, Costa remed. subsid. 23. illat. 2. num. 2. Prout etiam nulla facta excus-
3 sione conueniri posset ad restitutionem pecuniarum exactarum secundus creditor si promisisset eas restituere in easu molestiæ alterius arg. l. nam, & si, & l. non omnis, §. fin. ff. si cert. pet. D Marius Antoninus var. resol. lib. 2. resol. 60. casu 15. vers. Eas exegisset, absque præiudicio ipsarum partium, vel conditionaliter ad ip-
4 sum secundum creditorem peruenissent pecuniæ ipsæ Ludou. decis. Perus. 45. num. 20. par. 1. Costa dicto remed. subsid. 37. sub num. 2.

Quia cessante excussione prædicta, vel con-
5 ditionibus, de quibus supra, secundus creditor satisfactus in pecunia, de AEQVITATE molestari non potest à creditore anteriore, cũ pecunia recepta, vel ex consumptione, vel ex cõmixtione, vlterius extare non præsumatur,
6 tex. in d. l. si non expedierit, ff. de bon. auth. Iud. possid. Et ita iudicatum fuisse per Sacrum
7 Concilium Neapolit. tradit Afflict. decis. 190. Paris. consf. 6. lib. 4. Gram. quæst. 1. post decis. Cephal. dicto consf. 86. num. 4. & consf. 555. num. 7. Capie. decis. 78. Menoch. consf. 25. num. 1. vbi hanc crebriorem esse sententiam testatur, Eu-
8 gen. alleg. consf. 89. num. 5. Iura enim vigilantibus non dormientibus subuenire notissimum est, Borgn. decis. 29. num. 36. par. 3. quos refert & sequitur Costa dicto remed. subsid. 37. nu. 1. vbi post Eugen. eam tradit rationem, quia si anteriores creditores pecunias solutas posterioribus creditoribus reuocare possẽt, merca-
9 tores præserrim litibus vexari comercia deserere cogerent totius mundi conturbatione, Steph. Grat. lib. 2. discept. forens. cap. 304. nu. 1. cum quinque seq. Asin. de excus. §. 7. cap. 3. nu. 2. vers. opinionem verò.

Si verò agitur de creditore chirographario, idest de eo, qui personali actione dumtaxat nititur; Tunc licet pariter aliquibus distinguere placuerit, inter pecuniam extantem, aut consumptam, communis tamen opinio est, vt de AEQVITATE non possit molestari is credi-
10 tor, qui suum exegit, quia quasi in præmium suæ vigilantiæ reputatur porior, l. pupillus, ff.
11 quæ in fraud. cred. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 25. num. 15. Caroc. decis. 109. num. 42. licet vitio impressoris deficiat ibi dictio, non; quia Afflict. & alij ibi relati hanc sententiam, non autem contrarium probarunt, Costa de fact. scient. & ignor. cent. 1. dist. 8 num. 4. & 5. & d. eo Remed. subsid. 37. illat. 2. num. 6. post Didac. pract. quæst. cap. 219. & alios ibi cumulatè adductos, inter quos Roland. de inuent. par 4. vers. 8. est vtilitas.

Quam tamen conclusionem limitat, Costa dicto remed. subsid. 37. num. 7. quotiescumque essemus in casibus, in quibus pecunia conside-
12 ratur, vt species, veluti quando esset super montibus, vel super censu, aut sub sequestro, vel deposito in saeulo, quia tunc idem de ea
13 iudicandum esset sicut de specie, l. plenè, §. si eandem, ff. de leg. 1. Alba consf. 3. num. 5. idem in pecunia destinata ad emptionem prædiorũ,
14 quæ inter immobilia connumerantur præsertim fauore minoris, aut Ecclesiæ, Boer. decis. 209. Rot. Rom. decis. 278. numer. 2. part. 2. in nouiss. Costa vbi sup. num. 8.

In Fisco autem specialiter prouisum esse ha-
15 betur, per d. l. deferre, §. fin. ff. de iure fisci, & l. pecunia, C. de priuil. fisci, de quo abundè Eugen. alleg. consf. 89. num. 1. cum seq. Quamuis distinguendo contrarium probat, Grat. dicto cap. 304 num. 3. & 4. post Peregr. de iure. & priuil. fisc. lib. 6. tit. 6. num. 8. in fine, vers. contra eos vero. Vbi tradit, quod si agitur de pecu-
16 nijs solutis ex causa onerosa nõ datur illarum reuocatio, etiam fisci fauore, cui priuilegium illud tantum competit, quando pecuniæ pertinuerit ad aliquem ex causa lucratiua, Faber
17 in §. si quis in fraudem num. 23. inst. de action. marciam hanc plenissimè exequitur, Gutier. pract. quæst. ciuil. lib. 5. quæst. 100. per totum in quem post hæc scripta incidi.

S V M M A R I A.

1 *Creditor anterior, cui obuenerant bona debitoris, non poteſt moleſtari à poſteriore creditore.*
2 *Contrarium verius ſi primo creditori ſatisfiat in pecunia per ſecundum creditorem.*
3 *Diligentia creditoris primi, ei obeſſe non debet.*
4 *Primus creditor, per adiudicationem bonorum debitoris dicitur ſecurus pro crediti quantitate.*
5 *Oblatione totius ſummæ realiter facta creditori anteriori, per poſteriorem creditorem ius hypothecæ in eius perſona conſeruatur.*
6 *Concluſio hæc procedit etiam in dote.*
7 *Idem procedit in bonis ad haſtam venditis, quia in hoc nulla eſt differentia inter creditorem anteriorem, & licitatorem.*

Secundus creditor offerendo ſatisfactionem primo creditori ab eo euincit rem in ſolutum acceptam. Cap. XXXV.



Lia ſuboritur, quæſtio inter creditores anteriores, & poſteriores, quādo anterior creditor, vel emit, vel in ſolutum habuit pignus ſibi, & alijs obligatum; An à poſterio-
1 ribus creditoribus dicatur tutus. Et pro creditore anteriore ſtat, tex. in l. ſi debitor, ff. de ſeparat. & l. ſi prior, C. qui potior. in pign. hab. gloſ. in l. ſi à debitore, in verbo eum qui, ff. eod.
2 tit. Quia ſua diligentia ei obeſſe non debet, l. 1. vbi gloſ. verbo obtulerit, C. ſi antiq. credit. pign. vendit. Salic. in d. l. ſi à debitore num. 2. ff. qui pot. in pign. habeantur.

De AEQVITATE tamen non prohibetur
3 ſecundus creditor offerre primo creditori ementi à ſuo debitore cum eum hypothecaria conuenire poſsit oblato debito, Salic. in d. l. 1. num. 2. verſ. 3. C. ſi atq. cred. Grat. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 269. num. 30. & 31. Vbi tradit hunc eſſe vnum ex caſibus, in quibus creditor ſecundus auditur contra primum, qui tamquā emptor, ſeù in ſolutum accipiens non eſt tutus contra poſteriorem creditorem; Sed erit ſe-
4 curus pro crediti quantitate, tamquam creditor primi contractus latiſſ. Amator. Roderiqu. tract. de priuil. cred. art. 1. num. 22. par. 2. poſt Neguſant. de pignor. par 5. membro 3. per totum. Quo loci inquit dicto num. 22. circa medium, quod AEQVITATIS ratio ſuadet, vt oblatione totius ſummæ realiter, & integrè facta primo creditori, ius hypothecæ in perſona
5 ſecundi creditoris conſeruetur, Ozaſch. deciſ. 135. num. 2. & Afflict. deciſ. 259. Id quod locum
6 obtinere etiam in dote, ſcribit idem Amator. fol. 93. oblatio tamen, quia ipſa fieri etiam poteſt à primo creditore, qui idcircò rem hypothecatam retinere poteſt ſatisfacto ſecundo creditore, l. Paulus, §. qui pignus, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. ſoluitur Amator. d. num. 22. ex qua verè fol. 93.

Prout pariter de AEQVITATE, tàm ipſe creditor, quam alius tertius illius nomine po-
7 teſt offerre, quando bona debitoris venduntur ad haſtam, quia non eſt in hoc differentia inter creditorem, & extraneum licitatorem, Surd. conſ. 256. num. 6. Grat. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 7. num. 7. & 8.

S V M M A R I A.

1 *Bannitus reſtitutus, dicitur nouus homo.*
2 *Bannitus reſtitutus, non tenetur verſus eius creditores, etiamſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
10 *Contrarium verius.*
9 *Diſtinguitur.*
3 *Fiſcus publicatis bonis delinquentis teneretur repente verſus creditores confiſcati.*
4 *Publicatis bonis, tranſeunt omnes actiones, & obligationes delinquentis in Fiſcum.*
5 *Obligatio ſemel extincta per mortem ciuilem non reuiuiſcit amplius.*
5 *Ordinatio Ill. Mag. Extraord. redd. in ea materia.*
6 *Debitoris factum nō poteſt deteriorare ius creditoris.*
7 *Actio perſonalis non poteſt auelli ab oſſibus debitoris.*
8 *Delinquens non poteſt eſſe melioris conditionis.*
11 *Habens actionem, videtur habere ius ad rem.*
12 *Bannitus reſtitutus teneretur verſus creditores pro rata bonorum recuperatorum, etiamſi creditores non contradixiſſent bonis publicatis.*
12 *Et eadem nocent non contradicentibus quoad Fiſcum tantum.*
13 *Contrarium probat Odd. & Farin. ſed reprobantur*
14 *Prior ſententia eſt in hoc dominio in obſeruantia.*
15 *Cridarum beneficium prodeſt tantum Fiſco, & habentibus cauſam ab eo, non alijs perſonis.*
16 *Bannitus reſtitutus quo ad omnia, ideſt quo ad bona & perſonam conuenit, & conuenitur per omnibus acti numquam fuiſſet bannitus.*
17 *Bannitus reſtitutus quoad perſonam tantum ad nihil tenetur.*

Bannitus reſtitutus tenetur ad ratā bonorum recuperatorum verſus creditores. Cap. XXXVI.

1 BAnnitum reſtitutum effectū eſſe nouum hominem, ſcribit poſt alios Honded. conſ. 67. num. 24. lib. 1. & Felic. alleg. 34. num. 7. par. 1. Qua attenta ratione, non teneri bannitum reſtitutum ex Indulgentia Principis verſus priores credi-
2 tores, etiamſi ad pinguiorem fortunam poſtea peruenerit, diſponit tex. in l. tutor filiorum,

& in

& in l. si debitor, C. de sentētiam passis, Gamma decis. 85. num. 6.

Publicatis enim bonis ob delictum, repente
3 Fiscus subintrat in locum debitoris, quo liberato contra eundem Fiscum agitur, cum bona debitoris retineat, l. 2. vbi Salic. C. ad l. Iul. de vi. pub. glos. in l. si marito, ff. sol. matr. Boss. tit. de proclam. quod sit bonis publ. nu. 14. Hector Felic. alleg. 34. num. 6. par. 1.

4 In quem omnes actiones, & obligationes etiam passiuè transeunt, l. cum Fisco, ff. ad Sylan. l. 1. C. de fideiuss. & l. 2. ff. de alimentis cibar. legat. Boss. tit. de bonis publ. num. 13.

Obligatio enim extincta semel per mortem
5 ciuilem, sæpè naturali adæquata non reuiuiscit amplius, l. qui res, §. arcam, ff. de solut. Et ita ordinauit Illustris Magistratus Extraordinarius Redd. die 1. Septēbris 1593. ad relationē Illust. D. Quæstoris Terzaghi, præsente Illustrissimo Præside Menochio fauore Io. Baptistæ Montemerli Derthonensis.

Quamuis alij contrariæ sententiæ arrideant,
6 tum quia ex facto debitoris, nō potest ius creditoris fieri deterius, l. 2. §. 1. ff. de verb. obligat. & l. debitorum pactionibus, C. de pactis. Tum
7 quia actio personalis nō potest diuelli ab ossibus debitoris, l. 1 §. si hæres, ff. ad Trebell. Tum etiam, quia hoc pacto melioris conditionis esset delinquens contra not. in glos. cap. quia circa de bigam. Manent. cons. 20. per totum.

Nodum huius dubitationis soluendo di-
9 stinguit, Costa tract. de port. ratæ quæst. 120. sub num. 6. per tex. in l. 3. C. de sententiam passis; Aut enim bannitus gratiatus, siuè restitutus recuperat bona per viam quotæ. Aut restitutio est plenaria quoad omnia bona in singulari. Aut tantum quo ad personam restitutus est. Primò casu de AEQVITATE tenetur tantum pro rata bonorum recuperatorum primis
10 creditoribus, qui pro residuo agere debent contra Fiscum, Costa vbi supra num. 7. Bursat. cons. 54. num. 6. lib. 1. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 2. num. 63.

Etiamsi restitutus negligat recuperare bona, quia, qui habet actionem videtur habere
11 ius ad rem l. pen. ff. de senten. passis, Costa dicto loco num. 9. qui seq. num. probat conclus.
12 procedere etiamsi creditores non contradixissent cridis publicatis, iuxtà doctrinam Bossij dicto tit. de proclam. quod fit bonis publ. num. 15. & tit. de remed. ex Sola Clement. Principis num. 22. 92.

Quia nihilominus facta bonorum restitutione de AEQVITATE tenebitur restitutus versus creditores, cum proclamata tantum prosint Fisco, & cōtumacia creditorum in non cōtradicendo sibi tantum præiudicet, quoad Fiscum, non autem quoad debitorem, in contrarium affirmat, Odd. de restit. in integrum quæst. 97. art. 3. & Farinac. loco relato nu. 181. Quia Bosisj sententia, vti verior, & Aequior, magisque consentanea naturæ restitutionis in
14 integrum communiter obseruatur in hoc dominio. Peregr. dicto tit. 1. num. 208. Alba cons. 196. Cridarum enim beneficium non prodest
15 alij, sed solum Fisco, & habentibus causam ab eo, Menoch. cons. 744. num. 17. Costa vbi supra
16 num. 11. Secundo casu conuenitur, & conuenit æque, ac si numquam fuisset bannitus. Tertiò casu, nihil æris alieni prius cōtracti exsoluit, Costa dicto num. 7. post Corn. cons. 190. col. vlt. lib. 1. & Farinac. quæst. 10. num. 177. & Caball. cons. 132. col. 2.

S V M M A R I A.

1 *Donatio simplex à patre facta filio computatur in legitimam.*
2 *Donatio facta per patrem filio, vt promoueatur ad sacros ordines, vel vxorem ducat, dicitur donatio ob causam num. 3.*
4 *Contrarium verius.*
4 *Causa finalis ea esse dicitur, sine qua quis alias facturus non erat.*
6 *Causa, quæ tendit ad merum fauorem donatarij, impulsiua, non finalis dicitur.*
7 *Causa in dubio impulsiua, non finalis dicitur.*
8 *Causa qualibet non inducit effectum collationis, sed solum illa, quæ secum habet iuris necessitatem.*
9 *Lex facilius succurrit patri, quando donat ex iuris necessitate, quā vbi dat ex voluntario affectu.*
10 *Ordo clericalis tantopere æstimandus vilesceret, absque patrimonio.*
11 *Bona donata filio, vt ordines suscipiat non possunt vendi, neque alienari, absque licentia Episcopi.*
12 *Bona donata filio, vt ordines suscipiat non computantur in legitimam.*
13 *Donationes huiusmodi, non solum respiciunt causam onerosam matrimonij temporalis, & spiritualis, sed etiam interesse tertij, ne decipiatur.*
14 *Donatio huiusmodi, Aequitatis impulsu facta censetur.*
15 *Bona filio donata, vt ad sacros ordines promoueatur non conferuntur in diuisione cum fratribus.*
16 *Donatio filio facta, vt promoueatur ad sacros ordines non dicitur meliorare conditionem discendentis iuxta statutum.*

Donatio facta filio, causa matrimonij, vel clericatus dicitur simplex donatio, non ob causam.

Cap. XXXVII.



VT facilius vxores diuites ducant filij. Vel ad Sacros Ordines promoueantur, solent parentes donationes particulares facere ipsis filijs. Quibus stantibus hæsitandi locus sæpè relinquitur in bona in huiusmodi donationibus contenta imputen-

tur

turin legitimam. Quæ sanè quæstio ab eo dependere videtur. Vtrum donatio sit simplex, vel potius ob causam, namque vbi simplex donatio diceretur in legitima imputanda non essent bona donata, Bart. & alij in l.in quartā, ff. ad l.falcid.Socin.conf.18. & 19. lib.4.

Quod donatio ipsa dicatur facta ob causam, res ipsa loqui videtur, dū subest in donatione causa matrimonij, vel promotionis ad Sacros ordines, quæ causa finalis omninò, non impul-
2 siua dicitur, l.1.vbi Bart.ff.ad Macedon.& l.fi. ff. de hæred. instit. Crauetr. conf. 192. num. 2.
3 Ergo donatio ob causam non simplex esse videtur, vt in indiuiduo concludit, Rol.conf.44. à num.9. vsque ad finem lib.4. post Porc. Imol. conf.35. num.36. Causa enim finalis ea esse dicitur, sine qua quis alias facturus non erat, vel eo modo, nisi fuisset illa causa, Bald. conf.340. col.2.lib.3.Natta conf.609.in 2.dub. Crau. cōs. 242. num.9. quos sequitur Rol. alleg. conf. 44. num.15. lib.4 Vndè cum causa matrimonij cōtrahendi, vel ad ordines promouendi facta dicatur donatio ipsa, eam finalem causam esse patet.

Contraria tamen opinio videlicet donationem esse simplicem de AEQVITATE verior, & communior est; Etenim, vt Rol.nodum preuidit, quamuis inaniter illum soluere conatus est, cum causa ipsa tendeat ad merum fauorem
6 donatarij; impulsiua non finalis dicitur, quia non excludit liberalitatem, Immola in l.Aquilius Regulus ff. de donat. Cephal.conf.183.nu.
7 30. Prout in dubio impulsiua non finalis diiudicatur Gloss. & scribentes in l.2.§.Titio decem, ff.de donat. in puncto Oldrad. conf. 5. quem etiam refert, Bol. alleg. conf. 44 num. 2. cum quinque seq. lib 4. Crau. conf.114. num. 17. & conf.85.num.6. Socin.conf.53.num.1.& copiosissimè Gratian. lib.1. discept. forens. cap.154. num.34.cum duob. seq. vbi more suo copiosè scribit, quod non qualiber causa inducit effe-
8 ctum collationis, sed solum illa, quæ secum habet iuris necessitatem, vt est dos, aut donatio propter nuptias, quam pater facere cōpellitur.
9 Quia facilius lex succurrit patri quando donat ex iuris necessitate, quā vbi dat ex voluntario affectu, prout est in donatione ob causam matrimonij, quæ licet moueat Patrē ad donādum non tamen habet actus iuris necessitatē, & nu. 35. Rol. in opinionem reprobat.

Eandem sententiam comprobat idem Gracian. in cap. 297. nu.1.cum sequ. plur. lib. 2. vbi alios per multos citat, & præsertim Cæphal. conf.613.num.21. & Surd.conf.143.num.52. ac decis.322. num. 84. atque num. 11. subijcit author ipse, quòd bona donata filio per patrem, vt ordines suscipiat, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. ne vilescat ordo clericalis, tantopere estimandus capit,
10 non liceat, & cap. Episc. vbi glos. de præbendis.

Non possunt vendi, nec alienari, absque licen-
11 tia Episcopi, quia dantur in titulum perpetuum, Surd. de alim. tit. 4. quæst. 18. num. 32. Cæuall. commun. contra commun. quæst. 527. & 565. & quæst. 561. num. 24. & 30.

Vndè neq; cōputantur in legitimam Cæuall.
12 qu. 682. nu. 6. idem probat Costa remed. subsid. 106. illat. 1. nu. 5. huiusmodi; donationes respicere non solum causam onerosam matrimonij temporalis, & spiritualis, sed etiam in-
13 teresse tertij, qui non debet decipi, cum AEQVITATIS impulsu censeantur factæ Gra-
14 cian. vbi supra nu. 13. post Diaz. in prax. crim. cap.18. nu. 15.
15 Quippè quod bona ipsa sic donata filio ad sacros ordines suscipiendos conferri non debeant in diuisione cum alijs fratribus probat
16 Costa all. illat. 1. sub nu. 5. Ex qua donatione meliorata minimè dicitur conditio ipsius filij iuxta Statutum Mediolani 305. lib. 1. vt post Carp. tradit Polid. Ripa observatione 232. per totum, cum statutum ipsum disponat ascēdentem non posse meliorare conditionem descendentis.

SVMMARIA.

1 *Diuinam esse l. si me, & Titium tradit Bald.*
2 *Qui ex pecunia aliena factus est locupletior vel eius conditio reddita melior, tenetur ad restitutionem, etiamsi sibi non fuerit mutuata.*
3 *Idem procedit, si ex mercibus alienis secuta fuit melioratio nu. 8.*
4 *Vxor & liberi tenentur in subsidium pro pecunia, siue tritico mutuati marito, & Patri ex quo alimenta consecuti sunt. Saltem ad ratam nu. 7.*
5 *Limitatur si impossibilitas soluendi marito succedat longè post mutuum.*
6 *Pecunia mutuata Patri tempore carestia sine alia probatione, præsumitur versa in alim. filiorum.*
9 *Nihil refert, quod mediatè aut immediatè aliquod sit versum in vtilitatem vt detur actio, sed tantum requiritur, quòd occasione rei mutuata commodum habuerit.*
10 *Idem procedit, si ex mercibus traditis, aliæ merces sint empta, ex quibus commodum habuit.*
11 *Filij, & vxor tenētur in subsidium cum moderamine, ne vniuersis facultatibus priuentur.*
12 *Sententia auctoris in ea materia.*
13 *Sententia alia auctoris.*
14 *Tertius ad cuius vtilitate merces suorum Io. Pauli Aresij mentio, Iulij Aresij Sen. Præsidis mentio honorifica empta, Titio, tenetur tantum in subsidiū*

Ad

Ad restitutionem pecuniæ mutuatę Titio, quæ ad Mæuiũ peruenit, vel ex ea factus est locupletior; Tenetur Mæuius in subsidium, vbi Titius non est soluendo.

Cap. XXXVIII.

BAldus in cons. 348. col. 1. in fine
1 vers. considera interdum lib. 1. Di-
uinam, Nobilemq; appellat legem
si me, & Titium ff. si certum peta-
tur, cum remedium singulare, &
vndequaq; subsidiarium præstet in mera
AEQVITATE fundatum; Disponit enim
tex. ipse, quod si pecunia, vel res mea alij mu-
tuata ad te peruenit, etiamsi tecum non con-
traxero, mihi tamen teneris in subsidium ex
2 AEQVITATE cum vel locuplerior fac-
tus sis, vel melior reddita, sit tua conditio, vt
ad litteram patet, felic. Allegat. 23. nu. 1. par. 1.
3 Rota Genuens. decis. 215. per totam, præsertim
in fine, vbi ex mercibus tertij fuerat redem-
ptas ab alio quidam minor captus Algerij.

Hinc propterea tradunt scribẽtes, quod si ex
pecunia mutuata marito, alimenta consequuta
fuit vxor cum tota familia, De AEQVITATE
4 tenebitur vxor ad restitutionem pecuniarum
mutuatarum, vbi maritus non sit soluendo,
quod onus etiam ad filios spectat; vt etiam
per l. 2. vers. æquissimum, ff. ad l. Rhod. de
iact. probat Surd. de alimentis tit. 8. priuil.
48. nu. 5. & 6. & cons. 420. nu. 1. dictoq; num. 5.
priuil. 48. Respondet ad contraria, & nu. 6. di-
stinguit tempora mutuatæ pecuniæ, vz. si im-
possibilitas soluendi venit longè post mutua-
5 tam pecuniam, vel eodem tempore aderat,
Quia primo casu res dubitabilis efficitur, cum
non videantur filij, & vxor effecti locupletio-
res, de quo absolutè constat primo casu.

Si vero pecuniam mutuo accepit, Pater tẽ-
6 pore caristiæ, tunc absq; alia probatione cen-
setur pecunia conuersa in alimentationẽ fami-
liæ, & ideo tam vxor, quam filij tenentur ad
restitutionem, saltem ad ratam, vbi Pater non
7 est soluendo vt probarunt Alex. cons. 46. lib. 5.
Crau. cons. 91. nu. 5. & 6. Surd. de aliment. d.
priuil. 48. nu. 10. Et nouissimè Gracian. lib. 2.
discept. forens. cap. 94. nu. 12. & 13. ac cap. 107.
nu. 2. cum plur. seq.

Nec refert quod non sit mutuata pecunia,
8 vel triticum, quia etiamsi merces, vel alia res
datæ essent ex quibus commodum, & vtilita-
tem percepissent filij, & vxor, Quia nihilomi-
9 nus tenentur ad restitutionem, cum nihil rele-
uet, quod mediatè, aut immediatè aliquid sit
versum in vtilitatem, vt detur actio, sed tãtum
requiritur, quod occasione rei mutuatæ com-
modum habuerint, vt post Menoch. de recu-
per. possess. remed. 4. nu. 3. probat Surd. d. cons.
420. nu. 2. & 3. Qui propriè loquitur de merci-
10 bus venditis Hebreo ex quarum venditione
aliæ emptæ fuerunt vxori, & filijs.

In his tamen filij, & vxor grauandi non sunt
plus AEquo, vt si omnibus creditoribus sol-
uere tenerentur, vniuersis facultatibus priua-
11 rentur, vt animaduertit Surd. loco relato nu.
4. in fine. Quibus omnibus consideratis supe-
riori anno 1623. dum conuenra coram me
tunc Vicario Prætorio Cremonæ quædam no-
12 bilis mulier nuper vidua effecta ad instan.
Pistoris cuiusdam ob pretium pannis habita
fide de pretio venditi eius viro pro alimentis
totius familiæ, statui vt amicabiliter res com-
poneretur, & mulier ipsa (quæ neque cauta
erat pro integra eius dote, ob tenuem viri hæ-
reditatem multis debitis implicitam) tertiã
partem debiti persolueret Pistori, cui senten-
tiæ ambæ partes acquieuerunt.

Consimilem prouisionem feci in alia causa
Pistoris, & filiorum Vezanicæ in eadem Ciui-
13 tate Cremonæ mense Nouembris 1626. dum
iterum ad eamdem Ciuitatem Cremonæ, re-
uersus fueram vti Iudex maleficiorum, & etiã
in ciuilibus iusdicerem ob mortem Eximij I.
C. D. Io. Pauli Aresij Vicarij Prætorij, ac Il-
lustrissimi Iulij Aresij Sen. Vigilantissimi, &
Sapientissimi ac AEQVISSIMI Præsidis con-
sanguinei in qua causa contrarium prius fue-
rat statutum per doctissimum virum, qui for-
tassis non ruminato negocio iudicauerat, &
cui sententiæ pariter acquieuerunt partes.

Elicitur ex deductis alia quæstio, quando
scilicet in libro mercatoris descriptus est quis
debitor pro mercibus emptis ad vtilitatem
alterius, An iste tertius pro quo merces emptę
fuerant conueniri possit pro solutione pretij,
eo quia merces ad eius vtilitatem versæ sunt,
Et non nisi in subsidium teneri hunc tertium
14 De AEQVITATE dictæ l. si me, & Titium re-
soluisse Rotam Romanam testatur Ludouis.
decis. 216. per totam, & in litteris cambij pro-
bat Surd. cons. 528. nu. 19. Oliban. de act. par.
2. lib. 1. cap. 14. nu. 25. in fine, & Mar. Antonius
de Amatis decis. 24. nu. 16. ac Gutier. in repet.
Auth. sacram. sub nu. 82. l. si aduersus credi-
torem &c.

SVMMARIA.

1 *Spoliatores, & Pradones grauibus pænis subijciuntur*
2 *Spoliatori restituuntur meliorationes in re restituta necessario facta.*
3 *Conclusio procedit tam in bonis laicalibus, quam Ecclesiasticis.*
4 *Meliorationum causa permittitur retentio bonorum melioratorum.*
5 *Reparatio Ecclesiarum ad quem spectat.*
6 *Decretum Senatus.*

Melio-

Meliorationes factas etiam per prædonem restituit spoliatus, si necessariæ fuerunt. Cap. XXXIX.



Sequendo materiam, quamuis prædo, & spoliator odiosi adeo sint legibus vt pœnis grauibus subijciantur, nedum ex spolio vtilitatem consequi valeant. Ratione tamen commodi, siue vtilitatis consequutæ per spoliatum in re sibi restitura. De AEQVITATE eum teneri secuta reintegratione ad resarciendum meliorationes necessarias factas, etiam

2 per prædonem, & malæ fidei possessorem per l. planè cum l. seq. ff. de perit. hæred. probat Costa remed. subsid. 12. nu. 6. post multos alios ibi relatos, inter quos Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 24. & Magon. decis. Lucens. 53. nu. 24. Quæ conclusio procedit in meliorationibus factis, tam in bonis Laicis, & feudalibus

3 quam in Ecclesiasticis, Surd. cons. 183. nu. 46. & cons. 353. num. 30. quam sequitur Costa d. remed. 12. nu. 7. Pro quibus meliorationibus

4 permitti retentionem bonorum melioratorũ probat Rhand. var. resol. cap. 18. & 20. & Surd. cons. 561. nu. 26. Castil. de vsufructu cap. 57. nu. 12. Franch. decis. 112. & decis. 527. quos sequitur Costa d. nu. 7. vbi sequenti nu. vsque ad finem, naturam ipsam melioramentorum, & reparationum etiam Ecclesiasticorum bo-

5 norum latissimè examinat, declarando etiam ad quos spectat Eccle siarum reparatio in subsidium.

Et cum superioribus annis Ecclesia S. Mariæ Seruorum præsentis Ciuitatis in elegantiorem formam redigi studuissent illi Religiosi, Patronisq. Capellarũ ad ratam teneri supponerent ad dictam reparationem, inter quos minor Hieronimus Cattaneus connumerate- tur, illiusque tutores hæsitarent talem sumptũ

6 facere posse, consultus Senatus Excellentis. die 21. Iulij 1615. referente Amplissimo D. Senatore Hieronimo Callento, censuit teneri omnes dictos Patronos, & minorem, sine illius tutores ad solutionem librarum mille pro singulo pro restauratione siuè potius ornamento dictæ Ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Emptor tenetur ad vsuras pro pretio nondũ soluto.*
2 *Bona fides non patitur emptorem percipere fructus rei emptæ cum iactura venditoris.*
3 *Emptor superlucratur tantum fructus pro rata pretij soluti.*
4 *Emptor loco fructuum spectantium venditori soluit interesse, si pretium non soluit.*
5 *Etiamsi fundus venditus esset sterilis.*
6 *Etiamsi in alijs venditor non impleuisset, modo rem tradidisset.*
7 *Contrarium tradit Socin. sed reprobat.*
8 *Emptor excusatur à solutione interesse si habuit dilationem ad soluendum nec de interesse fuit actum.*
9 *Venditori imputandum est, qui dilationem ad soluendum concessit.*
10 *Quilibet in re sua est moderator, & Arbit.*
11 *Lapsa dilatione concessa, emptor tenetur ad interesse.*
12 *Pactum respiciens dilationem dicitur pars pretij.*
13 *Vendita re nullo expresso tempore solutionis pretij, debetur statim pretium.*
14 *Venditor si recipiendo pretium, non receperit interesse debitum, sed non promissum illud amplius consequi nequit.*
15 *Emptor tenetur ad interesse, etiamsi nullos fructus percepisset ex fundo empto.*
16 *Venditor qui ex sua parte contractum adimpleuit, consequi potest interesse ob pretium sibi non solutum.*

Emptor Prædij habita fide de Pretio non tenetur ad vsuras, etiam ratione fructuum perceptorum, vbi de eis non conuenit; secus si nulla est data dilatio ad soluendum. Cap. XXXX.



1 AEQVITAS l. curabit C. de act. empti ab interpretibus valdè amplificata prouidet emptorem teneri ad vsuras versus venditorem, pro pretio nondum soluto: cum bona fides non patiatur ipsam percipere fructus, & locu-

2 pletari cum venditoris iactura, vt ibi explicant omnes; Et sic pro rata tantum pretij solu-

3 ti superlucrari dicitur fructus emptor ex AEQVITATE d. l. curabit; vt affirmat Ioseph Ludouic. decis. Perus. 53. nu. 2. Alba cons. 193. Gaspar. Roder. de annuis reddit. lib. 3. qu. 7. nu. 100. Costa de parte ratæ qu. 9. nu. 1. Proinde idem habetur in l. fin. ff. de fundo dot. Vnde

4 loco fructuum spectantium venditori, teneri ad vsuras emptorẽ prouidit lex ipsa late Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 716. nu. 1. etiam si fundus venditus esset sterilis, quia non de-

5 betur hoc casu ratione fructuum, sed ratione impleta fidei, Bal. in l. 2. C. de vsuris, & Rota Ian. decis. 194. nu. 13.

6 Quæ conclusio procedit etiam si venditor in alijs non adimpleuisset, si modo rem tradidit, vt voluit Bal. in l. 2. vers. denuò conuenitur C. de vsuris Alex. cons. 147. lib. 5. Gabr. de empt. & vendit. conc. 4. nu. 9. licet contrarium te-

7 neat Socin. cons. 88. vers. 3. difficultas lib. 3. & cons. 103. vers. 3. difficultas lib. 4. & Cornecons. 59. lib. 3. at nouissimè probat Luppus in d. l. curabit

curabit coment. l. §. 7. nu. 138. & seq. Q[u]o loci scribit teneri emptorem à die traditionis citrà reddere venditori vsuras pretij non soluti iuxta quantitatem fructuum re perceptorum, non iuxta quantitatem eius quod venditoris interest ex causa damni sibi illati ob dilatam pretij solutionem, quia tunc non essent vsuræ commodi percepti, recompēsatiuæ, sed damni restauratiuæ, quæ tantum debentur ob moram veram, & regularem, non ex mora irregulari; Gabr. d. concl. 4. nu. 2. & 3.

Si tamen venditor concessit emptori dilationem ad soluendum pretiū vbi de vsuris non conuenit iuxta decis. 6. Castr. in l. Iulianus §. ex vēdito nu. 3. ff. de act. empti, de qua Anchar. q. famil. 33. nu. 4. lib. 2. Non poterit petere vsuras pretij non soluti, quia de AEQVITATE ad eas non tenebitur emptor, vt probat Gabriel dicto tit. de empt. & vendit. concl. 4. num. 20. Cagnol. in d. l. curabit nu. 51. & post eos Ludouic. dicta decis. 53. num. 5. vbi subiungit, quod
9 venditori est imputandum, qui dilationem cōcessit, idem probat Costa allep. qu. 91. sub nu. 2. vers. nam sine dicto pacto, de port. ratæ, & exemplum tradit in dote per Surd. de alimentis tit. 1. qu. 92. nu. 51.
10 Quilibet enim in re sua est moderator, & Arbiter vulg. iur., & hoc casu nisi post moram, & sic post lapsam dilationem concessam inte-
11 resse deberi concludit Sottus de iust. & iure lib. 6. qu. 1. col. 2. vers. de hoc igitur Menoc. cōs. 1027. num. 5. ; Quia pactum illud dilationem
12 respiciens, dicitur pars pretij l. fundi partem ff. de contrahen. empt. Costa vbi supra in fine, Roder. de annuis redd. lib. 3. q. 7. nu. 79.

Neq; ommittendum est, quod quando facta est venditio, & promissum pretium, nullo expresso tempore; debetur statim, quia non cen-
13 setur venditor habuisse fidem de pretio soluēdo, & sic ad vsuras ratione pretij nō soluti statim etiam tenetur emptor, vt per l. quod vendidi ff. de contrahe mptione & §. vendit. instit. de rer. diuis. probare videtur Castr. in l. Iul. §. offert. ff. de action. empt., Lupus loco relato sub nu. 143. vers. & quamuis.

Si verò venditor recepto pretio, interesse minimè promissum non recepetit. Illud petere
14 vlterius non poterit, cum tunc debeatur tamē offitio iudicis accessoriè, vt probat Gabr. cons. 145. num. 12. lib. 2. quem sequitur Lupus sub dicto nu. 138. in fine.

Ad quod interesse tenetur emptor, etiāsi nullos fructus percepisset, absque venditoris cul-
15 pa ex fundo empto, vt post Bal. & Castr. probat Fab. de monte tr. de emptione in 5. quæst. princip. num. 45., Quia tunc vt subijcit Fabian. non debentur ratione fructuum perceptorū; sed perfidiæ causa; cum venditor à sua parte contractum adimpleuit Gozad. cons. 55. col. 3. vers. Idem tenet, Socin. cons. 88. num. 8., & cons. 203. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 62. num. 28. lib. 1. & post alios Gabr. de empt. & vendit. all. concl. quarta ampliat 6. Anchar. qu. famil. 30. lib. 3. Cephal. cons. 736. lib. 5. Surd. cons. 101. lib. 1. Rota Genuens. decis. 194. nu. 2. licet contrarium probare videatur Couaruu. lib. 3. var. resol. cap. 4. num. 3. Natta cons. 518. num. 2. Rol. cons. 14. num. 3. lib. 2. & Fachin. lib. 2. controuers. iuris cap. 32. quos sequitur Lupus all. §. 7. num. 141. vbi in fine per distinctionem tollere videtur obiectum.

SVMMARIA.

1 *Bannitorum receptatio prohibita est ferè ex communi statutorum dispositione in Italia.*
2 *Noua constitutiones, & Proclamata Excellentissimorum Gubernatorum circa receptantes bannitos.*
3 *No. Constitutiones comprehendunt etiam mulieres.*
6 *Contrarium verius n. 7. & 15.*
4 *Bannitis non remanere debet locus, in quo possint morari.*
5 *AEQVITAS est columna in medio, non autem angulus, aut fauor partialis.*
7 *Capienti mulierem bannitam, non debetur premium à statuto ordinatum capienti bannitum.*
8 *Odia sunt restringenda, & fauores ampliandi.*
9 *Bannitos capientibus conceditur premium, vt ij extirpentur ne publicam tranquilitatem turbent.*
10 *Cessante ratione, cessat dispositio.*
19 *Casus eo modo decidendus est, quo terminassent verisimiliter conditores legum si de eo interrogati fuissent.*
20 *Supplendo ea, quæ in lege deficiunt dicitur proprium munus AEQVITATIS.*
20 *Mulieres comprehenduntur sub statuto loquente de iuribus.*
21 *Decretum Senatus quod remissio facta à Patre pro iniuria sibi, & filiæ illata sufficiat.*
22 *Remissio etiam raptæ requiritur vna cum Patris remissione.*
23 *Mater non potest agere pro iniuria filij, quem non habet in potestate.*
24 *Mater non potest remittere iniuriam factam filio.*
25 *Receptans bannitum coactè, non tenetur ad pœnam.*
26 *Coactè quæ fiunt non imputantur facienti.*
27 *In dubio, quod coactè, non volontariè quis receptauerit præsumendum est.*
28 *Inueniens bannitum, vel rem extare in domo non dicitur receptare.*
29 *No. Constitutiones disponunt, quod coactè receptantes, id denunciare habeant certo termino iudicibus.*
11 *Mulieres tantæ non sunt audaciæ, vt contra Principem, vel publicam quietem, quid moliantur*
12 *Filiæ damnati per crimine læsæ maiestatis non subiacent pœnis, vt masculi.*
13 *Statuto stante quod viri bannitarum expellantur è territorio, non procedit è contra.*
14 *Vxor non potest impedire virum a delinquendo, sicut maritus vxorem.*
16 *Verba generalia comprehendunt tam fæminas, quam masculos nu. 17.*
18 *Ratio vnica, quando in constitutione potest considerari*

sidetari, ea solum motos fuisse legislatores dicendum est.
30 *Receptans bannitum notitiam habere debet de banno saltem præsumptiuè per descriptionem in albo.*
31 *Ignorans non dicitur delinquere.*
32 *Hospes non tenetur ad pœnā pro receptatione banniti etiamsi de banno notitiam haberet, quia cogitur hospitari.*
33 *Decretū Senatus circa hospites receptantes bannitos.*
34 *Limitatio No. Constit. in receptatoribus bannitorum.*

Receptans mulierem bannitam, non tenetur ad pœnam impositam contra receptantes bannitos. Cap. XXXXI.



Ommuniter in Italiæ Ciuitatibus, & Oppidis vigent statuta, quibus prohibita est receptatio bannitorum, vt apud omnes notum
1 est, & testatur Nellus in tr. de
bannitis in principio; Quæ receptatio iure cōmuni inspecto prohibita pariter vol. 1. & 2. C. de recept. vbi glos. & scrib. l. 3. C. de summa Trinitate, & fide catholica; Nellus dicto tractatu in. 3. parte secundi temporis quæst. 20. Bertazol. cons. crim. 440. nu. 5. lib. 2. Menoch. de arbitr. casu 348. nu. 1. cum plur. sequ. Ptout in hoc præsenti Mediolani Dominio vltra particularia statuta Ciuitatum, habemus Nouas
2 Constit. in tit. de bannitis, & eorum receptatoribus lib. 4. & proclamationes particulares Excellentissimorum huius Prouinciæ Gubernatorum.

Vndè non semel fuit hæsitatum, an Constitutiones ipsæ, & proclamationes locum habeant in ijs qui mulierem bannitam receptauerint; Quæ sanè quæstio adhuc sub Iudice pēdet; Et cum casus euenisset superioribus, annis, Senatus vt maturè deliberaret distulit negotij deffinitionem ad quam hactenus non deuenit.

Prima facie enim videbatur affirmatiuam opinionem claram esse suadebant verba generalia Constitutionis generaliter loquentia contra bannitos, quæ tam masculos, quam fœminas compræhendere videntur iuxta tex.
3 in l. 1. vbi Rebuff. ff. de verb. signif. & l. 1. §. generaliter ff. de leg. præstand. Crauerta cons. 84. nu. 1. post Alex. cons. 167. lib. 7. Secundo quia finalis causa huius prohibitæ receptatio-
4 nes est vt bannitis non remaneat locus, in quo possunt morari d. l. 3 in principio C. de summa Trinit. & fid. Cathol. Bertazol. alleg. cons. 440. nu. 5. post Foler. in pract. crim. verbo bannitus nu. 9 Itaq; si nullus locus remanere non debet, & mulieres bannitas receptantes compræhendunt.

Attamen cum naturalis ratio repugnare videatur, vt ratione sexus imbecillitatis receptatio mulieris bannitæ æquipararetur receptationi viri temperando dispositionem per ipsum naturalem rationem, idest per AEQVITATEM, quam columnam in medio non
5 autem angulum, aut fauorem partialem appellat Costa remed. subsid. 7. nu. 6. dicendum est ex AEQVITATE non teneri ad huius-
6 modi pœnam receptantem mulierem bannitā.
Namq; quemadmodum capienti, vel occi-
7 denti mulierem bannitam non debetur præmium à statuto ordinatum, vt post Angel. cōs. 67 ex themate in primo dubio, probat Farinac. quæst. 108. nu. 64. & Baiard. ad Clarum §. homicidium nu. 226. quamuis impune occidere possit Cassin. tr. de malefic. cap. 1. nu. 7. f. 2819. Ita nec eam receptantem in pœnam incidere dicendum est, cum odia sunt restrin-
8 genda, & fauores ampliandi vulg. cap. odia de reg. iur. lib. 6.

Ratio enim, quare huiusmodi præmia conceduntur occidentibus bannitos, & pœna indicitur ijs receptantibus, ea est vt illorum numerus extirpetur ob audaciam, & temeritatem, quibus publica, & priuata tranquilitas
9 turbatur, vt tradit baiard. loco relato, quæ ratio cessat in mulieribus, cum à seculo non sit auditum, quòd fœminæ infestarint territoriā, à quibus sunt bannitæ, idcirco cessante ea ra-
10 tione cessat pariter Constitutionis dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. verbo constitutionis cessante Paris. cons. 98. nu. 30. lib. 1.

Non enim mulieres tantæ sunt audaciæ vt territoria à quibus exultant inuadere præsumant prout nec aliquid contra Principem mo-
11 liri, nec vltionem contra eum quærere. Hinc damnato patre de crimine læsæ maiest. licet damnentur etiam filij veluti; ex reprobato sanguine ad paternam vindictam prompti; Nō
12 tamen damnatæ intelligantur filiæ fœminæ, vt probari videtur in l. quisquis §. filijs, & § ad filias C. ad leg. Iul. maiest. vbi DD. de qua materia actum fuit supra in cap. 12. per totum; Gigas. de crimin. læsæ maiest. plena quæst. 14. tit. 1. de pœnis lib. 3.

Præterea si statuto cauetur, quod viri bannitarum debeant expelli De AEQVITATE non procdit è contra, vt scilicet vxores banni-
13 torum expellantur; Et si enim correlatiua sint maritus, & vxor non militat tamen eadem ratio in muliere quæ in viro consideratur, cum
14 non possit vxor impedire virum à delinquendo, sicut vir vxorem l. 1. §. quæ onerādæ Aquarum rerum actio non datur Nellus d. tract. de bannitis in secunda parte secundi temporis qu. 40.

Licet ergo dictæ Nouæ Constitutiones loquantur de bannitis in genere, & terminus iste communis sit tam masculo, quam fœminæ, & vtrunq; de sui natura compræhendat: Tamen

tum

tum propter qualitatem subiectæ materiæ cō-
gruentis solis masculis non fœminis compræ-
15 hendere Constitutionem virum tantum, non
mulierem dicendum est, Crau.cons.6.num.77.
Baiard. vbi supra, Tum etiam id ostendunt
verba ipsatum Constit.

Namq; dum loquuntur de receptatoribus;
his verbis vtuntur; nulla persona cuiusuis sta-
tus audeat scienter receptare &c. quæ sanè
verba, tam masculinum, quam fœmininum ge-
16 nus absq; dubio comprǣhendunt, vt latissimè
probat Carpan. ad Stat. Mediol. 466. & 489.
lib. 2. post Lancell. de attent. parte 2. cap. 12.
& de attent. appell. pend. in præfati num. 76.
& deindè loquendo de bannitis subiungit, vel
super suo recepterur aliquis bannitus, vel con-
demnatus &c. Itaut per hæc verba, aliquis
bannitus, exclusas esse fœminas bannitas con-
cludēdum est, cum additum sit verbū quicunq;
quod vtrunque sexum comprehenderet secun-
17 dum Rebuff. tract. de pacific. possess. nu. 5. Asin.
in prax. iud. cap. 72. in principio, quos sequitur
Carpan. ad stat. 267. nu. 1. lib. 1.

Neq; potest negari, quin ratio assignata ea
non sit præcipua, & principalis. Quandoquidē,
cum nulla alia in ipsis Constitutionibus consi-
derari possit, quam extirpationis bannitorū,
ob infestationes, & damna, ac incursiones, &
maleficia, quæ committere solent banniti;
18 Vtiq; ea tanquam vnica habenda est, ac si spe-
cialiter in ipsis Cōstitutionibus descripta ap-
pareret, Bal. in l. quamuis, & in l. quoties C. de
fideicomm., & in l. maximum vitium. C. de
liber. præter, De c. cons. 64. nu. 3. vers. cum ego;
Quæ quidem ratio, cum nullo modo conside-
rari possit in muliere bannita vt supra dictum
fuit, sed pænitus in ea cesset; Dispositio etiam
cessare debet; Nec aliter compillatores dicta-
rum Constitutionum sensisse præsumendum
est, et propterea casus iste eo modo deciden-
dus videatur, quo illi verisimiliter terminas-
19 sent, si de isto fuissent interrogati iuxta gloss.
vlt. in l. tale pactum §. fin. de pactis. Quia hoc
pacto proprium munus AEQVITATIS exer-
ceretur, supplendo ea, quæ in lege, siue Consti-
20 tutione videtur quodammodo deesse, Conan.
lib. 1. comment. iur. tit. de AEQVITATE n. 3.
in fine litt. C. & diximus supra in cap. 1. in fine.

Confirmantur prædicta ex eo, quod statuto
stante vt fures furcis suspendātur De AEQVI-
TATE non comprǣhenditur sub statuto mu-
lier furtum cōmittens, quia huiusmodi statut.
dicitur odiosū, & pænale q̃ ppterea est restrin
gēdū Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. p. §.
vers. Prat quod mulier num. 5. fol. 155. Vulpell.
de pace qu. 33. nu. 4. Ita pari ratione compræ-
hendi non potest mulier sub dispositione pro-
clamatum editorū contra bannitos receptan-
tes; Fateor tamen contra fures contrarium
fuisse obseruatum à Senatu qui die 16. Martij
1621. ad relationem Egr. Prętoris huius Ciui-
tatis, condemnauit ad furcas quamdam mu-
lierem Alexandrinam, quę vti pedissequa plu-
ra domestica furta commisserat.

Sexus enim imbecillitate considerata, nec
malum, nec scandalum oriri potest ex recepta-
tione mulieris bannitæ; Vndè hac tantum ra-
tione, quod in filijs fœminis non poterat dubi-
tari de scandalis, sicut in masculis. Senatus die
21 30. Maij 1592. declarauit pacem, siuè remissio-
nem solum factam per Cesarem Castaldum
Annibali del Bene ad impetrandam gratiam
à condemnatione cōtra eum facta ob offensio-
nes, & iniurias dicto Castaldo, & filijs factas,
sufficientem esse, etiamsi filiæ insimul essent
offensæ.

In crimine tamen raptus aliter dicendum
22 est, cum necessaria videatur etiam ipsius raptæ
remissio, etiamsi filia familias esset rapta, vt
post Bart. in cons. 175. lib. 1. probat Caball. lib.
2. resol. crim., casu 245. num. 10. Quippe quod
23 mater agere non possit pro iniuria filij, quem
non habet in potestate, probat Guid. Papa
quæst. 464. nu. 1., Et consequenter iniuriam fa-
24 ctam filio remittere non potest Ioseph. Ludo-
uic. conclus. 41. in fine, Et quia materia hæc re-
ceptationis siz. bannitorum frequens est in-
frascripta subijciuntur in quibus de AEQVI-
TATE procedendo locum non habet rigor
contra receptatores.

Et primo receptans coactè bannitum pro-
hibere non valens, non tenetur ad aliquā pœ-
25 nam vt tradit Bald. in l. in delictis prima lect.
ff. de noxal. Socin. cons. 90. nu. 11. lib. 3. Blanc.
tr. de quæstion. nu. 180. Boss. tit. de rapinis nu.
20. Rol. à Valle cons. 45. nu. 40. lib. 1., Quia quæ
26 coactè fiunt non imputantur facienti, vt pro-
bat Marsil. in l. 1. §. præterea nu. 11. ff. de quest.,
Prout in dubio præsumendum est, quod coactè
27 non voluntariè quis receptauerit ad delicti
exclusionem Gram. decis. 18. nu. 5.

Secundo receptare non dicitur ille, qui in-
uenit bannitum, vel rem extare in domo, vt
28 voluit Bald. cons. 250. n. 10. lib. 1. maximè vero
quādo Domin⁹ reclamauit Petr. Ant. Anguisc.
cons. 19. nu. 7. & 8. lib. 1. Bertazol. cons. 337. n. 6.
lib. 2.

Ad tollendas tamen omnes simulatas excu-
sationes prouidit Constitutio nostra §. Penes
prædictis. Vt huiusmodi receptatores, qui ob
29 bannitorum potentiam eis resistere non po-
tuerunt denunciare id debeant Iusdicenti ter-
mino dierum duorum, aliter ea denuntiatione
non facta contra eos proceditur, non obstante
quod resistere non potuisse affirment.

Tertiò adhoc, vt receptatio sit punibilis,
scire debet receptans illum esse bannitum,
saltem per descriptionem in Albo bannitorum
30 ad formam dictarum Nou. Cōstit., Quia igno-
31 rans non dicitur delinquere l. cotem §. Domi-
nus ff. de publ. Afflict. decis. 190. n. 3. Bertazol.
cons. 449. nu. 4. cum seq. lib. 2., latissime Hectar

Felic. alleg. 2. per totum par. 1.

Vltimo ſecundum Barr. in l. omnes C. de
agris, & cenſ. lib. 11. quem ſequitur Bertazol. in
ſuo repertor. verbo hoſpes nu. 4. non tenetur
ad pænam receptantis bannitum hoſpes, qui
32 ſcienter etiam ipſum receptauit, vt voluit etiã
Alex. in l. 1. ff. de receptat., fortaſſe ea moti ra-
tione, quod hoſpes cogitur hoſpitari omnes
viatores l. 1. in fine ff. fur. aduer. nau. caup. ſta-
bul. & l. p. vbi gloſs. naut. cap. ſtabul. Barr. in l.
1. §. cura, de off. Præfecti Vrbis, Quę tamen ſen-
tentia mihi non arridet, nec huiuſmodi excu-
ſationem admittere ſolet Senatus, vt memini
ipſum Ordinem Excellentiſs. cenſuiſſe ſupe-
33 rioribus annis contra binos hoſpites Oppidi
Carrauagij, qui moleſtati à q. D. Carolo Piro-
uano Patricio, & eximio I. C. C. Mediolanen.
Delegato tunc Auditore Excellentiſs. March.
Carauagij ob receprationem cuiuſdam Finerri
banniti, qui publicè etiam conuerſabatur in eo
Oppido, cum ſtatum cauſæ Sen. Excell. referri
impetraſſent Caupones Iuſsit Senatus vt ad vl-
teriora contra eos procederetur; prout etiam
ad condemnationem contra alterum ex ipſis
contumacem deueni Ego anno 1620. dum Au-
ditor dicti Excellentiſs. March. fueram elle-
ctus loco dicti D. Pirouani, & ab eodem Ex-
cellentiſs. Senatu in dellegatione ipſa confir-
matus; Et ſumma ſanè ratione, ne facilis aditus
præſtaretur huiuſmodi facinoroſis delinquen-
di, Vltra quod eadem conſtitutio noſtra ex-
cludit tantum certas perſonas à pæna recepta-
tionis, inter quas non compræhenduntur ho-
34 ſpites, qui idcircò ſub illius diſpoſitione om-
nino eſſe dicuntur.

S V M M A R I A.

1 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*
2 *Fructus ſequitur fundi alienationem.*
3 *Fructus fundi legati, & reſpectu partis colonicæ ſpectant ad legatarium, legato fundo.*
Cauſa oneroſa magis faciendum eſt, quam lucratiua nu. 4. & 5.
6 *Colonus, in fructibus pendentibus non dicitur habere aliquod ius.*
Contrarium verius nu. 12, 21, & 23.
7 *Fundus pluris emptus dicitur, ſi in eo aderant fructus pendentes.*
8 *Vendens fundum quem ſciebat eſſe à Colono cultinato nulla facta reſeruatione fructuum, dicitur eam partem cum fundo alienaſſe.*
9 *Scientia, & ignorantia in venditore conſideratur, non in emptore.*
Scientia emptoris circa colonum, cum excludit à fructibus coloniæ nu. 10. & 11.
12 *De AEQVITATE fructus debentur colono, ſi in Prouintia conſuetum erat dari colonis agros.*
13 *Pars colonica fructuum, præſtatur loco laboris, & fructuum.*
14 *Hypotheca tacita cenſetur inducta in fructibus coloni.*
15 *Colonus ratione tacitæ hypothecæ, non poteſt expelli.*
16 *Rei retentio datur pro ſumptibus circa eam factis.*
17 *Colonus in fructibus partis colonicæ habetur loco ſocij.*
18 *Emptor cum coloni iactura non debet locupletari.*
19 *Albæ doctrina reprobatur.*
20 *Melius eſt pignori, incumbere, quam in perſonam agere.*
21 *Venditor cenſetur tantum vendidiſſe ius ſuum non ius coloni.*
22 *Poſſeſſor malæ fidei, poteſt deducere impenſas factas gratia fructuum quærendorum.*
24 *Colonica portio ſemper debetur colono, niſi quando venditor impenſa ſua fundum coluiſſet.*
25 *Limitatur ſi proprijs manibus coluiſſet venditor, etiãſi in venditione expreſſe eos reſeruaſſet.*
26 *Contraria tolluntur.*
27 *Fructus rei alienatæ, ſi ſingulis diebus anni ſunt in fructu, vt penſiones &c. diuiduntur pro rata.*
29 *Etiamſi penſiones ſoluerentur in principio, vel fine.*
Decretum Sacri Concil. Neapol. nu. 28, & 30.
31 *Penſio regulatur ad inſtar fructuum etiamſi diuerſis terminis intra annum ſit ſoluenda.*

Pars colonica ex fructibus fundi alienati, debetur Colono quando Venditor ignorabat, vel emptor ſciebat prędium eſſe per Colonum cultiuatum. Cap. XLII.



Endito fundo, abſq; alia reſerua-
tione, cum eo venditi dicuntur
fructus in eo pendentes, etiam
reſpectu portionis colonicæ, cum
1 fructus pendentes dicantur pars
fundi l. fructus pendentes ff. de
rei vindicatione, & ſequantur ipſius fundi alie-
2 nationem tex. in l. fin. §. fructus ff. de his quæ in
fraud. cred. l. Iulianus §. ſi fructus ff. de action.
empti, Ludouiſ. deciſ. 430. num. 3., Et in ſpetie
quod portio colonica cum alijs fructibus cõ-
prehendatur eſt tex. in l. nihil proponi §. 1. ff.
de leg. 1. vbi fructus fundi legati etiam reſpe-
3 ctu partis colonicæ ſpectant ad legatarium; Et
Colonus ſi vult, agere; debet contra alienantẽ
vel eius hæredem agere eand. concluſionem,
comprobat Roman. conſ. 319. per totum præ-
ſertim num. 3. & 4. vbi colono partiario com-
petere tantum actionem aduerſus venditorem,
non aduerſus emptorem, tradit per gloſ. in l.
fin. ff. de contrah. empt. Roman. ſententiam ſe-
quitur, Alba conſ. 138. per totum, & ibi ſcribit,
quod licet tex. in d. l. nihil loquatur de legato,
& ſic de cauſa lucratiua, nihilominus multo
4 magis procedere debet in cauſa oneroſa, cum
magis fauendum ſit ei, qui acquirit ex cauſa
5 oneroſa, quam ex lucratiua, l. omnes debito-
res, & l. ſeq. ff. de action. & obligation. idem
Alba conſ. 305. num. 4. & 5. & conſ. 500. num. 6.
eandem ſententiam amplectitur, Ioſeph. Lu-
douiſ.

douic.decis.Perus.83. per totũ, Surd. decis.294. num.5.& 6. cum seq. Osasc. decis.82.num.3.& post alios Costa de port.ratę quæst.129.num.3.

6 Ratio est, quia colonus in fructibus pendentibus non dicitur habere aliquod ius, nisi postquam eos percepit, glos. in l. cum in plures, §. messem, ff. locati, & l. si apes, §. 1 ff. de furt. Prouthabita ipsorum omnium instantium fructuũ, & flauescentium segetum ratione pluri em-

7 ptus fuit fundus, Costa d. quæst. 109. num. 4. post Bart. sing.94.& alios ibi relatos.

Distinguunt tamen scribentes inter venditorem scientem, vel ignorantem adesse colonum partiarium, vt voluit Iason. in l. cum filio familias num. 181. ff. de leg. 1. quem seq. Thesaur. decis. 56. num. 4. per totum, & Costa de fact. scient. & ignorant. cent. 1. distinct. 68 à num. 8. vsque ad finem, concludentes, quòd si venditor sciebat adesse colonum partiarium, nec ei re-

8 seruauit in venditione portionem colonicam, dicitur eam partem cum fundo alienasse, & propterea ad emptorem eam portionem spectare. Si verò ignorabat censet non alienasse, & consequenter ad colonũ eos spectare; Quam distinctionem reprobat, Ioseph. Ludouic. alleg. decis.83. num. 10. cum seq. Alba recitato cons. 138 num. 7. cum seq. post Caphal. consil. 181. num.16. citatum à Surdo dicta decis.294.nu.7.

Corriguntur enim verò, & isti, per Costam alleg. distinct.68. num.13. cum seq. & per Surd. decis.265. num.27.28.& præsertim num.52. post Thesaur. alleg. decis.56. sub num.4 vers. ex quibus, qui eam distinctionem veram esse tradit; Prout pariter corriguntur, dum sententiam ipsam in venditore requiri, ex Iasonis mente putant, præsertim Ioseph. Ludou. dicta decis.83. & Alba dicto cons. 138. Quoniam scientiam,

9 aut ignorantiam in emptore considerari non in venditore voluerunt, Surd. dicta decis.265. num.27.& 28. ac num.52. Costa vbi supra dicta distinct.68. num. 1. & Peregr. de iure fisci lib.6. tit.4. num. 32. Quamuis circa hoc (eos conciliando) distinguendũ esse putarim, vt scilicet ignorantia, quod prædium esset per colonum

10 cultiuatum requiratur in venditore. Scientia autem, quod esset cultiuatum requiratur in

11 emptore; quia si sciebat, vel scire debebat emptor colonum proprijs expensis cultiuasse prædium. Vtiq; illius portionem colonicam emisse non dicitur. E contra verò si venditor ignorabat adesse colonum illius partem fructuum alienasse non videtur, sed tantum eos fructus, quos præsumitur cum fundo alienasse iuribus supra deductis, & infra deducendis.

Attamen de AEQVITATE portio colonica fructuum debetur colono partiario per emptorem. Vbi venditor non esset rusticus, qui

12 **colere proprijs manibus agros consueuisset, & ex generali consuetudine prædia ad coloniam dari solerent in ipsa Prouincia; Quia tunc** scientia ipsa præsumeretur in emptore, qui idcircò non excusaretur pro fructibus colono spectantibus, vt probat Thesaur. alleg. decis. 56. sub num. 4. vers. ex quibus cum seq. Costa memor. distinct. 68 num. 17.

Quam sententiam omninò amplectendam esse censeo, vti naturali AEQVITATI propinquam; Tum, quia pars colonica fructuum præstatur loco operis, laboris, & sumptuum

13 factorum in percipien. fructibus, l. 1. vbi Bart. C. de fruct. & lit. expen. Adeò, vt in eis quæ-

14 dam tacita hypotheca censeatur inducta, arg. l. interdũ, & l. seq. ff. qui pot. in pign. habeantur, & l. 1. C. quibus mod. pign. vel hypoth. tacitè contrah. Quo fit, vt ratione dictæ tacitæ hypothecæ non possit expelli colonus à percep-

15 tione fructuũ, Alexan. in d. l. si filio famil. §. fin. col. 2. ff. solut. matr. Abb in cap. 1. num. 3. de restit. in integrum, vbi dicit pro sumptibus, & labore circa rem aliquam dari eiusdem rei re-

16 tentionem, Cagnol. in l. 2. num. 220. cum seq. C. de pact. inter emptor. & vendit. Osasch. dicta decis. 82. num. 8. & 9. quem sequitur Thesau. alleg. decis. 56 sub num 4 vers. ex quibus; Tum

17 quia colonus in fructibus portionis colonicæ habetur loco socij, Bald. in l. si merces, §. qui fundum, & §. cui maior, ff. locati, & in l. idemq; §. 4. ff. pro socio, Osasch. dicta decis. 82. nu. 5. & Costa dicta distinct. 68. num. 14. Tùm, quia actio, quam competere colono aduersus locatorem dictum est, inanis fortassis esse pos-

18 set, vbi alia bona non possideret locator; itaut cũ coloni iactura locupletaretur emptor contrà, l. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. vt considerat Osasch. alleg. decis. 82. sub num. 9. vers. non obstat, quem sequitur Thesaur. dicta decis. 56. vers. ex quibus in fine, & sic erronea

19 deregitur ratio deducta, per Alb. memor. cõs. 138. num. 6. quod scilicet: nullum damnum pati possit colonus.

Præterquod melius est pignori incumbere,

20 quam in personam agere, Osasch. vbi supra num. 10. Tum denique, quia venditor censetur

21 vendidisse tantum ius suum, non ius coloni, l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. l. si domus, §. fin. de leg. 1. Vnde si malefidei possessor, po-

22 test deducere impensas factas gratia fructuum quærendorum, l. fructus, vbi per Ias. ff. de solut. matrim. Menoch. de recuper. possess. remed. 16.

23 num. 575. Multò magis eas deducere valet colonus, vt probat Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 4. num. 32. qui concludit portionem colonicam semper deberi colono ab emptore. Nisi quan-

24 do ipse venditor impensa sua fundum coluisset, Castr. in l. si filius, §. cum fundum, ff. de verb. oblig. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 16. num. 45. Quippè è contra licet venditor expresse reseruasset portionem colonicam fru-

25 ctuum colono spectantium; Vbi tamen bona ipsa manu propria coluisset nullos fructus prætendere posset, vt probat Ang. in l. fin. vendit.

ff. commun. præd, vbi Castr. num. 5. Alexan. cons. 28. num. 9. lib. 1. quos sequitur Surd. alleg. decis. 294. sub num. 8. in fine.

Et ex his sublata dicuntur in contrarium
26 adducta cum ea procedere videantur, tùm de rigore iuris, tum vbi bona ad coloniam tradi communiter non solent, tum specialiter in legatis fauore legatarij, & absque præiuditio coloni, qui aduersus hæredem agere valet; Nec eo in casu considerari potest, actio innanis, cũ hæres soluendo esse debeat, vbi legata absq; falcidiæ detractione admittuntur vulgatis iuribus.

Quia vero agitur, hic de fructibus, qui semel in anno percipiuntur, vt sunt frumenta, vina, olea, & similia, vt docet Franch. decis. 79. nu. 1. Quando vero singulis diebus anni sunt in fructu, & percipiuntur, vt sunt pensiones domorum, tabernarum, molendini, horti, pecuniæ
27 censuales, & similia; Tunc fit diuisio inter emptorem, & venditorem pro rata temporis ex Magistrali decisione Salic. in l. Iulianus §. si fructibus ff. de action. empt. Didac. var. resol. lib. 1. cap. 15. vers. sed supposito, Peregr. de fideicom. art. 49. n. 99. & seq. Costa de port. ratæ q. qu. 109. n. 11. id quod de AEQVITATE procedere affirmat Alba alleg. cons. 138. sub nu. 5.
28 Et ita per Sacrum Concil. Neapol. fuisse iudicatum testatur Franch. recit. Decis. 29. num. 2. cum seq., Etiamsi pensiones, domorum, & tabernarum ex consuetudine, vel ex cõuentione
29 soluerentur in principio, vel in fine anni, ea ratione, quia commoditas singulis diebus per-
30 cipitur, & consequenter etiam pensio sic tepartiri debet Bald. in l. fil. fam. §. apud Marcell. ff. de leg. 1.

Prout è contra locatis certa pensione bonis in quibus semel in anno percipiuntur fructus, licet pensio diuersis terminis intra annum sit soluẽda, N hilominus regulari debet ad instar
31 fructuum, pro quibus soluitur Salic. supra cita. in d. l. Iulianus Franch. vbi supra nu. 3. & 4. Costa de port. ratæ qu. 109. nu. 9.

SVMMARIA.

1 *Colonus expelli potest à colonia per nouum Dominum, etiamsi expensas fecit eo anno.*
2 *Contrarium verius.*
3 *Quia nihil est, quod ei possit imputari.*
3 *Colonus siue conductor, qui defecit in minimo, videlicet in vno nummo, non potest expelli à conductore, siuè colonia.*
4 *Metere debet, qui seminauit.*
5 *Decretum Curiæ Delfinalis.*
6 *Non procederet conclusio, vbi, locatio esset innalida, idest si f. lla fuisset colono per non Dominum.*
7 *Decretum Senatus Mantuani.*
8 *Ampliatur conclusio non solum fauore coloni, sed etiã succe ssoris.*
Colonus tenetur etiam inuitus volente successore, perseuerare in colonia nu. 9. & 11.
10 *Quod tibi non vis fieri alteri, ne feceris.*

Colonus partiarius qui soluit, & laborauit, ac omnia expleuit, ad quæ tenebatur, non potest pro eo anno à colonia expelli per nouum dominum. Cap. XLIII.



Lludetiã controuertitur in materia coloni partiarij, An per nouum Dominum possit expelli colonus pendente anno, quo prædium coluit, & necessarios sumptus circa illius culturam fecit; Q ia in re conclusio in præcedenti capitulo firmata punctum decidere videtur, Attamen cum per l. emptorem C. locati, Emptor nõ teneatur stare locationi, dicẽdum est posse colo-
1 numeratiam expelli, non obstantibus sumptibus factis circa culturam bonorum, vt probarunt Scribentes in l. diuortio §. si vir in. quinquennium ff. sol. matrim. Guido Papa qu. 480. Gut. Iun. cons. 10. n. 2. Rol. cons. 40. vol. 2. Alba cons. 108. & latiss. Cephal. cons. 254. nu. 7. cum sequ. plur. vbi distinguit de success. necessaria via iudiciali, idest per sententiam, & de successione voluntaria, & cons. sequ.

De AEQVITATE tamẽ cõtrarium conclu-
2 dendum est, viz. non posse expelli colonum à nouo Domino, eo anno, quo bona coluit, ac alias expensas fecit pro collectione fructuum, quia nil est, quod imputari possit colono, vt decidit Bal. in d. l. emptorem. sub nu. 7. per l. colonus ff de vi, & vi armata.

Ex quo enim seminauit, metere debet prout
4 facit l. idem. ff. pro socio, Idem procederet, si colonus, aut conductor defecisset in minimo, vz. in vno nummo, quia tunc de AEQVITATE non posset expelli pro vno nummo non soluto l. quamuis ff. de condit., & demonstr. Redou. de rebus Eccl. non alien. qu. 7. nu. 19. fol. mihi 649.

Conclusionem ipsam comprobat Francisc. March. decis. 196. sub num. 9. circa medium, vbi tradit Curiã Delphinalẽ ex quadam AEQVI-
5 TATE, vt obuiaretur fraudibus, & subditorũ indemnitati consuleretur, ordinauit non posse expelli colonum pro eo anno, quo coluit, à successore in beneficio, quod magis est; Idem probat Caualc. decis. 44. nu. 16. & 23. par. 1. post Ossasch. decis. 82. num. 4. Quod etiam admittit Surd. decis. 40. nu. 1. cum duobus sequ.

Quamuis vbi locatio esset innalida, tanquã facta à non Domino, Contrarium affirmãdum
6 est, vt iudicasse Senatum Mantuanum testatur Surd. loco relato, eo quia post inchoatum iu-
7 ditium subhastationis bonorum à debitore, cõduxerat eò in casu colonus bona pignorata, & consequenter ab eo, cui intercedeta erat bonorum

norum administratio.
Quæ conclusio procedir non solum fauore
conductoris, siue coloni, sed eriam fauore suc-
8 cessoris, vbi colonus, aur cōductor nollet per-
seuerare in conductione, sed ab ea recedere.
Ex eadem enim AEQVITATE tenetur colo-
nus pro eo anno perseuerare in Colonia, vt
9 probat Francis. March. decis. 102. in fine par. 1.,
quem sequitur Caualc. d. decis. 44. nu. 13. in fine
& nu. 14.
Aequalitas enim in omni re est seruanda, &
quod tibi non vis fieri alteri ne feceris §. iuris
10 præcepra Inst. de iustitia, & iure l. nihil ram
naturale ff. de reg. iur. Quemadmodum enim
Colonus perseuerare potest anno durante in
11 locatione inuiro successore, Ira cogi porest
volente eodem successore; Cum contrariorum
eadem sit disciplina iur. vulgarib.

S V M M A R I A.

1 Creditore inuito aliud per alio, solui non potest.
Contrarium num. 6., & 9. Vigore No: Const. tit. de bonis insolutum dandis.
2 Inuitus nemo cogitur vendere, aut emere.
6 Contrarium in certis casibus.
3 Datio in solutum habet vim emptionis, & venditionis.
Debitores qui non erant soluendo tradebantur creditoribus dilaniandi ex lege xij. tabularum.
5 Calicutanum lex dura contra debitores.
7 Auth. hoc nisi cōtinet meram humanitatem, & charitatem.
8 Ad impossibile quem minimè cogi, aequum est.
10 Creditor non potest eligere bona meliora, sed mediocria Iudicis arbitrio.
11 Contrarium Seruatur in Ciuitate Mediolani.
12 Inconueniens est vt creditor lucretur tertiam partem iusti pretij. & habeat electionem.
13 Vnicum incommodum sentire debere debitorem statuit Auth. hoc nisi.
14 Præsertim si creditum peruenit ex causa lucratiui.
15 Res mediocris, non melioris conditionis datur in solutum creditori fauore Ecclesiæ.
16 Emptor non dicitur inueniri, si iustum pretium non offert.
17 Debitor, qui tot bona creditori in solutum dare prætendit, primo bona mobilia offerre tenetur.
18 Debitor si mobilia non habet debet hoc probare.
19 Casus qui excipiuntur à No. Const. de bonis in solutū dandis.
20 Constitutio Mediolani de bonis in solutum dandis.
21 Ficta ordinaria continentur in exceptis à Constit.
22 Annui census excluduntur ab ipsa Constitutione.
23 Decretum Senatus in ea materia.
Pretium rei venditæ de quo in ipsis Constitutionibus continet etiam pretium rei mobilis nu. 24., Decretum Senatus nu. 25.
26 Nicolai Laizaldi Senatoris, & Præsidis honorifica mentio.
27 Depositum quando dicatur verum, & reale.
28 Depositi natura est, vt idem corpus numerum inde posito datorum restituatur.
31 Oblatio dandi bona insolutum non tollit facultatem creditori iurandi in litem pro eius damnis, & interesse.
32 Debitor qui negauit debitum non admittitur ad beneficium dandi bona insolutum.
33 Lex generaliter, loquens generaliter intelligenda est.
34 Beneficium Constitutionum pro redemptione bonorum non habet locum, vbi bona vendita sint ex causa onerum.
35 Onerum solutio non est differenda in damnum Principis.
36 No. Const. non habent locum in hæreditate cum beneficio inuent.
37 Bona dantur insolutum pro vera æstimatione, vbi agitur de hærede cum beneficio inuentarij.
38 Excipiuntur aliquot casus ab ipso beneficio inuentarij.
39 Constitutio non habet locum circa possidentem bona debitoris sibi hypotecata.
40 Actio personalis non transit contra singularē successorem.
41 Constitut. prædictis non potest renunciari, quamuis renunciari possit beneficio Auth. hoc nisi.

Debitor pecuniæ dare potest tot bona in solutum creditori. Cap. XXXXIV.


Nuito creditore aliud ꝑ alio solui
1 non posse haberur in l. cum à quo,
& l. manifesti, & l. cum marirum
C. de solut. iuncta l. 2. §. mutui ff.
si certum petatur Bart. in l. mutuū
§ mutui datio nu. 2. 20. & 21. ff. eod. sicur ne-
2 mo etiam Inuitus cogitur emere, vel vendere
l. nec emere C. de iur. delib.
Ideo cum datio in solurum habeat vim em-
3 ptionis, & venditionis l. si prædium C. de
euictionibus, & l. eleganter vbi gloss. ff. de pi-
gnor act. Soc. Iun. cons. 47. nu. 9. lib. 2. inui-
tus non renetur creditor accipere bona in so-
lutum; Vnde antiquitas ex dispositione l. duo-
decim tabularum, debitores qui soluendo
4 non erāt tradebantur creditoribus dilanian-
di, vt refert Coaruu. lib. 2. var. resol. cap. 1. &
post eum Asin. de except. §. 2. cap. 2. cum seq.
Menoch. de arbitr. casu 183. nu. 2. cui legi si-
milis viderur ea quæ viget apud calicutanos,
vt scribit Ludou. Patricius Dominus in itine-
rario, rerum Indiæ lib. 1. cap. 9. relatus per
Thesaur. decis. 153. nu. 2. vbi enim creditor fa-
5 cta fide apud Principem Sacerdotum de suo
credito, accipit ab eo frondem quandam viri-
dem, & vocato debitore, circulum facit in ter-
ra, à quo circulo inclusus debitor, exire non
audet, datur enim tunc statim dilaniandus, nō
solum creditoribus, sed, & alijs quibuscunq;

tanquam Reipub. hostis, Propterea aut soluit, aut illic famæ perire ab omnibus exosus.

DE AEQVITATE tamen admittitur de-
6 bitor ad dandum creditori tot bona in solutum, vt euitetur iuris veteris acerbitas, & rigor, ita statuit Imperator Iustinianus in Auth. hoc nisi C. de solut. & §. quod autem in Auth. de fideiuss. quas leges continere meram hu-
7 manitatem, & charitatem post alios cumulatissimè tradit Costa remed. subsid. 3. in princ. cum per eas temperetur iuris rigor Surd. decis. 30. nu. 10. Laurent. decis. Auenion. 132. dū tradit sub nu. 3. vers. immo dicit. Aequum &
8 rationabile esse, ne quis cogatur ad impossibile cap. impossibilium de reg. iur. Qua AEQVITATE insp. & ta idem in hoc Domi-
9 nio Mediol. prouisum fuit per Nou. Const. in tit. de bonis in solutum dand. §. molest.

Et quamuis bonorum oblatorum electio sit creditoris, Is tamen non potest elligere
10 meliora, sed mediocria Iudicis arbitrio, vt probat Bart. in l. quoties. nu. 2. ff. de optio legat. Magon. decis. Lucens. 16. nu. 14. copiosè Ludou. Rotæ Perus. decis. 65. nu. 6. cum seq. plur. p. r. 2. Qui distinguendo casus contraria tollit, & mirificè hanc sententiam comprobat Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus Ampliat. 11. sub nu. 13. C. de inoff. testam. quos sequitur Caualc. decis. 34. nu. 23. par. 1. Et tract. de rut. nu. 250. Bursa. consf. 84. nu. 11. cum seq. plenè Caroc. tract. de oblat. par. 2. quæst. 10.
11 nu. 81. quamuis contrarium obseruare vid. in foro huius Mediol. Ciuitatis, & sanè per corruptelam potiusquam quod iuri, id conueniat.

Præsertim, quia cum ex d. Nou. Constit. dispositione deducatur tertia pars iusti pretij, quando quis cogitur accipere tot bona in solutum; inconueniens valdè esset quòd debitor
12 amittat tertiam partem iusti pretij fauore creditoris, & quod electio etiam spectet ad ipsum creditorem in damnum debitoris, cum
13 duplici incommodo afficeretur debitor, licet vnicum sufficere pro creditoris satisfactione
14 disponat ipsa Authen. hoc nisi maximè quando creditum prouenit ex causa lucratiua, videlicet donationis, vel legati, de qua materia latè Gracian. lib. 2. discept. forens. cap. 116. num. 12.

Prout fauore Ecclesiæ vel piæ causæ res mediocris, non melioris qualitatis dari insolutū
15 creditori statuit Imperator in Auth. hoc ius in fin. C. de Sacros. Eccles. Costa remed. subsid. 3. nu. 5. quando non inuenitur emptor. qui in-
16 ueniri non dicitur si iustum pretium nō offert l. 2. vbi Bald. C. si in causam Iudic. pign. cap. sinr Afflic. decis. 358. nu. 6. Franch. decis. 81. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. par. 5. §. 17. num. 24. fol. mihi 575. quem sequitur Costa d. remed. 3 nu. 3.

In primis autem mobilia tradere tenetur
17 debitor creditori vt ea in solutum accipiat secundum Natram consf. 349. nu. 6. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 163. nu. 21. lib. 1. vel sal-
18 tem probare debet debitor quod aliqua mobilia non habet Rom. consf. 163. nu. 4. quem sequitur Carpan. d. loco nu. 22.

Et quia nonnullos debitores ibi in fine ex-
19 cipit Constit. qui bona in solutum dare non admittunt vz. debitores ficti simplicis, vel libellarij, Pensionis & crediti, siue subuentionis massaritiæ expensarum litis, mercedis, depositi veri, & realis, Pretij rei vēditæ, onerum, datiorū mercimonij, litterarum cambij, rea-
20 lis fideiussionis, & redemptionis captiuorum Ad ipsius Constit. declarationem infrascripta subijciuntur & primo in ea comprehendun-
21 tur ficti ordinaria, quæ sub nomine ficti simplicis continerētur iuxta Salic. in l. eos in fine C. de execut. rei Iud. de quo Tortus ad Stat. Pap. 48. in ciuil. n. 126. & annui cēsus ad form.
22 Bullæ Pij Quinti constituti, pro quibus bona in solutum dari nequeunt; Quia cum census constituti fuerint habita ratione fructuum, qui percipiuntur ex re subiecta solutioni census,
23 bona in solutum dari non possunt, vt declarauit Excellentissimus Senatus die 14. Iunij 1606. pomeridianis horis, referente Amplissimo Senatore, eruditissimoq; I. C. D. Papirio Cattaneo.

Sub pretio autem rei venditæ intelligitur
24 etiam precium rei mobilis præsertim iocaliū, & similium, vt fuore Comitis Rouidij contra D. Ioannem Veronam censuit Senatus die 29. Ianuarij, currentis anni 1624. referente Am-
25 plissimo D. Senatore Nicolao Leijzaldo viro
26 humanissimo, & Hispaniæ nationis splendidissimo lumine, & nunc Illustrissimo Præside Magistratus Extraord. Redd.

Præterea si pecunia deposita fuit non in sacculo signato sed numerata sub conditione, vt depositarius posset, ea vti, & tantundem teneretur restituere, non diceretur tunc depositū verum, & reale de quo loquitur Constitutio
27 ipsa, & consequi entæ in eo locū non haberet Constitutio, vt latè probat Plot. in l si quando nu. 421. & 429. cum seq. C. de in litem iurando, vbi multa de deposito tradit quia tunc
28 egredi diceretur terminos depositi, cuius natura est, vt idem corpus numero in depositum datum restituatur, & sic non esset
29 verum, & reale depositum, de quo loquuntur Costa l. Lucius ff. depositi Decius in l. certi vendit. § fin. col. 2. vers. & licet ff. si cert. pet.
30 Idem etiam concludendum esse scribit Plot. dicto loco nu. 431. vbi depositum esset confessum, nec appareret de vera, ac actuali pecuniæ consignatione, quia tunc diceretur confessio depositi, non reale depositum l. penul. C. depositi, Quemadmodum idem Plot. nu. 482. scribit quod per oblationem factam à
31 debitore ad formam dictarum Nou. Constit. non tollitur quin creditor possit iurare in litem

tem contra debitorem pro eius damnis, & expensis, ac interesse etiam extrinseco.

Insuper debitorem, qui negauit debitum
32 non posse dare tnc bona insolutum creditori
voluit Alba cons. 162. nu. 10. & 13. id quod iure communi inspecto fortasſis procederet,
Non autem memoratarum Nou. Constit. vir-
33 tute, quæ cum generaliter loquãtur generaliter etiam intelligendæ sunt vulg. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præstandis.

Cæterum cum constitutiones ipsæ in prima parte disponant, quòd facta subhastatione bonorum, ijsq. creditori, vel alij adiudicatis, teneatur Iudex alienationem reducere ad duas ex trib. partibus veræ, extimationis bonorum ad vtilitatem debitoris, & amplius saluum sit ius debitori, & bona, eodem pretio intra annum redimẽdi, Aduerten. est quod dis-
34 positio ipsa locum non habet in bonis in solutum dandis pro oneribus, vt tradit Bart. in l. ordo col. 2. vbi Bald. C. de execut. rei iudic. & ità mentis fuisse Senatus, scriptum habeo manu Amplisſimi Senatoris Brugoræ ad meas Constit. in d. tit. §. 1. in fine quã sanè conclusionẽ publicæ vtilitati, & ipsi AEQVITATI
35 ad modum conuenire arbitror ne onerum solutio in Principis damnum differatur, & difficilior reddatur.

Nec omittendum est dictam Constit. pariter non procedere in hærede, cum beneficio
36 legis, & inuentarij. Tùm quia propriè non potest ipse dici debitor, sed debitoris hæres, Tum quia stante inuentario non tenetur ipse, neq; ad pecuniam numeratam, neq; vendere bona, & se de euictione obligare, quia bona
37 eo casu dantur in solutum pro vera æstimatione tex. in l. fin. § & si præfatam. & ibi Iason. vers. quarto vtilitas C. de iur. de lib. Rol. de inuent. fol. 86. Socin. sen cons 120. nu. 18. lib. 1. Monticula tract. de inuent. diuers. quæst. 234. nu. 109. in fine vbi tradit inuentarium tribuere
38 hoc beneficium hæredi, vt cito se exonerare, à qua tamen conclusione nu. seq. aliquos excipit casus, vt ibi videre est, eandem conclusionem in terminis huius constit. probat Plot. in d. l. si quando nu. 490. vbi in fine tradit Constitutionem ipsam minimè etiam procedere
39 contra tertium bonorum posſesſorem posſidentem bona debitoris, & hypotecata ipsi creditori, tum quia propriè non dicitur debitor glos. in verbo debetur Inst. de act. in princip. & ibi Ias. nu. 98. tum quia actio personalis, &
40 via executiua non transit in singularem successorem tex. in l. 1. §. si hæres vbi scrib. ff. ad Trebell.

Denique illud etiam intelligi debet, quod harum Constitutionum beneficio renunciari non potest, vt ibi disponitur §. huic sanctioni; Quamuis benefitio iuris communis idest d. Auth. hoc nisi. cum iuramento renunciari posse statuit Concil. Neapol. teste Franco decis. 81. per totam præsertim num. 8. &c.

SVMMARIA.

1 *Nouæ Constitutiones tit. de bonis in solutum dandis declarantur.*

2 *No. Constit. dispositio in d. tit. de bonis in solutum dandis fundata dicitur in mera AEQVITATE num. 25.*

3 *Fructus bonorum in solutum datorum etiam pro parte postea restituta, tanquam excedentes creditum post factam reductionem ad duas ex tribus partibus spectant ad creditorem, tanquam ad verum Dominum.*

Contrarium verius de AEQVITATE n. 6. 8. et 45.

4 *Causa non dicitur reducta ad non causam facta reductione ad duas ex tribus partibus veræ extimationis.*

5 *Restitutio bonorum in solutum datorum. vigore reductionis ad duas ex tribus partibus non habet oculos retro.*

Fructus tanquam accessorij ad bona, sequi debent naturam principalis nu. 7. & 17. ac nu. 18. & 95.

Fructus pretiosorem fundum faciunt in venditione nu. 9 & nu. 60.

Locupletarè, cum aliena iactura quis non debet nu. 10. & nu. 19.

Creditor qui bona posſidet, dicitur in mora constitutus eo ipso quod petita fuit reductio ad duas ex tribus partibus veræ existimationis per debitorem nu. 11. & 24.

12 *Mala fides operatur vt fructuũ restitutio debeatur.*

13 *Decretum Senatus Mediolani in ea materia.*

14 *Sententia retrotrahitur ad diem petitionis.*

15 *Fructus spectant ad creditorem qui bona fide posſidet.*

16 *Fructus repetuntur, si insolutum datio nulliter fuit facta, & resoluta nu. 45. 47. & 48.*

20 *Fructus ad ratam temporis debentur debitori si de his nulla habita fuit ratio in insolutum datione.*

21 *Emptor tenetur ad restitutionem fructuum ad ratam pretij non soluti, & perceptorum antè pretij declarationem.*

22 *Condemnatus ad restitutionem rei petita in libello, tenetur etiam ad restitutionem fructuum perceptorum post litem motam etiamsi nõ fuerint petiti.*

23 *Et etiamsi reus esset in bona fide.*

26 *Fructus siuè pensiones maturata ante insolutum dationem, & percepta à creditore sunt restituẽda.*

27 *Fructus pendentes dicuntur pars integralis respectu siuè hypotetica ipsius fundi.*

28 *Adiudicatio bonorum facta à Iudice similis est emptioni, & venditioni.*

29 *Fructus suos facit obtinens bona auctoritate Iudicis.*

30 *Causa dicitur reducta ad non causam si nulla declarata fuit datio in solutum, siuè contractus resilsus.*

31 *Reductio ad duas ex tribus partibus operari dicitur vt nunc, & non respicit retrò, nisi declaretur contractus nullus.*

Contrarium num. 44.

32 *Datio insolutum facta pro maiori debito, corruit in totum, & est nulla.*

33 De-

33 Debitoris contumacia est non soluentis termino sibi statuto.
34 Emptor cum pacto redimendi lucratur fructus.
35 AEQVITAS suadet, nequis cum iactura alterius locupletetur.
36 Contumacia debitoris veri non potest considerari si in termino sibi statuto ad soluendum, obtulit dare sua bona insolutum.
37 Fructus dicuntur pars fundi.
38 Possessionem vtranq; acquirit ingrediens, si ritè, & rectè processum sit per Iudicem.
39 Factum Iudicis dicitur factum partis.
40 Actor qui Iudicis spoliatis de facto sententia vtitur, dicitur in lata culpa constitutus, & de violentia tenetur.
41 Iudicis auctoritas iniustè, siuè inordinatè non seruata forma statuti procedentis non excusat à perceptione fructuum.
42 Appellatione interposita à grauaminibus per Iudicem illatis fructus non consequitur creditor.
43 Appellatione interposita innouata reuocanda sunt in vim attentatorum.
44 Reductio retrotrahitur ad diem petitionis facta corā Iudice.
46 Venditio pendente reductione ad duas ex tribus partibus vera æstimationis suspensa interim remanere videtur.
Causa dicitur redijsse ad non causam quo ad partem rei per reductionem ad duas ex tribus restituta nu. 45. & nu. 54.
Datio insolutum resoluitur per oblationem factam à secundo creditore ipso primo creditori, & res reducitur ad primos terminos, secundum quos debebitur pretium cum vsuris. & primus creditor tenetur restituere bona cum fructibus nu. 48. & 49.
Mala in fide dicitur creditor post petitam reductionē à debitore, & tenetur ad fructuum restitutionem nu. 50. & 51.
52 Malæ fidei possessor non facit fructus suos.
53 Dispositio l. 2. C. de rescind. vendit. locum etiam habet in venditione iudiciali.
54 Reductio ad duas ex tribus partibus habet vim rescissionis nu. 57.
55 Læsio enormissima continet præsumptum dolum.
56 Lucrum ex dolo quis consequi non debet.
Datio insolutum, siue immissio in possessionem sustinetur pro parte iusti crediti si pro maiore pereme fuit facta nu. 58. & 59.
60 Fructus de proximo colligendi reseruati dicuntur venditori si nulla fuit de his habita ratio in venditione.
Datio insolutum etiam iudicialis, nulla dicitur, quādo meliores, & pretiosiores res tantum continet nu. 61. & 64.
62 Datio insolutum nulla censenda est, vbi contineat nedum meliores res, sed etiam omnia bona pro modica summa.
63 Quod nullum est nullum parere potest effectum.
65 Pretij vilitas sufficit ad probandam malam fidem possidentis.
65 Exemplum vilitatis pretij, & læsionis enormissimæ.
66 Subhastatio bonorum debitoris nulla dicitur, quando ad eam fuit deuentum, nulla prauia æstimatione ipsorum bonorum.
67 Possidens qui locupletior factus est ex fructibus in bonis debitoris perceptis, tenetur ad eorum restitutionem.
68 Dispositio legis fortior est quam hominis.
69 Damnorum condemnatio dicitur incerta ante eorum liquidationem.
70 Retentio non datur pro prætensione illiquida, vel incerta, vt damnorum.
71 Immissus in possessionē ex decreto nullo, potest retinere rem donec sibi satisfiat.
72 Retentio conceditur tantum pro eadem causa pro qua ad eum res peruenit, non pro alia.
73 Possidens bona fide cum titulo facit fructus suos.
Vsque ad interpellationem nu. 76. & 77.
Fructus restituuntur à die petitionis, remota bona fide possidentis per interpellationem nu. 74. & 79.
Contestata lite, in mora, constituitur possessor nu. 75. & 78.
80 Possessor post petitionem actoris dicitur potius percipere fructus ex propria mora non restituende, quā negligentia petentis.
81 Fructus differunt ab expensis litis, quia ab istis potest excusari reus ob iustam causam litigandi vsq; ad processus publicationem, ad illorū vero restitutionem tenetur semper saltem à die interpellationis.
82 Mala in fide est is, qui scit a se peti tale quid.
83 Dominium cum mala fide nihil releuat quo ad fructuum requisitionem.
Differentia inter fructus recolectus à die initi cōtractus, & recollectos a die litis contestata nu. 84. & 85.
86 Fructus omnes restituendi sunt, si contractuus reuocatur ex causa de præterito.
87 Supplendo pretium euitatur rescisio contractus.
Beneficio etiam tacitè renuncians non potest vlterius eo gaudere nu. 88. & 89.
90 Supplens pretium in materia læsionis, tenetur etiam ad interesse, siuè vsuras respectu pretij, quod suppletur.
91 Bargalij opinio circa fructuum restitutionem reprobatur.
92 No. Constit. dispositione, non potest suppleri pretium bonorum insolutū datorū reclamante debitore, sed soluto debito in termino promisso bona restituuntur.
93 Sententia intimatio requiritur adhoc vt transeat in iudicatum vigore No. Const.
94 Etiamsi præsens fuerit sententiæ.
96 Renunciatio generalis non comprahendit fructuus ex læsione enormissima debitus.
97 Ordinationes Iudicis sæpè in vim contractuus transeunt.
98 Quæ in faciendo requiruntur, eadem in destruendo necessaria sunt.
99 Sententia notoriè iniqua, nunquam in iudicatum trāsire potest.
100 Iudex qui iuris dictionem superioris assumit reddit actum suum postea factum totaliter nullum, & ideo non

non eſt opus appellatione ab eo.
102 *Deceptus quis remanere non debet ſub clipeo miniſtrorum Iuſtitiæ.*

Facta reductione valoris bonorum ſubhaſtatorum ad duas ex tribus partibus veræ extimationis, fructus recollecti poſt petitam reductionem in bonis à creditore reſtitutis debentur debitori, & ei ſunt reſtituendi.

Cap. XXXXV.

SEquendo eandem materiam dandi
bona in ſolutum, Diſponunt dictæ
No. Conſtit., quod ſi poſt adiudi-
1 cationem bonorum debitor præ-
ſens, & perfectæ ætatis termino
menſis coram Iudice conqueratur nimis vili
pretio alienata eſſe bona, Iudex teneatur alie-
nationem reducere ad duas partes ex tribus
veræ extimationis bonorum ad vtilitatem de-
bitoris, ideſt quòd facta æſtimatione ipſorum
bonorum per Peritum partium confidẽtem, &
aſsignatis creditori tot bonis, cum tertio plu-
ri, quantum capit ſumma debiti, reſsiduum
2 reſtituatur debitori; Quæ ſanè prouiſio in
mera AEQVITATE fundata videtur, vt de ſe
patet, & colligitur ex traditis per Albam in
conſ. 147. num. 12. & per ſolam ad Conſtit. Sa-
baudiæ tit. 39. de forma, & ord. ſent. in ſub-
haſtatione gl. 3. in principio.
Quæritur an fructus ex dictis bonis inte-
rim percepti reſtituendi ſint debitori, vel ad
creditorem poſſeſſorem pertineant, Et pro
3 creditore effecto Domino bonorum ex datio-
ne in ſolutum ſibi facta, facit l. fin. C. de Car-
bon. edicto, Vbi fructus Iudicis auctorita-
te percepti non debeant reſtitui Afflict. de-
4 ciſ. 218. num. 5. Tunc enim cauſa non di-
citur reducta ad non cauſam, & conſe-
quenter fructus non ſunt reſtituendi Ma-
ſtril. deciſ. 29. par. 1. Grat. lib. 1. diſcept. fo-
renſ. cap. 45. & nouiſsimè Ampliſs. Senator
meus Bellonus tract. de his quæ fiunt incont.
cap. 108. nu. 5. Reſtitutioq; ipſa bonorum vi-
5 gore reductionis, ad duas ex tribus partibus
non habet oculos retro, quia alienatio reſcin-
ditur prout ex nunc non vt ex tunc ità probat
Franc. deciſ. 119. nu 19. cum ſeq.
DE AEQVITATE tamen contrarium in
6 praxi obſeruatur, Tùm quia cum fructus ſint
7 acceſſorij ad bona, ſequi debent naturam
principalis, vulg. l. quod per manus ff. de iure
codicill. Adeo vt reſtitutis bonis, fructus etiã
8 cum eis reſtituendi veniunt Gamma deciſ.
96. per totam, Coſta de nott. ratæ quæſt. 136.
nu. 28. Tum quia cum dictorum fructuum nul-
la habita fuerit ratio in ſubhaſtatione ſiue
alienatione, ſed tantum bona ipſa abſq; fruc-
tuum expreſsione alienata ſint, & qui fruc-
tus præcioſiorem fundum feciſſent, ſi de his
9 habita fuiſſet ratio Theſaur. deciſ. 55. in fine
Ioſeph Ludouiſ. deciſ. Peruſ. 79. nu. 17. par. 2.
cum debitoris iactura locupletari diceretur
10 creditor, id quod bona fides non patitur vulg.
iur.
Tùm deniq; quia ſtatim petita deductione
ad duas ex tribus partibus veræ extimationis
11 conſtitutus dicitur in mora creditor, qui bo-
na poſsidet, Idcirco vti in mala fide conſtitu-
12 tus ad fructuum reſtitutionem tenetur l. 1. C.
de petit. hæred. l. ſed ſi lege §. ſin autem ff.
eodem Gamma deciſ. 94 nu. 1. Rebuff. ad Con-
ſtit. Regn. tit. de fruct. & illorum reſtit. gloſſ.
vnica art. 11. nu. 31. cum ſeq. Ceual. commun.
contra commun. quæſt. 763. nu. 49. vbi teſta-
tur ità de AEQVITATE practicari in Reg.
Cancell. Pinciana.
Et ita cenſuit Senatus Excellentiſsimus me
patrocinante pro D. Alphonſo Perſichello
13 contra DD. fratres Picenardos Cremonenſes
die 5. Iunij anni 1624. referente Ampliſsimo
Senatore meo Bellono nemine diſcrepante
poſt exactam excuſsionem, quam plurium du-
biorum in cauſa emerſorum, Et quia non
obſcurè pertractata videtur materia ipſa in
ſolutum dationis, ac reſciſionis contractus
d: qua infra in ſeq. cap. quæ alicuius vtilitatis
eſſe poteſt in foro verſantibus, & dubia exci-
tata in ea cauſa, & reſponſiones hic inſerere
e re eſſe exiſtimaui.

COndemnauit Excellentiſs. Senatus Alfonſum Perſichellum in libr. 39. mill. plus minus erga Equitem Octauium, & fratrem Picenardos, ac in damnis, & intereſſe.

Egerunt Picenardi coram D. Vicario Iuſtitiæ ad conſequutionem dictæ ſummæ, inſteteruntq; bonorum ſubhaſtationem, quo in iudicio Perſichellus obtulit dare tot bona in ſolutum deducta tertia parte veræ æſtimationis, Ad formã Nou. Conſt. tit. de bonis in ſolutum dandis, & non obſtante oblatione D. Vicarius ad ſubhaſtationem proceſsit, & omnia bona Perſichelli valoris libr. ducentum quinquaginta mille pro recitato debito deliberauit ſuppoſitæ perſonæ Picenardorum.

Appellauit Perſichellus, & appellatione huiuſmodi pendente obtinuit præceptum ab Egr. Capitaneo, ne Picenardi bona prædicta ingrederentur, licet ſub prætextu criminalitatis expulſo Perſichello bona ipſa occuparũt Picenardi, omnibuſq; fructibus dictorum bonorum valoris aureorum 1000. in circa potiti ſunt.

Conqueſtus fuit Perſichellus coram Excell.

Senatū de sibi reiecta oblatione dandi de bonis insolutum, & de occupatione omnium eius bonorum facta per Picenardos, & factis per partes mutuis supplicatis censuit Senatus Excellentiss. memoratam subhastationem reduci debere ad duas partes ex tribus veræ æstimationis.

Reducta itaq; fuit subhastatio, assignatis Picenardis pert. 470. in circa pro integro eorū credito dictarum libr. 39000. & Persichello cætera bona fuere relaxata in summa pertica-rum sexcentum vltra annuos redditus, & alios prouentus antea sibi occupatos.

Qua reductione stante & restitutione aliorū bonorum facta Persichello præuijs litteris Excellentiss. Senatus conuenti fuerunt Picenardi cotam Ill. D. Prætore Cremonæ ad restitutionē dictorū fructuū vsurpatorū à die apprehēsionis, vsq; ad diē dationis insolutū, mediāte reductione ad duas ex trib⁹ partibus veræ æstimationis in bonis occupatis, & postea Persichelo restitutis; Vidēres aūt Picenardi dictorū fructuum restitutionem minime me posse euadere, ad differendum negotium, Senat. Excell. adiuerūt per mutuas preces, petēdo declarari fructus non comprehendi in dicta reductione facta, & tribus præcipue fundamentis nitūtur.

Primo quod per subhastationem, & venditionem fructus suos fecerint; Secundo verò quod tempore factę per Senatum Excellentiss. declarationis reducendi s. ad duas partes, ex tribus, nulla sit facta mentio fructuum, & Tertio, quod fructus pro damnis, & interesse pro quotum liquidatione pendet iuditium coram Ill. D. Senatore Vignato valeant retinere.

Verùm hęc minimè obstare credit Persichellus, nam quod attinet ad subhastationem, illā omninò nullam fuisse constat, cum obstaret oblatio dandi de bonis insolutum, & appellatio interposita, quæ impedimentum præstitit,

14 ne Picenardi fructus lucrarentur, & tanto magis cum reductio facta sit ad duas partes ex tribus, vt propterea abindè supra saltem res sit clarissima Picenardos titulo caruisse, nec potuisse fructus suos facere, quia, vt omnibus notum est sententia ad diem petitionis retrotrahitur, quo tempore Picenardi fructus nō collegerant, l. post acceptum, ff. de rei vindic. Bal. cons. 374. nu. 2. lib. 3. quem sequitur Costa de retrotract. cap. 8. cas. 7. nu. 4.

Nec resistit quod tradit Gluſ. tit. de bo. in solutum dādis nu. 323. fructus scilicet spectare

15 ad creditorem qui bona fide possedit, Quia locum non habere patet hoc in casu, in quo abfuit bona fides DD. Picenardorum stante oblatione facta per D. Persichellum de dando tot bona in solutum, & appellatione interposita ob non admissam dictam oblationem per D. Vicarium.

Immo ea doctrina potius conferre videtur,

16 dum sequitur quod ex inutili insolutum datione nulliter facta, & resoluta, fructus etiam repetentur l. prædictam C. de sent. id quod melius explicat Gluſ. nu. 327.

Neq; pariter obstare potest, quod in reductione non sit facta mentio fructuum, quia per hanc ommissionem Picenardi fructus lucrari non valent cum de necessitate requireretur dominium, quod nunquam in eos præmissis stantibus fuit translatum, Præterquam quod fructus accessorij sunt, & sicuti bona exceden-

17 tia duas partes ex tribus relaxata fuerunt, ita etiam fructus eadem ratione debent Persichello restitui.

Quemadmodum enim indebitè occuparunt reliquam partem bonorum nō obstante oblatione facta dandi insolutum tot bona ad formam Const. ad quotum bonorum restitutionē fuerunt coacti Picenardi. Ita indebite occupasse pariter eorundem bonorum fructus dicendum est, cum accessorium sequatur naturā

18 principalis vul. l. quod per manus ff. de iure codicillorū, & in terminis fructuū tradit Gām. decis. 96. per totum quem sequitur Costa de port. ratæ quæst. 136. nu. 18.

Tanto magis, cum ex bonis insolutum habitis integrum eorum creditum obtinuerint Picenardi, nulla facta compensatione dictorum fructuum perceptorum, quorum valorem in tanta summa propterea consequi dicerētur cū Persichelli maxima iactura contra vul. l. nā hoc natura, ff. de reg. iur., In æstimatione enim facta de dictis bonis insolutum datis Picenardis habita fuit ratio tantummodò nudæ proprietatis, non autem dictorum fructuum, qui iam longè antea fuerant percepti, & exacti per Pi-

19 cenardos; Cùm autem certum sit fructus pendentes reddere fundum pretiosiorē Thesaur. decis. 55. in fine, Ioseph Ludo. decis. peruſ. 79. num. 17. part. 2. nulla habita consideratione dictorum fructum, eo minori pretio æstimata fuisse constat memorata bona.

Neq; demùm considerationis est, quod loco interesse valeant fructus retinere, quia si agimus de interesse curso pro tempore præterito ab illius liquidatione pendet appellatio, clarumque est quod appellatione pendente sententia exequi non potest, nec ideo Picenardi sub hoc prætextu fructus retinere valent. Si verò pro tempore futuro, interesse cessat, quia Picenardi possident bona eis insolutum data, & fructibus gaudent. Si demùm habita ratione medij temporis viz. à die apprehensionis bonorum, vsq; ad diem insolutum dationis, Iam illud consequuti sunt Picenardi ex fructibus occupatis, in bonis sibi insolutum datis per Persichellum, qui tantum fructus aliorum bonorum, ei restitutorum, & illam partem fructuum bonorum insolutum datorum, quæ ad ratam temporis totius, anni

20 sibi spectabant, consequi nunc intendit, l. pen. C. de erogat. milit. annone lib. 12. Honded. cons.

conſ. 85.num.19. lib. 2. Anneus Robert. lib. 3.
rerum judicatarum cap.3.verſic. tertia opinio
Siue habita ratione crediti Picenardorum
iuxta l. eurabit C. de action. empt. Alb.conſ.
193. Ad inſtar emptoris, qui fructus percepit
21 ante declarationem pretij, qui tenetur ad re-
ſtitutionem fructuum ad ratam pretij non ſo-
luti. Gab. conſ.57. lib.1. Magon. deciſ. luceuſ.
17.nu.35.Coſta de Por.ratæ quæſt.91.num.pri.
& 2.& quæſt.136.num.17.& 18.

Rurſus ſicuti condemnatus ad reſtitu-
tionem rei peritæ in libello tenetur etiam ad
reſtitutionem fructuum perceptorum poſt li-
22 tem motam, etiamſi non fuerint petiti, vt per
l. ædiles la prima §. item ſciendum ff. de ædil.
ed. Gamma deciſ.319.num. 3. quod procede-
re affirmat Rodericus de annuis reddit. lib.2.
23 qu. 15. nu. 71. etiamſi reus eſſet in bona fide
per l.certum C. de re iudicat. Cum enim ſta-
tim facta apprehenſione bonorum, immo etiã
ante ipſam apprehenſionem reclamauerit Per-
ſichellus,& obtulerit tot bona inſolutum, cõ-
24 ſtitiſſe dicitur in mora Picenardos pro fruc-
tibus aliorum bonorum ſibi expoſt reſtituto-
rum,& pro alijs fructibus ad ratam temporis
ſibi ſpectantibus ita vt ei debeantur etiam Iu-
dic. officio, vt propterea nulla ſubſit difficul-
tas,quin fructus illi Perſichello ſint reſtituẽdi.

Precatur itaq; Perſichellus Excell. Senatũ,
vt dignetur, vel decernere fructus de quibus
agitur eidem eſſe reſtituendos,vel partes vti
debere iurib' ſuis,quod &c. ſaluo &c. Mediol.
die 24. Martij 1624.

Iulius Caſar Caluinus
I.C.C. Dertb.

Motiuum Amplisſimi D. Senatoris Belloni.

ADiudicatis bonis Perſichelli per ſubha-
ſtationẽ fratribus Picenardis, & poſtea
conquerente Perſichello, facta reductione ad
duas partes ex tribus iuxta formas Nou.Con-
ſtit. in tit. de bonis inſolutum dandis, cui
25 Aequum ſit fieri,hanc reductionem Alb. conſ.
24. nu.12. ſol. ad conſtit. Sabaud. tit. 39. de
forma, & ordine ſeru. in ſubhaſt. gloſſ. 3. in
princ. orta eſt quæſtio ad quemnam pertineãt
fructus percepti per Picenardos à die ſubha-
ſtationis vſq; ad diem reductionis ipſius alie-
nationis, fructus nimirum percepti ex bonis
poſtea Perſichello reſtitutis.

Sic poteſt diſtingui, Aut agitur de fructibus
ſiue penſionibus perceptis à Picenardis, quæ
maturæ erant annis præcedentibus ſubhaſta-
tionem aut fructibus anni, quo ſecuta eſt
26 ſubhaſtatio, Primo caſu res caret difficultate,
illi enim ſunt reſtituendi Perſichello, vt ipſe
iure contendit in motuis precibus. Altero ca-
ſu,aut fructus erant ſeparati à ſolo, & pariter
erunt Perſichelli, & inter illius bona connu-
merandi, & ideo in facienda reductione alie-
nationi ad duas partes ex tribus, eorum eſt
habenda ratio, ſi cum alijs bonis fuerunt
27 ſubhaſtati; Aut fructus erant pendentes,
qui dicuntur pars integralis reſpectiua, ſiue
hypothetica ipſius fundi Couar. quem citaui
lib. 2. de poteſt. eorum &c. cap.40.

Et videtur dicendum huiuſmodi fructus
collectos pertinere ad ipſos Picenardos, neq;
eſſe reſtituendos pro rata bonorum reſtituto-
rum. Etenim fructus ſpectant ad dominum,
& per ſubhaſtationem, & adiudicationem
factam à Iudice, quæ ſimilis eſt emptioni, &
28 venditioni Alb. conſ.408.nu.8.conſ.469.num.
20.Surd. deciſ.288. nu.47.deciſ.248.nu.3.tran-
29 ſlatum fuit dominium in dictos Picenardos,
& multo magis Picenardi facient fructus ſuos
cum obtinuerint bona Perſichelli auctorita-
te Iudicis Afflict. deciſ.218. in fine.

Neq; obſtat quod auctoritate Senatus ſub-
haſtatio reducta ſit ad formam Nou. Conſtit.
ad duas partes ex tribus veræ æſtimationis
bonorum,nam antequam ſit facta reductio po-
tuerunt percipi fructus ex ſubhaſtatione, ti-
tulo habili ad tranſlationem dominij, & per-
ceptionis fructuum, & cauſa non eſt reducta
ad non cauſam, riteq; & legitimè proceſsit
30 ſubhaſtatio,neq; declarata eſt nulla. Faciunt
tradita per me lib. 2. de poteſt. eorum, quæ
fiunt &c. cap. 108. nu.5.Gam. deciſ.94. Leſſ. de
iuſt. Et iure lib. 2. cap. 21. dub. 15. num. 122.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2.
par.5. num.9. & clauſ.5.gloſ.8. par.4.nu.55. re-
ductio enim operatur, vt nunc,& non reſpicit
31 retro, niſi declaretur contractus, & datio in-
ſolutum nulla Magon.deciſ.florent.120. Surd.
deciſ. 45. & ſeq. in princ.

Non obſtat quod datio inſolutum facta
pro maiori debito in totum corruat, & nulla
32 ſit,& ideo fructus debeant reſtitui,Surd.dicta
deciſ.45. & 46. Menoch. de retin. rem. 1. num.
16. in princ. Quia reſpondetur hoc caſu non
eſſe factam pro maiori debito, ſed pro vero,
licet maior quantitas bonorum fuerit ſubha-
ſtata, quam exigeret debitum, tum enim fieri
poteſt in contumaciam debitoris, & id per-
mittunt Nou. Conſt. contumacia autem debi-
toris eſt,præcipuè non ſoluentis termino vi-
33 ginti dierum Plot. in l.ſi quando C.vnde vi nu.
479. & 480. & ſeq.

Non obſtat quod pro rata tantum fructus
debeant in omnem caſum ſpectare dd. Pice-
nardis, in quos dominium fuit tranſlatum
exemplo emptoris cum pacto redimendi,quia
reſpondetur illud procedere in redemptione,
quæ fit ex pacto,& diuerſa eſt ratio in caſu no-
34 ſtro, & immo emptor lucratur fructus Giurb.
deciſ. 92.nu. 10.

Nec obſtat quod bona pendentibus fructi-
bus eſſent precioſiora. Theſaur. deciſ. 55. in
fin. quia potuerunt, tam fructus percipi à Pi-
cenardis dominis bonorum ob contumaciam
debitoris.

Ex

Ex altera parte AEQVITAS suadet, ne
35 Picenardi cum iactura Persichelli percipiant
dictos fructus, & fiant locupletiores maximè
post litem contestatam, & tot querelas Persi-
chelli, qui cum non haberet facultatem sol-
36 uendi in pecunia numerata obtulit date bona
in solutum, & verè non fuit contumax, & in re-
ductione facienda par erat habere rationem
fructuum, qui erant pars fundi vide Morot.
37 resp. 6. nu. 31. Gam. decis. 94. nu. 2.

Adsit Virtus Spiritus Sancti.

CVM D. Vicarius Iustitiæ spreta Nou. Co.
dispositione non admiserit D. Persi-
chellum ad dandum tot bona in solutum DD.
Picenardis, etiamsi opportuno tempore, & le-
gitime bis id obtulerit. Quinimo post factam
venditionem omnium eius bonorũ ad publi-
cam hastam reclamante statim D. Persichello
(ne dum intra mensem iuxta disposita ab eis-
dem Nou. Const.) nimis vili pretio bona ip-
sa fuisse alienata, & quòd propterea fieret re-
ductio ad duas partes ex trib. veræ æstima-
tionis ad formam dictarum Nou. Constit. in
hoc etiam fuerit obauditus D. Persichellus.

Satis liquido constare dicitur DD. Picenar-
dos legitime non fuisse adeptos possessionem
dictorum bonorum, cum ingrediens ita demũ
38 acquirat, vtrumq; possessionem, si legitimè ac
rite, & rectè processum sit per Iudicem vt do-
cet Ripa in l. naturaliter §. nihil commune n.
59. & 60. ff. de acquir. possess. Menoch. recuper.
remed. 8. num. 3. & 26. Magon. decis. flor. 120.
num. 6.

39 Iudicis enim factum censetur partis factum
l. si ob causam C. de euict., & l. si pignus ff.
famil. ercisc. itaut vbi Iudex spretis iuribus
processit, & reum sua possessione priuauit,
dicatur spoliasse, & consequenter actor, qui
huiusmodi Iudicis sententia vtitur, in lata cul-
40 pa constituitur, & de violentia tenetur §. 1.
Instit. vi bonorum raptorum Menoch. d. re-
med. 8. nu. 26.

Quod autem ob nõ seruatam formam Nou.
Constit. per D. Vicarium non potuerint DD.
Picenardi bona fide, sed vitio possidere bona
D. Persichelli, & consequenter suos fructus
facere, eo quia authoritas Iudicis iniustè, si-
41 ue inordinate non seruata forma statuti pro-
cedentis, non excusat à perceptione fructuũ,
iuxta cap. cum causa vbi Abb. de officio deleg.
& l. non putauit § nõ quæuis ff. de bon. possess.
contra tab. expresse docet Bald. in l. 2. sub nu.
80. C. de seruit., & aqua, & in l. fin. C. de Car-
bon. edicto, quem sequuntur Afflict. decis.
218. num. 4. Surd. decis. 45. num. 11. & 12., ac
decis. 46. num. 2. Magon. alleg. decis. 120. num.
26. & Costa de port. ratæ quæst. 153. num. 16.

Et eo minus fructus suos facere potuerunt
in hoc casu DD. Picenardi, eo quia à notorijs
grauaminibus sibi per D. Vicarium illatis sta-
42 tim etiam appellauit D. Persichellus, iuxta
doctrinam Ploti in l. si quando nu. 526. de qua
Magon. decis. flor. 132. nu. 10. & Costa alleg.
quæst. 153. nu. 7. quos sequitur Tortus ad stat.
Pap. 48. in ciuil. num. 80. ipsa enim appellatio-
ne pendente nihil innouari potuit, toto tit.
43 nil noui fieri appellatione pendente, Et im-
missio ipsa reuocanda erat nedum concedẽn-
dum in vim attentatorum Magon. dicta decis.
120. num. 17. licet Sen. Ex ad circuitus euitan-
dos loco appellationis cognoscendæ, ipsam
immissionem reduxerit ad duas ex tribus par-
44 tibus veræ æstimationis, quæ reductio procul
dubio retrotrahitur ad diem petitionis factæ
coram dicto D. Vicario, vt alias dictum fuit
per Costam de retrotractionibus cap. 8. casu 7.
num. 4 Adeo quod interim fructus percepti
restituendi sunt D. Persichello.

Ita in simili concludit Capic. decis. 202. nu.
12. dum ait, si appellatum sit à decreto appre-
tij, videlicet ob nimis vile pretium, quo ven-
dita, siue adiudicata sunt bona. Et decretum
adiudicationis sit reformatum, vt hoc in casu
per reductionem ad duas ex tribus partibus
factam iussu Excellentiss. Senatus, tunc fruc-
tus interim percepti ex ipsis bonis, restituen-
di sunt debitori, qui reformationem decreti
45 obtinuit Capicium sequitur Costa de port.
ratæ quæst. 65. num. 4. Quasi quod venditio
46 suspensa interim remanserit, vt ratiocinatur
Ludou. Molina de iust. & iure tract. 2. Disput.
208. fol. 961. litt. D. licet aliud sentiat quando
contractus suspensus interim quodammodo
non remanserit; Quo stante: quoad ipsam
maiorem quantitatem restitutam, dicitur ti-
tulus redijsse ad non titulum, & sic causa ad nõ
causam vt parum longè ab his terminis pro-
47 bat Franc. decis. 12. nu. 12. dum inquit quod fa-
cta in solutum datione creditori de bonis
debitoris operis actus ipse sit perfectus tamen
cum ex iuris disposit. poterat secundus credi-
tor offerre ipsa oblatione facta, & admissa re-
soluitur datio insolutum, & res reducitur ad
primos terminos secundũ quos debebatur pre-
tium cum vsuris, & primus creditor tenetur
48 restituere bona cum fructibus vt res suas §.
rem autem ff. de sol. & ita Indic. Sac. cons. te-
statur Franc. loco relato quo casu fructus etiã
sunt restituendi, vt post alios probat Ampliss.
D. Senator Bellonus lib. 1. de his quæ inconti-
nenti fiunt cap. 108. nu. 5.

Quinimo per recursum factum incontinen-
ti ad Senatum Excellentissimum à D. Persi-
50 chello cuius vigore dicitur lis contestata, in
51 mala fide esse cæperunt DD. Picenardi, qui
propterea ad dictorum fructuum restitutionẽ
tenentur l. 1. C. de petit. hæred. l. sed si lege §.
sin autem ff. eodem Gamma decis. 94. num. 1.
Rebuff. tract. de fruct. & illorum restit. gloss.
vna art. 1. num. 31. & seq. cum fructus suos fa-

cere

52 cere non potuerint vulg. l. mora §. in bonæ fi-
dei ff. de vsuris.
Præterea notorium est plusquam enormissi-
mè fuisse læsum D. Persichellum in ipsa subhas-
tatione, & deliberatione cum pro lib. 39. mil.
vendita fuerint bona valoris lib. ducentum mil-
le, & vltra, id quod manifestum facit relaxatio
eidem facta de pert. 600. terræ, & de annuis
redditibus capitalis lib. 70. mil. retentis tantum
à D. Picenardis pert. 470. pro dicto debito ha-
53 bita etiam ratione tertij partis Qua de re cum
dispositio l. 2. C. de rescind. vend. locum etiam
habeat in venditione iudiciali facta ad hastam,
vt probat Rebuff. tract. de præconijs, & licitat.
art. 7. gloss. vnica nu. 28. & tract. de rescis. contr.
gloss. 15. nu. 37. cum plur. seq. post Oldr. cons.
87. nu. 5. Asin. de exequut. §. 7. cap. 154. per totũ,
& cap. 282. sub num. 2. Cæphal cons. 286. nu. 14.
Gamma decis. 95. nu. 3. & Ioseph. Ludou. decis.
Perus. 60. nu. 8. par. 1. Attenta dicta reductione
54 iussu Excellentissimi Senatus facta, quæ obti-
net vim rescissionis contractus respectu bono-
rum restitutorum fructus ex eis percepti pari-
ter restituendi veniunt l. si prædium C. de præ-
55 dijs minorum Gamma alleg. decis. 94. num. 3.
per totum. Læsionem enim enormissimam con-
tinere præsumptum dolum habetur in l. omnes
§. Lucius ff. quę in fraudẽ cred. & l. si superstite C.
de dolo. Dec. cons. 180. nu. 6. Idcirco ex eo dolo
lucrũ consequi non valent DD. Picenardi per re-
56 tentionẽ fructuũ interim perceptorũ vulg. iur.
Quod autem reductio ipsa vim rescissionis
venditionis, siue deliberationis ad hastam fac-
tæ, habuerit respectu bonorum restitutorum eli-
57 citur, tum re ipsa, tum ex ijs, quæ tradit Me-
noch. retinendæ poss. remed. 1. num. 29. dum ibi
concludit, quod error in æstimatione bonorum
insolutum datorum, non reddit decretum im-
missionis in totum nullum, sed pro parte iusti
58 crediti sustinetur Bal. in cap. quoniam frequen-
ter §. sin autem nu. 2. vt lite non contestata, qui
scribit, quod si immissio possessionis facta est in
59 re maiori, quam sit debitum, valet immissio
ipsa vsque ad concurrentem quantitatem l. fi. §.
1. C. de bo. auth. Iud. possid. Afflict. decis. 358. n.
7. Magon. decis. Flor. 109. num. 6 & seq. Costa de
port. ratæ. q. 26. n. 7. ergo quoad maiorem quãti-
tatem rescissus contractus, siue decretũ dicitur.
Illud etiam perpendi debet quod tam in sub-
hastatione prædicta, quam in cedulis continen-
tibus bona vendenda, nulla fuit habita ratio,
nec mentio fructuum pendentium in dictis bo-
nis qui breui tempore erant colligendi, & qui
pretiosiorem fundum fecissent si de his habita
fuisset ratio, vt alias ex Thesaur. decis. 55. in fine
probauimus. Vnde reformatos fuisse D. Persi-
60 chello dicendum est, vt in simili distinguit
Cyn. in l. ordo C. de exeq. rei Iud. & in his ter-
minis insolutum dationis iudicialis probat
post Cæphal. consil. 254. in princ. & numero 30.
Asin. de exeq. dicto §. 7. cap. 297. num. 21. Inter
Valas. omnino vidẽdus decis. 37. vbi plenissime
hanc materiã pertractat cõcluditq; fructus spe-
ctare ad venditionẽ cui reseruauit Iudex in in-
strumẽto vẽditionis pro exequr. subhast. quãuis
deficiẽte reseruatione putat adẽpto ẽ spectare.
Non resistente doctrina Ampliss. D S. n. Bell. lib.
2. cap. 40. num. 4. de his quæ incont. fiunt quia ibi
in venditione præsumitur habita ratio fructuũ,
quæ cessauit in casu nostro.
Additur præterea, quòd sicuti datio insolu-
tum etiam iudicialis nulla dicitur quando me-
61 liores, & pretiosiores, res tantum continet,
vt post Bart. in l. à diuo Pio §. in venditione nu.
5. ff de re iud. probat Asin. d. § 7 cap. 265. Ita
multo magis nulla censenda est, si non solum
pretiosiora, sed etiam omnia bona maximi va-
loris insolutum fuerint data pro modica sum-
62 ma iuxta Auth multo magis C. de sacros. Eccl.
si itaque nulla dicitur datio insolutum, hęsitan-
dum non est, quin fructus interim percepti re-
63 stituendi sint, cum quod nullum est nullum pa-
rere possit effectum vulg. iur. Surd. decis. 45. nu.
17. Et quod tanquam nulla subhastatio facta de
re magni valoris pro modico debito quando
fieri poterat pro re minoris pretij est tex. in l.
64 magis puto §. item Prætor, nisi re propter æs
alienum modicum possess. magna distrahatur ff.
de minor. inter Gamma, qui plures distinctio-
nes facit, vt elicitur an hoc euenerit culpa debi-
toris, vel partis, aut Officialis decis. 40. per to-
tum, vbi cõcludit, quòd quia ex sola pretij vili-
tate probatur mala fides, Idcircò venditionem
ipsam, esse retractandã tradit etiam exemplũ de
re vendita pro libr. 180000. quæ erat valoris lib.
600000. Et sic vna quarta parte vẽdita fuit iusto
valore, vt in hoc casu pretium pro quarta parte.
Quam subhastationem alia etiam nullitate
laborasse dicendum videtur, eo scilicet quia ad
eam fuit deuentum, nulla præuia æstimatione
dictorum bonorũ iuxta l. si quos. C. de rescind.
66 vend. & l. 1. C. si in causam Iudicati. Afflict. de-
cis. 358. num. 5. Rol. cons. 32. num. 34. lib. 2. Franc.
decis. 54. nu. 7. nouissime Tortus ad dictum sta-
tutum 48. in ciuil. n. 41. licet contr. probat Surd.
cons 256. vol 2. seq. Sola ad const. pa. 3. tit. de
form. & ord. obs. in pignor. glo. 2. nu. 3.
Omniq; in casu ex facto constat fructus præ-
dictos habuisse DD. Picenardos post ordinatio-
nem Sen. Excellentissimi vt fieret reductio ad
duas ex tribus partibus mediante sublatione
cuiuscumque impedimenti de qua in ordina-
tione Ill. D. Prætoris sub die 13. Octobris; cum
antea penes confidentes de amborum partium
consensu remanerent fructus ipsi, & sic notoriè
constat DD. Picenardos esse in mala fide cum
scirent bona restituere debere, vt restituerunt,
& consequenter ad fructus etiam tanquam ad
accessorios ipsos teneri. Quamquam, & etiam
eo quia locupletiores facti dicuntur DD. Pice-
nardi ex dictis fructibus ad eorum restitutionẽ
tenentur, etiamsi bona fide possedissent, quod

67 magis est l. 1. C. de petit. hæred. Morot. conf. 6. sub num. 31. circa med.

Et ex deductis tollitur omnis amaritudo circa prætensam contumaciam D. Persichelli, qui nunquam contumax fuit, vt ex facto impresso constat. Prout diuersa ratio militare nō dicitur in reductione prædicta facta iussu Excellentiss. Senatus, quam in emptore, cum pacto redimendi cui ad ratam temporis tantum debentur fructus, quia multo fortius debentur fructus in casu reductionis pro bonis testitutis, eo quia reductio statim fienda erat lege iubente idest No. Const. quatum dispositio æque obseruanda

68 est sicuti pacta priuatorum. Imò multo magis, cum dispositio legis fortior sit quam dispositio hominis, Dec. conf. 505. num. 6. vers. & breuiter Pacian. conf. 4. nu. 56.

Cæterum quod attinet ad retentionem prætensam per DD. Picenardos ratione damnorum pro quorum liquidatione pēdet appellatio corā Ill. D. Vignato illud in primis est cōsiderandū, quod ante liquidationem incerta dicitur ipsa prætensio, etiamsi in genere sit condemnatus D. Persichellus in damnis, & interesse Afin. de

69 exequt. §. 7 cap. 270. nu. 16. Idcircò ratione dictæ incertitudinis, & illiquidationis retentio dari

70 non potest, vt declarauit Senat. Māruanus teste Surdo alleg. Decis. 46. in fine.

Insuper quidquid controuertant DD. circa retentionem quando scilicet immissus in possessionem ex decreto nullo, possit retinere sui crediti retinere rem donec sibi satisfiat iuxta

71 glos. in l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indeb. in verbo retinebatur, vbi scribentes omnes Burs. conf. 73. num. 28. Tutissima ea est conclusio, quòd retentio datur solum quando, quis

72 vult retinere rem ex eadem causa pro qua ad eum res peruenit. Secus autem si pro alia causa Bald. in d. § certum in fin. vbi Castr. num. 5. Surd. alleg. Decis. 46. num. 12. cum seq. Gracian. lib. 2. discept. forens. cap. 269. nu. 14.

Et ex his &c. saluo &c. Mediolani die 6. Maij 1624.

Ad L. omn. Dei atq; Deip. semper Virg. Mariæ.

Iulius Cæsar Caluinus I.C. Derton.

Adsit virtus Spiritus Sancti.


TRIA adhuc obijciūtur D. Persichello, ne fructus omni ex parte debiti, & per quam indebitè vsurpati sibi resistuantur, non obstante restitutione sibi facta bonorum in quibus fuerunt collecti, mediāte reductione ad duas ex tribus partibus, iussu Excell. Senatus facta.

Primum obiectum in eo constitui videtur, quod reductionem petierit, præposterato ordine, antequam sit facta fuisset venditio dictorū bonorum licet post eorum subhastationem. Secundum quod cum ante factam reductionem Dominium DD. Picenardorum duraret; fructus interim percepti tanquam ex re sua ad eos spectarent, eo quia reductio, non haberet oculos retro. Tertium quod, cum in ordinatione facta ab Ill. tunc D. Prætore Confalonerio pro executione Senatusconsulti, circa dictam reductionē addita fuerit clausula, & sublatio cuiuscunque impedimenti, & relaxatio executionis contra depositarios fructuum, nec ab ea ordinatione appellauerit D. Persichellus; Immo potius eam approbauerit, dum in instrumento insolutum dationis post dictam reductionem celebrato inseri permisserit ipsam ordinationem. Transitum fecisse dicitur in iudicatum ordinario ipsa.

Quoad primum non parum admiratur Persichellus, posse partem aduersam in dubium reuocare, quòd petitio, vt fieret reductio ad duas partes ex tribus legitime, & rite facta non fuerit, sed præposterato ordine ante bonorum vēditionem; cum ex instrumento celebrato per Notar. Medam partis aduersæ Causidicum, sub die 27. Maij 1620. apertissimè constet post factā subhastationem eadem die deuenisse pariter D. Vicarium Iustitiæ ad instrumentum venditionis dictorum bonorum. Petitio autem reductionis facta legitur sub die 2. Iunij sequentis, per quod instrumētum omnis amaritudo sublata dicitur. Quamuis considerandum relinquit Persichellus quod si quæ publicis instrumentis parte ipsa instante celebratis continentur absolutæ negare sibi licere putat pars aduersa in præiudicium Persichelli; quid sperandum est in his, quæ bona fide absq; scriptura acta sunt, vt de promissione eidem Ill. D. Confalonerio oretenus facta restituendi fructus prædictos ipsi Persichello.

Deueniendo ad secundam obiectionem, licet cessare dicatur controuersa opinio in remed. l. 2. C. de rescind. venditione, eo ipso quod die 17. Iulij de ambarum partium consensu fructus omnium bonorum fuerunt in depositum positi pænes confidentes iussu dicti Ill. D. Prær. ea lege, vt relaxaretur, cui Sen. Excellentissimus mādasset, si enim sub deposito pænes tertios erant fructus ipsi nullo pacto illos facere potuit pars aduersa, & sic cessant, quæ tradunt scribentes in d. l. 2. C. de rescin. vend.

Attamen illud etiam quàm maximè intueri debet, quod quidquid dissentiant scribentes circa restitutionem fructuum, rescisa venditione, cum multi voluerint restituendos esse omnes fructus à die contractæ venditionis citra perceptos, alij à die petitionis rescissionis cōtractus, siue litis contestæ tantum, alij non deberi fructus ipsi quando emptor maluit supplere pretiū. Vno tamen ore omnes affirmare constat, fructus facere suos emptorem, arrēta eius bona fide, qua rem cum titulo possidet, iuxta l. in fun-

73 dum, ff. de rei vendic. Caual qu. 763. nu. 3. Itaut remota bona fide per interpellationem venditoris reclamantis, siue per litis cōtestationem, fructus

fructus ipsi à die petitionis restitui debent, l.
74 certum, C. de rei vendicatione, Cæual. dicta
q.763.num.7.quia à die litis contestatæ dicitur
in mora emptor, Et sic ad fructuum restitutio-
75 nem tenetur Cæual.vbi supra nu. 12.
Idem probat Gamma alias citans. Decis. 94.
num. 1. vbi ait emptorem teneri ad restitutio-
nem fructuum perceptorum post litem conte-
statam, quia tunc omnis possessor incipit esse
malæ fidei l. 1. C. de petit. hered. eandem sen-
tentiam sequitur eruditissimus Fachin. lib.2.
controuers. iuris cap. 24. vers. tertio quia, vbi
reprobatis his qui in remedio d. l. 2. C. de re-
scind. vẽd. voluerunt deberi fructus perceptos
etiam initio contractus, concludit, quòd cum
emptor non sit in mora restituendi rem ven-
76 ditam emptori, antequam is petat contractum
rescindi, cur ad fructuum restitutionem tenea-
tur, & consequenter admitit, post petitionem
venditoris constitutum esse in mora, & sic in
mala fide emptorem, id quod confirmat sequẽ-
ti vers. in fine.
Eandem opinionem sequuntur Padil. in re-
pet.d.l.2.sub nu. 50. vers. Idem videtur tenere
Franch. decis. 495. sub num. 3. circa finem dum
asserit emptorem esse bonæ fidei possessorem,
77 & idcircò fructus lucrari vsq; ad litis conte-
stationem & ante eum Didac.lib.2.Var.Resol,
cap. 3. præsertim sub num.9.in fine, Gomez lib.
1.Var.Resol.tit.de empt.& vend.cap.2.sub nu.
78 12.vers.Primo quia.vbi fructus non deberi nisi
à tempore moræ tradit Rebuff. de rescis. con-
tract.in præfat.num.4.in fine, qui pariter docet
emptorem lucrari fructus vsq; ad litem conte-
79 statam per l. si fundus.ff. si certum petatur, &
tract.de fruct.& eorum restit. gloss. vna art.11.
nu.31. Egregie Benirend.Decis.20. per totum.
Fab. de Anna cons. 24. nu. 2. lib.1.dum ait em-
ptorem facere fructus, dum nõ dicitur in mo-
ra aut mala fide, & post alios multos copiose
Simon de Prætis lib. 3. de interpretatione vlt.
volunt. Dubit.5.fol.2.nu. 27. cum pluribus se-
quent. fol. 348.à tergo vbi eam tradit rationẽ,
quia slz. post petitionem reus conuentus ma-
80 gis recepit fructus mora non restituentis, quã
negligentia petẽtis, DD. Picenardi enim tem-
pore petitæ reductionis potuerant cognosce-
re vtrum bona in tanta quantitate vsurpata D.
Persichello pro libris 39. mill. restituere tene-
rentur pro maiori parte, cum notorie scirent
bona ipsa esse valoris libr. 200. mille, & vltra,
Idcircò ad fructuum restitutionem à die peti-
tæ reductionis tenentur, vt ratiocinatur, Pret-
tus loco citato sub num. 31. qui vers. breuiter
81 respondetur; distinguit fructus ab expensis li-
tis, cum ab istis possit excusari ob iustam cau-
sam litigandi vsq; ad processus publicationem;
ad illorum vero restitutionem à die moræ cõ-
missæ per interpellationem actoris teneatur
possessor vt sequitur nu.32. quia quamprimum
82 quis sit à se peti; est in mala fide, & de suo iure
vacillat, & hoc sufficit, quoad fructuum resti-
tutionem idem practicari in Regia Cancella-
ria Pinciana testatur Ceual. dicta quæst. 763.
num. 49. ; Et sic cessat quod quis affirmate au-
83 det etiam cum mala fide posse quem lucrari
fructus, quando ratione dominij illos fecit, cũ
dominium, cum mala fide nihil releuet iuris
notissimis.
Prout vanissimum est fructus post litem cõ-
testatam deberi tantum, quando titulus redu-
84 citur ad non titulum, & causa ad non causam,
vt ex Gracian. cap. 45. & Mastril. decis. 29., &
alijs ibi relatis, Nec verbum enim faciunt Do-
ctores ipsi de fructibus post litem contestatam
perceptis; Bene concludunt fructus deberi ab
initio contractus, quando titulus reducitur ad
non titulum: Cum tunc nullitas contractus
operetur vt restitutio retrotrahatur ad diem
85 celebrati contractus, vt in contractu minoris
per l.quod si minor ff.de minoribus, & l. 1.C.si
maior factus alien.ratum habuerit Ceual.dicta
quest.763.nu.21.cum tribus sequentibus; Quia
tunc venditio reuocatur ex causa de præterito
quæ inerat in principio venditionis, quo casu
omnes fructus restituendi sunt cum re l. cum
autem §. cum redhibetur & §. quòd si nolit ff.
86 de ædil.edicto Ceual.vbi supra nu.28.& nu.32.
Fachin.d.cap.24. vers. Ad primũ cum vers seq.
Quando vero nullitas contractus non consi-
deratur fructus deberi tantum à die petitionis
citrà satis superq; supra probauimus.
Quatenus verò, ad fructus non teneatur of-
ferens supplere pretium iustum, cum per huius-
87 modi suppletionem euitetur rescissio tituli
iuxta tradita per Franc. March. decis. 129. par.
1. Præterquod cum id esset in facultate DD.
Picernardorum, vsque ad contestationem litis
88 tantum in exequutione iudicati vt ex Pinel.in
d.l.2.C.de rescind. venditione iudicauit Sacrũ
Concilium Neapolitanum, teste Franch.d.de-
cis.495.in princ.huiusmodiq; fauori renuntia-
89 uerit pars Aduersa dum acquieuit vt fieret re-
ductio Franch. vbi supra nu. 4. Certum est non
posse eam vlterius huiusmodi beneficio gau-
dere, & consequenter ad fructus tenetur.
Aduertendum etiam est, quòd quatenus sup-
plere pretium maluisset pars aduersa teneba-
90 tur nihilominus ad interesse, siue ad vsuras res-
pectu pretij quòd suppletur, vt probat Padil.in
d.l.2.nu.52.C. de rescind.vend. & Fachin. dict.
cap.24.vers. duæ sunt in fine, & sic loco fructuũ
vsuras ipsas per soluere debebat, id quod etiã
admittit Ceual. relata quest.763.nu.47. & seq.
vbi id de AEQVITATE practicari testatur
91 coram supremis Tribunalibus; Ex quibus tol-
litur assertio Bargalij lib.2.de dolo tit.de dolo
re ipsa num.48.in fine, vbi testatur Senis fuisse
iudicatum non teneri emptorem ad restitu-
tionem fructuum, etiam post litem contestatã
perceptorum, Quia vt declarant Franciscus
March.d.decis. 179. & Padil.in dicta l.2.nu.52.

ibi citati, id procedit tantum quando emptor supplet pretium, quo casu etiam tenetur ad interesse pretij quod suppletur vt sup. ex Fachin. cap. 24. probauimus, non autem quando retra-
92 datur alienario, saltem pro parte, vt hoc in casu, licet in casu nostro resistentibus dictis Nou. Const. pretium ipsum suppleri possit, sed omnino restit. & tenetur creditor, vti intra annum sit satisfact. pro eius creditis.

Vltimum obiectū pariter nihil releuare concluditur, tum quia vigore Nou. Const. in tit. de appell. requiritur præcisa inthimatio sententiæ adhoc vt transitum faciat in iudicatum sen-
93 tentia Ruginell. de appell. §. 4. cap. 1. num. 39. & 44.; Vbi id procedere affirmat etiam si quis fuisset præsens recitationi sententiæ, quòd ma-
94 gis est, & Costa conf. 3. num. 17.

Tùm quia ad ordinationem ipsam non fuit deuentum, vt fructus in depositum dati telaxarentur DD. Picenardis, sed tantum, vt reiecta appellatione fieret reductio ad for. Senatus Cons. ad duas partes ex tribus veræ æstimationis, quamuis successiue apposita etiam videatur illa clausula, & sublatio cuiuscunq; impedimenti, ac decretum exequutionis contra depositarios fructuum; Tùm quia verisimiliter credere potuit Persichellus, vt ordinatio ipsa verificaretur in fructibus bonorum, qui exequutioni missa dicta reductione, remansissent DD. Picenardis, non in ijs, quæ D. Persi-
95 chello erant restituenda, cum fructus ipsi dicerentur accessorij ad bona, & naturam sui principalis sequi deberent, vt probat Fab. de Anna cons. 19. num. 15. lib. 2. Tùm quia licet in dicto instrumento reductionis inserta sit ordinatio ipsa. Tamen vt docuit experientia, non solent Notarij huiusmodi cedulas de verbo ad verbū legere, sed simplicem mentionem facere consueuerunt se remittendo ad eas, Tantò magis cum vt supra dictum est principaliter, non fuit deuentum ad dictam ordinationem pro fructuum relaxatione, sed vt ad formam Senatus Cons. fieret reductio ipsa.

Insuper in eodem instrumento expresse sibi reseruauit D. Persichellus, omnia iura tam in iudicio deducta, quàm deducenda &c. quæ reseruatio nedum sufficiens est pro consequutione dictorum fructuum; Verum etiam his non fuisset factum præiudicium per generalem renuntiationem ob læsionem enormissimam qua
96 diceretur affectus Persichellus Bargal. dicto tit. de dolo re ipsa num. 50. lib. 2. de dolo; Tum quia ad instrumentum ipsum deuenit Persichellus pro insolutum datione bonorum assignatorum, non autem pro fructibus vsurpatis; Tum quia Ruginell. §. 2. cap. 3. nu. 87. tantum affirmat dari appellationem à reuocatione sequestri, non autem quod appellatio debeat interponi non facta intimatione huiusmodi reuocationis; Tum quia notoriè iniqua, & iniusta detegitur relaxatio ipsa fructuum, fortassis vt supra subrepta, cum repugnet alteri ordinationi de consensu partium factæ, & quæ in vim contractus transiuerat, vt illi fructus relaxarentur, cui fuissent per Excellentiss. Senatū
97 ordinatum, iuxta tradita per Rebuff. in l. quod iussit num. 68. in prim. notab. & nu. 86. ff. de re iud. quæ enim in faciendo requiruntur, eadem in destituendo necessaria sunt Auth. e contra C.
98 de repud. idem Rebuff. vbi supra nu. 1. in vult. notab. maximè cū ex supra firmatis fructus ipsi cum bonis restitutis spectarent D. Persichello;
99 Quo casu ordinatio ipsa in iudicatum transire nunquam potuit l. 2. C. quando prouocare non est necesse Magon. decis. lucens. 62. num. 16. & Vincent. de Anna Alleg. 48. num. 18. Quia cum fructus ipsi in depositum fuissent dati relaxandi cui Senat. Excell. mandasset. Ordinatio deinde facta per dictum Ill. D. Prætorem videtur omnino nulla ex disposit. l. certa ratione C.
100 quando prouocare non est necesse, vbi habetur quod Index, qui iurisdictionē superioris assumit reddit actum suum totaliter nullum, & ideo non est opus appellare.

Et quatenus in iudicatum transijsset (quod omnino negatur) adhuc ob notoriam illius iniustitiam, contra quam solum Authoritas Senatus potest implorari, ea non obstante fructus ipsi D. Persichello restitui deberent Ne sub clipeo ministrorum Iustitiæ deceptus remaneret,
101 l. 1. in fine C. qui veniā ætatis impetr. Rebuff. de rescind. contr. art. 1. glo. 15. num. 40. Proue deceptus remaneret D. Persichellus, primo dū contra disposit. Nou. Constit. à D. Vicario Iustitiæ fuit obaudirus in oblatione bis facta dādi tot bona in solutum, deinde in petitione, vt fieret reductio ad duas partes ex tribus (cessante penitus vanissimo obiecto, quod rite facta non fuerit huiusmodi instantia, eo quia exhibita, vel visa sunt aliqua instrumenta, & ei nihilominus acquieuit Aduersa pars) quod grauamen etiam exposuit Senatui Excell. Persichellus in precibus appellatorijs porectis die 27. Iunij, & sic longe ante fructuum perceptionem quidquid minus vere affirmare videatur pars Aduersa (quamquam etiamsi in depositum fuerunt dati de partium consensu fructus ipsi sub die 17. Iulij, quo pacto interim ad manus dictæ partis aduersæ peruenire potuerunt.)

Secundo loco deceptus remaneret dum postquam fuerat ordinatum per Sen. Excellen. quod fieret reductio, & sic postquam sciebant DD. Picenardi se restituere debere fere quinque ex sex partibus bonorum occupatorum Fructus omnes à dictis depositarijs exigerunt sub prætextu illius clausulæ, & relaxatio exequutionis contra depositarios. Id quod nec iuri, nec AEQVITATI, nec menti Excellen. Sen. minusq; d. Ill. tunc D. Prætoris conuenire pro certo habet Persichellus, qui iterato Sen. Excellen. exorat, vt tandem consulere dignetur

tur tot grauaminibus sibi illatis, & tot expen-
sis factis, & damnis passis ex causa partis
aduersæ, & ita &c. saluo &c. Mediolani die 23.
Maij 1624.

Ad l. omn. Dei, atq; Deiparæ semper Virg. Mariæ.

Iul. Cæsar Caluinus I.C.C.Derth.

SVMMARIA.

1 *Decipere se licet contrahentibus.*
2 *Etiam in foro Poli. Declaran. 18.*
3 *Contractus factis cum Iudicis auctoritate resciduntur ob ænormiss. læsionem.*
4 *Verbum humanitas idem significat, quod AEQVITAS.*
5 *Contractu resciffo ob læsionem enormissimam restituuntur fructus percepti à die litis contestatæ.*
6 *L. 2. de rescind. venditione non habet locum in re mobili.*
9 *Contrarium in re magni valoris nu. 11.*
7 *Contrarium in rem minoris.*
8 *Decretum Sen. Paris. num. 10.*
12 *Mobilium multorum simul iunctorum, idem censendũ est, quod de precioso mobili.*
13 *Clausula si plus valet, illud dono apposita in instrumẽto intelligitur tantum de modico. Contrarium si amplissimis verbis fuit hoc expressum num. 14. & 15.*
16 *Contrarium placet Rebuffo etiam si renuntiatum esset omni legum auxilio.*
17 *No. Const. declaratio in tit. de Donationibus.*

Quilibet contractus alienationis ob læsionem enormissimam rescinditur. Cap. XLVI.



Licet ex supra deductis in precedẽti
capitulo, ac in cap. 22. n. 5. cũ plur.
seq. satis superq; probatũ videatur
ob enormissimã lesionem rescindi
cõtractus venditionis, & insolutũ
dationis. Cum tamen frequentissima sit mate-
ria ipsa specialiter etiam de ea agendum est, &
sane cum contrahentibus liceat inuicem se de-
1 cipere l. in causæ la secunda §. penult. ff. de mi-
nor. & l. item si pretio §. vlt. ff. locati, quod etiã
2 in foro poli procedere tradit Abb. in cap. cum
dilecti in secundo notab. de empt. & vend. Me-
noch. cons. 109. nu. 5. prætextu læsionis etiam
enormissimæ, locus esse non debet renisioni
contractus.

De AEQVITATE tamen l. 2. C. de rescind.
vend. ob enormissimam læsionem rescinditur
3 contractus etiam Iudicis authore factus, vel
emptor supplet pretiũ, vt ibi inter alios decla-
rat Pantaleon. Cremens. nu. 20. dũ tradit verbũ
4 humanum, quod continet lex ipsa idem signi-
ficare, quod AEQVITATE idem probat Me-
noci cons. 227. num. 8. & expresse habetur à l. si
fundus §. si pluris ff. de pignoribus, quo casu
restituantur fructus percepti à die litis conte-
5 statæ, vt de communi testatur Cephal. supra ci-
tatus qu. 763. nu. 3. 7. & 12. Gamma alleg. decis.
94. nu. 1. Fachin. lib. 2. contr. iur. cap. 24. per to-
tum, Franc. decis. 495. sub nu. 3. & quia supra in
cap. 6. num. 13. cum tribus seq. latè actum fuit
de casibus omnibus, in quibus dispositio d. l. 2.
de rescind. vend. locum habet, ad ea me re-
mittot lector, ne paginæ idem replicando, im-
pleantur.

Additur tantum, quòd, scilicet dispositio d.
l. 2. non procedat in re mobili, vt ibi tradunt
6 gloss., & doct., & seruatur de consuetudine
teste Masuer. in §. item pro re mobili de empr.
Secus tamen dicendum est in minore, cui etiã
7 pro re mobili competit dispositio d. l. 2. vt de-
8 clarauit Senatus Paris. teste Rebuffo ad Cõstit.
Regn. lib. 2. rit. de rescind. contr. art. 1. gloss. 15.
nu. 34. fol. mihi 4, 9. Prout pariter locum habet
9 in mobilibus pretiosis, vel magni valoris l. quæ
tutores C. de administr. tut. cap. sua vbi gloss.
verbo tract. de reb. Eccles. non alienari, vt cen-
10 suisse eundem Senat. Paris. scribit Rebuff. loco
citato nu. 36. fauore illius, qui adamantem, &
gemmas emerat quatuor mille libris, quia cum
in ea emptione læsus fuisset emptor vltra dimi-
diam rescissus fuit contractus.

Idem sanè euenit superiori anno in consi-
mili emptione gemmarum pretio librarũ qua-
rum mille pro me bona fide facta in qua maxi-
mam læsionem interuenisse compertum exin-
de fuit, pro quodã meo affine eximio I. C. ami-
cabiliter enim terminatum fuit negotium, &
restitutæ gemmæ venditori, cum aliquali tamẽ
damno emptoris residuum pretij restitueretur
11 emptori; quæ conclusio pariter locum habet in
venditione vniuersorum mobilium; quia tunc
cum simul iuncta constituant valorem notabi-
lem, idem censendum est, quod de precioso
12 mobili Rebuff. vbi supra nu. 36.

Qui author eodem art. 15. nu. 20. concludit;
quod si in instrumento venditionis apposita
esset clausula, si plus valet, illud dono; Intelli-
geretur tantum modicum donare l. cum filius
13 §. pater ff. de leg. 2. vbi gloss. & l. si libertas ff. de
operis libertorum, secus vero si per verba am-
plissima hoc fuisset expressum, vt potè omne,
14 & totum quidquid valet plus, remitto: quia
tunc donatum censeretur l. si quis donationis
ff. de contrah. empt.; Vel si diceretur magnum
non modicum remittere venditor, quia in ge-
15 nere cogitauit l. sub prætextu specierum C. de
transact. Boer. decis. 142., Quamuis contrarium
16 verius esse probat Rebuff. vbi supra dicto nu.
20. & 21. etiamsi renuntiatum esset omni legum
auxilio, quod magis est quandoquidem verba
illa apposita dicuntur à Notarijs ex stilo. Id
17 quod conuenit Nou. Constit. huius dominij in
tit. de donar., in quibus requiritur certa so-
lemnitas, qua non seruata in instrumento ven-

ditionis donatio sustineri non posset.

Cætera in contrarium adducta circa principalem conclusionem huius capitis de rigore iuris procedere constat secus de AEQVITATE. Prout Menoch. cit. cons. 109. nu. 30. declarat dictum Abbatis circa id quod etiam in foro poli contrahentibus liceat se decipere.

SVMMARIA.

1 *Supplere volens pretium rei emptæ ad euitandum rescissionem contractus ob læsionem enormissimam, non debet illud percipere ex ipsa re, siue ex illius accessorijs, destruendo ligna, vel murum, & similia, quia ei non conceditur talis facultas scindendi ligna, & similia.*
2 *Ratio est nam si pretium non suppleret emptor venditor esset in damno.*
3 *Emptor non debet locupletari cum iactura venditoris.*
4 *Melius est occurrere in tempore, quam post vulneratã causam remedium querere.*
5 *Decretum Sen. Parisiensis.*

Condemnato ad rescisionem contractus emptionis, vel ad supplendum pretium non datur facultas scindendi ligna in bonis emptis, vt pretium prædictum supplere valeat. Cap. XLVII.



IN eadẽ materia l.2.C.de rescind.vẽd. hęsitari potest, an si cõdemnatus ad supplendum iustum pretium, vel ad dimittendũ rem emptam, petat sibi facultatẽ concedi scindendi ligna, vel destruẽdi murum, vel similia in re empta existentia, vt ex venditione eorum pretium supplere possit concedenda sibi veniat huiusmodi facultas,
1 & de AEQVITATE deneganda est.

Quia si emptor postea nõ suppleret pretium
2 venditor esset in damno, & sic contra regulas AEQVITATIS emptor locupletaretur cum venditioris iactura sepius allegata l. si me tit iñ
3 ff. si certum petatur Costa Remed. subsid.7.n.6. obid. melius est prohibitionem fieri ante rei destructionem, vel diminutionem, quia melius
4 est occurrere in tempore, quam post vulneratam causam remedium querere, vulg. l. liberã C. quando liceat vnicuiq; sine iud. vind., & ita
5 indicasse Senatum Parisien. tradit Rebuff. ad Constit. Regn. tit. de rescind. contr. art. vnico gloss. 15. nu. 3.

SVMMARIA.

1 *Minoribus succurritur per restitutionem in integrum ob naturalem eorum imbecilitatem.*
2 *Filius minor restituitur aduersus fideiussionem pro suo patre factam. Etiamsi iurasset nu. 3.*
4 *Iuramẽtũ minoris nõ firmare cõtrac. sm̃ disp. stat. Med.*
5 *Minor restituitur etiamsi firmasset se maiorem.*
14 *Contrarium verius de AEQVITATE. Decis. Rota num. 15.*
6 *Minor qui ex contractu fideiussionis nihil percepit non potest in eo argui dolus.*
7 *Minorem iurasse ea facilitate credendum est, qua contraxit.*
8 *Hoc idem cauetur ex statuto Mediolani 453.*
9 *Decretum Senat. super inualid. fideiussio à minore facta.*
10 *Decretum aliud Sen. contrarium, quando minor fuit principalis, & erat proximus ætati maiori.*
11 *Minor proximus maiori ætati reputatur vti maior.*
12 *Statuta obseruantur etiam contra Fiscum.*
13 *Decretum Sen. in ea causa.*
13 *Minor filius qui pro parte se obligauit, præsumitur id fecisse metu reuerentiali.*
25 *Contrarium. Quod talis metus probari debet nu. 26.*
27 *Secus in vxore, aut puella in quibus præsumitur metus reuerentialis.*
16 *Filius fideiubendo pro patre carcerato dicitur exercere officium pietatis. Et idcirco excluditur à beneficio restitut. num. 17.*
18 *Filius dicitur sic fideiubere in casu in quo, quilibet diligens homo fideiussisset, & sic non restituitur.*
19 *Mulieri non succurritur per Velleianum quando se obligauit pro causa concernente pietatem.*
20 *Mulieris obligatio valet pro redimendo aliquem ex suis necessarijs cauetetur. Limitatur num. 22. dummodo non remaneat indotata sed dimidia pars dotis sibi superfit.*
21 *Vir dicitur vna caro cum vxore.*
23 *Filius recusans liberare patrem è carceribus iuste potest exheredari.*
24 *Filijs etiam inuitis alienantur bona pro Patris liberatione è vinculis.*
28 *Metus reuentialis dicitur probatus, si ante renuntiationem, vel obligationem protestatus est filius, aut vxor.*

Filius etiam minor non restituitur aduersus fideiussionem factam pro excarcerando patre. Cap. XLVIII.



1 NAturali imbecillitate minoris ætatis prospicientes legislatores ob quam de facili lædi possunt minores succurrendum eis statuerunt per restitutionem in integrum l. 1. & toto titulo ff. de minor., & toto tit. C. de restit. in integrum. Vnde aduersus quemcũq; actum per minorem gestum in quo læsus sit, competit in integrum restitutio, & in specie,
2 quod filius minor restituatur aduersus fideiussionem pro patre factam est tex. in l. 1. vbi Bart.

Bart. & cæteri C. de filio fam. minore iuncta l.
1. C. de fideiuſ. min. Odd. de reſtit. in integrum
qu. 54. art. 8. Peregr. conſ. 77. nu. 44. lib. 1. etiamſi
iuramentum interuenisset in obligatione per
3 minorem facta, quia adhuc restitutio eſſet con-
cedenda Alber. in Auth. ſacram. puber. ſub nu.
15. verſ. quod ſi in alienis C. ſi ad verſ. vendit.,
Socin. Iun. conſ. 47. num. 10. & ſeq. lib. 4. & poſt
alios Aldouin. conſ. 1. n. 23. & 58. cum ſeq. Hinc
4 diſpoſitum habemus in ſtat. 453. lib. 1. huius Ci-
uitatis, quod iuramentum minoris non firmat
contractum, alias nullum, nec aduerſus illum
tollit beneſitium reſtit. in integr. vt ibi notat
Carpan.

Quinimo concluſionem procedere ſcribit
Crau. conſ. 192. nu. 9. etiamſi affirmaſſet minor
5 ſe eſſe maiorem, quia cum nihil ex contractu
6 fideiuſsionis percipiat minor in eo dolus ar-
guiuon poteſt l. itaque §. ac ſi res ff. de dolo
Baiard. ad Clar. qu. 84. nu. 3. Farinac. queſt. 86.
num. 56., & 58. ſed in ea fragilitate qua contra-
7 xit iuraſſe credendum eſt Aldon. d. conſ. 1. nu.
63. Pregr. d. conſ. 77. num. 44. lib. 1. Simonell. de
decr. lib. 2. tit. 6. inſpect. 16. num. 133. Gracian.
lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 513. per totum, & idẽ
8 expreſſe cauetur in memorato ſtatuto 453., vbi
Carpan. num. 100. cum ſequ. Ceual. quæſt. 834.
Commun. contra commun.

Et ita cenſuit Senatus ſuper relatione con-
ſultiua facta per Illuſt. Magiſtratum ord. con-
tra Reg. Fiſcum pro Diamante villa minore,
9 qui collanderat quamdam fideiuſsionem die
26. Ianuarij 1622. refferente Ampliſsimo D. Se-
natore meo Bellono. Non obſtante, quod die
10 prima Martij anni 1595. contrarium iudicaſſet
fauore Antonij Mariæ Abduæ contra quemdã
eius debitorem, qui in contractu iurauerat ſe
maiorem.

Tum quia eo ſecundo caſu agebatur de de-
bitore ipſo principali, non de fideiuſsione, vel
collaudatione; Tum quia debitor eo caſu erat
11 proximus maiori ætati, Adeo vt tanquam ma-
ior reputaretur iuxta l. 3. §. minorem, vbi ſcri-
ben. ff. de minor., & l. qua ætate ff. de teſtam. Et
ſic per eamdem declarationem habetur ſtatu-
12 ta obſeruari debere etiam aduerſus Fiſcum,
quamuis contrarium putabat Fiſcus ex doctri-
na Albæ in conſ. 375. lib. 2. de quo Menoch. de
arbitr. in Addit. ad qu. 88. & conſ. 916. nu. 36. &
ſequ. Pro abſoluto tamen habetur, & probat
Menoch. locis relatis ſtatuta non ligare Fiſcũ,
13 vt declaraſſe Sen. Excellen. die 16. Decembris
1592. refferente ipſo D. Menochio contra Io.
Baptiſtam Porrum ſexagenarium debitorem
Fiſci detentum, quèm non poſſe gaudere be-
neficio ſtatuti de ſexagenaria ætate prohibeu-
te carcerationem ſexagenarij, cenſuit Senatus
poſt maturam diſcuſsionem, Tum deniq; quia
in dicto caſu Abduæ lucrum ex contractu per-
ceperat minor debitor, qui idcirco cum credi-
toris iactura locupletatus diceretur, vt conſi-
derat Surd. deciſ. 278. num. 24.

Et eo magis reſtitutio prædicta competeret
minori, qui pro Patre fideiuſſerat, attento me-
tu reuerentiali, cuius intuitu ad promiſsionem
13 deueniſſe filium habetur in l. 1. §. quæ onerandę
ff. quarum rerum, actio non datur Menoch. de
Arbitr. caſu 136. nu. 7. Aldouin. alleg. conſ. 1. n.
67. Vincent. Anna alleg. 158. nu. 6. & alleg. 174.
Ric. collect. 154., & poſt eos Bargal. de dolo
lib. 2. tit. de dolo re ipſa num. 33. & nouiſſ. The-
ſaur. iun. qu. famil. 51. num. 9. in fin. lib. 1.

Quidquid tamen ſit in caſibus ſupra expreſ-
ſis de AEQVITATE aliud concludendum eſt,
14 vbi filius minor fideiuſsit pro patre ex carce-
rando, vel ad effectum euitandi carceres, vt
probat Bald. in conſ. 215. num. 2. lib. 2. Alber. in
dicta l. 1. circa medium C. de fil. fam. minor. vbi
Caſtr. & Com. idem probat Afflict. ſuper Con-
ſtit. Regni lib. 2. rubr. 38. ſub nu. 18. Caſtr. conſ.
52. circa finem lib. 2. & ita ſtatuiſſe Rotam Ro-
15 manam teſtatur Ludouiſ. deciſ. 120. nu. 7. cum
duob. ſequ. quem ſequitur Gracian. cap. 108. n.
41. lib. 1.

Filius enim fideiubendo pro patris ex car-
ceratione, vel ad cerceratione euitandam
dicitur exercere officium pietatis cum libera-
tio carceratorum ſit cauſa pijſsima l. ſi quis pro
16 redemptione C. de donat. Rota deciſ. 63. nu. 5.
par. 2. in nouiſſ. quo caſu excluditur à beneficio
17 reſtitutionis Bald. in l. fin. C. ad leg. Falcid.
Odd. de reſt. in integrum quæſt. 23. art. 12.

Dicitur enim tunc fideiubere in caſu in quo
18 quilibet diligens homo fideiuſsiſſet, & ſic lo-
cũ non habet reſtitutio rex. in l. fin. C. de reſtit.
in integrum Ludouiſ. dicta deciſ. 120. num. 13.
& Grac. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 118. n. 41. cum
ſeq. poſt Salic. in l. exigendi nu. 14. C. de procu-
rat., & Riminald. ſen. con. 77. nu. 16. lib. 1.

Hinc elicitur per DD. quod non ſuccurritur
mulieri per Vellei., quando ſe obligauit pro
19 cauſa concernente pietatem Roman. in Auth.
ſimiliter C. ad l. Falcid. Calcan. conſ. 13. col. 2.
verſ. primo quia, Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ
priuil. 113. & in ſpetie pro liberando viro quod
mulier non iuuetur Vell. ſcribit Rimin. iun. d.
conſ. 77. num. 16. lib. 1., & facit l. quamuis ff. ſo-
lut. matr., vbi habetur, quod valet obligatio
20 mulieris pro redimendo e uinculis aliquem ex
ſuis neceſſarijs; Ergo multo magis pro viro,
21 qui dicitur, vna caro cum vxore, Grac. d. cap.
108. num. 23. & 24. dummodo tamen non rema-
22 neret indotata mulier, ſed dimidia pars do-
tis adhuc ſibi ſupereſſet Ceual. quæſt. 127. nu.
3. Gracian. vbi ſupra nu. 13.

Quinimo filium renuentem liberare patrem
è carceribus poſſe exheredari, ac ſi ex captiui-
23 tate, patrem nõ redimiſſet tradit gloſſ. in cap.
quintaual. verbo exheredaret in fine C. de iu-
re iurando, & ſecundũ eam iudicauit Rota de-
ciſ. 63. in princ. & nu. 8. part. ſecunda in nouiſſ.,
quam ſequitur Gracian. d. cap. 108. n. 6. Etenim

pro

24 pro redemptione patris etiam inuitis filijs alienari possunt bona §. si quis de prædictis in Auth., vt cum de appell.cognoscitur Franc.decis. 190. per totum.

Neque sola reuerentia quæ debetur per filios

25 patri sufficit ad probandum metum Felin. in cap.causam il 1.num.3.vers.tamen istis non obstantibus de officio deleg., Quia metus reue-

26 rentialis esset probandus Bald.in cons. 62. incip, facta super quibus num. 1 lib. 1.Crau. cons. 113.nu.13 quos sequ Grac.d.cap.108. nu. 51., & scribit Ludouis.alleg.decis. 120.n.22.quidquid sit in vxore,& in puella, in quibus facile considetatur huiusmodi reuerentialis metus,quan-

27 do ad renuntiationes deueniunt patre, siue marito instante, vt subijcit Gracian. loco relato nu.52.& 53 Thesaur.d.quest.famil. 51.nu.5. lib.1.quinum.14. & 15.scribit probandum dici

28 reuerentialem metum.si ante renuntiationem vel obligationem protestatus est filius, vel vxor.

SVMMARIA.

1 *Vicaneus, vel Ciuis detineri non potest pro debito alterius vicanei, vel Ciuis.*

2 *Quod vniuersitas alicuius municipij debet, singuli de ipsa vniuersitate non debent nu. 4.*

3 *Repr.saliæ sunt prohibitæ, sed tantum admittuntur contra exteros aduersus quos ius nõ potest obtineri.*

5 *Diuites habitantes non tenentur nisi pro rata collectarum.si vniuersitas, & alij reliqui habitantes essent sint non soluendo nu. 8.*

6 *Soluta portione onerum, singulares personæ detineri non possunt pro debito communitatum.*

7 *Collectarum debitum non à singulis, sed tanquam ab vniuersis exigitur.*

9 *Decretum Senatus, ne soluta portione onerum, molestetur quis pro debitis vniuersitatis.*

10 *Non.tum Const.prouisio in eadem materia.*

Vicaneus, vel ciuis non potest detineri pro debito alterius ciuis, vel Vicanei. Cap. IL.



Imperator Zeno animaduertens; quod exequtores Reg collect. sepetàm Ciues, quàm Villicos detinebant pro debito alterius Villici, vel conciuis, grauamini huic prouidere volens tanquam oneroso, & odioso na-

1 turali AEQVITATI statuit in l.vnica C.vt nullus ex Vicaneis lib. 11. ne Vicaneus detineri possit pro alio Vicaneo. Quod enim vniuersi-

2 tas alicuius municipij debet singuli de ipsa vniuersitate non debent l. sicut § 2. ff.quod cuiuscunque vniuersit. & not. Luc. de Penna in d.l. vnica sub nu.1.C. vt nullus ex Vicaneis lib. 11.

Quia hoc pacto represaliæ fieri quodammo-

3 do dicerentur, quæ prohibitæ sunt intra loca vnius eiusdemque iurisdictionis, sed tantum conceduntur contra exteros, aduersus quos ius obtineri non potest, non contra subiectos, vt subijcit Luc.de Penna sub d.num.1.vers.Prohibeo autem & nu.2.

Sicut enim personę singulares non tenentur

4 pro debito Vniuersitatis Cap.Romana de sententijs excom. lib 6. Adeout si maior pars vniuersitatis effecta sit non soluendo reliqui diuites existentes vltra debitas ratas earum

5 in collectis soluere de AEQVITATE non compellantur, Luc. de Penna vbi supra nu.8. vbi per hanc sententiam extare AEQVITATEM scribit; licet pro contrari iuris subtilitas vigeat; Ita pro debito vniuersitatis soluta portione

6 sibi spectante detineri singulares personæ de AEQVITATE nõ possunt Luc. de penna dicto loco sub nu.3.vers.circa personas, Quia debitum collectarum, non à singulis, sed tanquam ab

7 vniuersis exigitur vniuersitas quæ et in vno residere dicitur etiamsi tota defficeret d. l. sicut ff. quod cuiuscunque vniuers. Lucas de Penna dicto nu.8.

Præterea certum,est vt supra asseruimus,conciuem siue Vicaneum pro altero Vicaneo non posse prægrauari toto tir.ne vxor pro marito,

8 & ne filius pro patre, cũ id Diuinæ legi resistat, de quo Ezechiel cap 18. latiss. Costa de port. ratæ quæst.158.nu.9.

In hoc autem Dominio solet etiam Senatus Indemnitati, soluentium onera prouidere per

9 litteras patentes, quibus prohibetur quibuscunque iudicibus & exequtoribus,vt soluente supplicante eius contingentem portionẽ onerum, non permittant ipsum molestari pro de-

10 bitis Communitatis. Quod etiam cauetur in No.Const.tit.de oneribus § quod sane remedium hoc tempore frequentiss. exquiritur ob multum ęs alienum.quod contraxerunt omnes Communitates huius Dominij causa retroacti belli, nec illud sanare valent. Bene verum est difficilimè his temporibus seruari conclusionẽ supra firmatam; Cum quotidie detineãtur singulares personæ pro debito vniuersitatum; etiamsi portionem onerum soluerunt, maximo cum subditorum detrimento, & iactura.

SVMMARIA.

1 *Debitor non liberatur, nisi soluendo creditori aut de eius voluntate.*

11 *Declaratur.*

2 *Debiti solutio facta Domino quæ seruo fieri ex stipulatione debebatur non parit liberationem debitori.*

3 *Debitor compulsus soluere Fisco; vel alæ personæ loco creditoris non dicitur liberatus.*

4 *Iniuria facta debitori non debet obesse creditori.*

18 *Distinguitur inter iniuriam factam intuitu debitoris, aut creditoris nu.86.87 & 88.*

5 *Debitor dicitur liberatus, si soluit tertio iussu Iudicis, vel Principis.*

6 Ini-

6 *Iniquum est eum impunè non soluere, quem Princeps inuitum soluere cogit.*

7 *Debitor iterum de AEQVITATE non debet soluere, quod semel inuitus soluit.*

8 *Debitor dicitur coactus soluere à Principe, vel Iudice in odium creditoris, & consequenter ei nocere non debet.*

9 *Iniuria facta debitori per iudicem, qui in odium creditoris processit ipsi creditori, est imputanda.*

10 *Notitia debet dari per debitorem de iussione sibi à iudice facta, aliter diceretur spontè facta solutio nu. 68. & 71.*

11 *Contrarium.*

12 *Differentia inter debitorē morosum, & alium coactum soluere, quia primus non liberatur soluendo de iudicis mandato, secundus vero sic num. 85.*

14 *Contrarium.*

13 *Mora consideratur in debitore tantum post interpellationem, vel petitionem commissam, non autem per lapsum diei nu. 87.*

167 *Contrarium quod etiam per lapsum diei consideretur num. 170.*

15 *Mora debitoris, & ex actio in odium creditoris simul compensanda sunt.*

16 *Compensatio datur à dolo ad culpam inter debitum morosum, & odius creditoris.*

17 *Culpa vltima creditoris praeponderat praecedenti culpae debitoris.*

18 *Culpa creditoris sublata, idest quod ex illius odio creditum fuerit exactum, morosus debitor non dicitur liberatus per solutionem iussu iudicis factam.*

38 *Contrarium num. 86. 87. & 88.*

19 *Culpa creditoris sublata, solutio huiusmodi adscribi debet casui fortuito.*

20 *Mora si praecessit casū fortuitū & ideo tenetur morosus.*

22 *Michaelis Angeli Caccia Sen. Amplis. honorifica mentio.*

23 *Marci Antonij Montis Senatoris Amplis. laus.*

24 *Fr. Pauli Plumeni Quaestoris laus.*

25 *Sententia D. Senatoris Belloni contra creditores.*

26 *Mora debitoris sublata pecuniae creditoris non peruenissent ad manus tertij n. 89.*

27 *Appellatio non suspendit in causis executiuis ex natura debiti censualis de quo in publico instrumento.*

28 *Instrumenta habent paratam executionem, vbi sunt omnino habita liquida, neque illis aliquid opponitur, quod rem valdè dubiam reddat.*

29 *Appellatio non datur in causis executiuis.*

30 *Appellationi locus est, vbi sententia infert grauamen.*

31 *Negatio hominis, aut exceptio nō reddit rem dubiam.*

29 *Confiscatione secuta tuto soluit debitor confiscati Camerae confiscantis, & dicitur liberatus.*

30 *Principis assertione probatur confiscatio, maxime vbi alia concurrant adminicula num. 31. ac 51.*

32 *Debitor non tenetur disputare super validitate confiscationis creditoris.*

33 *Confessio sola non probat solutionem, vbi non constat de reali numeratione num. 100. & 101.*

34 *Census capitale inuito censuario non potest exigi n. 47.*

35 *Confiscatione probata debitor qui soluit liberatus dicitur.*

36 *Factum Principis nocere debet creditori in cuius iniuriam coactus fuit debitor soluere.*

37 *Quod procedit licet quis esset debitor generis, & quantitatis.*

38 *Mora debitoris coacti adsoluendum tertio, non dicitur ordinata ad casum nu. 86. 87. & 88.*

39 *Factum Principis, cui resisti non potest, censetur in quacunque promissione etiam iurata, exceptum.*

40 *Obligatio in specie respectu facti Principis in iniuriā creditoris est inualida nu. 43.*

41 *Contrarius & nu. 90. 91. & 93.*

42 *Casus valdè insolitus non comprahenditur sub facto Principis, cui fuit incontractu renunciatum nu. 43. & 93.*

44 *Pactum continens renunciationem facti Principis dicitur repugnare natura census, cum emptor per hoc pactum velit euitare omne periculum.*

45 *Debitor protestando, & certiorando creditorem dicitur omnia fecisse, quae in ipso erant ut ad solutionem compelleretur nu. 69. & 73. cum sequ.*

46 *Quando exactio facta non dicitur in odium creditoris.*

48 *Capitale census sublato, siue soluto, non possit census praestari.*

50 *Principis assertio probat tamsi de facto proprio quā si de alieno agatur nu. 51. ac nu. 57.*

52 *Saltem quoad transferendū onus probandi contrariū.*

52 *Principis intentio dicitur fundata super enunciatis ab eo nu. 53. & 56.*

54 *Principis assertio non probat, quando agitur de interesse Principis, & de tertij pro indicteo.*

55 *Contrarium verius in notorio facti permanentis.*

58 *Confiscatio non extenditur extra teritorium, saltem ad commodum confiscantis.*

59 *Debitoris persona attenditur in confiscatione, sed creditoris, cū agatur de iuribus ipsius ossibus infixis.*

60 *Statutum loci creditoris attenditur in successionibus.*

61 *Credita possunt exigi in loco originis ipsius creditoris, siue de iure, siue de facto.*

62 *Confiscatio comprahendit nomina debitorum existentia extra teritorium, quando possunt exigi in loco originis ipsius creditoris.*

63 *Confiscatio trahitur ad bona mobilia existentia extra teritorium cum ipsa sequi soleant personam.*

64 *Census capitale, licet solui non possit ab inuitis, potest tamen spontè solui.*

65 *Coactio probatur ex praeceptis paenalibus intimatis, siue factis nu. 76. distinguitur nu. 77.*

66 *Exactio quod facta sit à debitore in odium creditoris, censetur, si pecuniae exacta sint tanquam pecunia creditoris num. 67.*

70 *Debitoris carceratio est probatio probatissima solutionem coactam fuisse.*

71 *Oblata sponte a solutio facta per debitorē, excludit postea coactionem.*

72 *Coactio subsequens attendi debet, etiamsi prius debitor obtulisset spontè soluere.*

73 *Coactus non dicitur soluere, qui soluit capitale census, quod nisi volente debitore solui potest.*

75 *Debitoris denunciatio ad illius extusationem non est necessaria vt sit creditori.*

78 *Praeceptum Tiranni, siuè Principis procedentis de facto,*

facto, siue generale, siue particulare inducit iustum metum, siue coactionem.

79 Præceptum Tiranni sufficit ad probandum quod quis coactè soluerit.

80 Census capitalis Dominus non potest dici creditor, cum illud non possit exigere à censuario inuito.

81 Census capitalis Dominus dicitur creditor sub conditione non purè.

82 Creditor sub conditione, venit appellatione creditoris in materia indifferenti.

83 Crediti sub conditione exactio facta per alium, dicitur dupliciter iniusta.

84 Exactionis iniustitia, nunquam impedit liberationem debitoris.

89 Morosus debitor tenetur de interitu speciei post moram, nisi interierit facto, vel culpa creditoris.

92 Pactum continens Principis factum, sæpe fit respectu euictionis rei obligatæ non respectu capitalis census.

94 Fortuitum casum in se suscipiens non præsumitur intellexisse de casu adeo extraordinaria ex facto creditoris orto, vel in eius odium n. 95.

95 Expressio specialis requirit casus, qui ex culpa creditoris, vel in illius iniuriam euenit n. 96.

97 Promittens aliquem non molestare sub certa pœna si postea illū molestat facto suo non incidit in pœnam.

98 Debitor coactè soluens creditori dicitur liberatus.

101 Confessio facta à ius non habente non probat nu. 102.

103 Confessio facta à Tiranno non probat veram solutionem.

104 Confessio de recepto probat solutionem regulariter.

105 Confessio nuda non probat, vbi adsint suspiciones, siuè coniecturæ fraudis nu. 106

107 Confessio de recepto concurrentibus coniecturis probat realem numerationem. Vt qualitas personæ confitentis, vt Princeps nu. 108.

109 Iuris via, & facti via in simul concurrere non possunt in eodem facto.

Sed contrarium explicat Dec. cons. 25.

110 Confiscatio, siuè publicatio, iniusta æquiparatur non publicationi.

111 Debitor solutione non liberatur, vbi solutio fit à sciente iubentem esse Tirannum.

112 Confiscatio, vbi re vera secuta non fit, sed ad exigendum pecunias ea vtitur fortè Princeps, non dicitur tunc exactio fieri in odiū, & iniuriā creditoris, sed in iniuriam debitoris. Quod reprobatur.

113 Exactio quæ non in iniuriam alicuius fit à tertio non liberatur debitor quantitatis.

114 Debitor, qui soluit virtute confiscationis non dicitur liberatus, nisi illi constet de confiscatione per documentum in publica, & authentica forma; & quod ritè, & solemniter lata sit num. 116. Idest circa rectitudinem num. 117. & 122.

115 Intelligitur tamen hæc conclusio, quando debitor soluit non coactus.

117 Iustitia, vel iniustitia sententiæ, idest meritorū continet semper iniuriam creditoris, iustitia vero, vel iniustitia ritutidinis potest continere deceptionem, & iniuriam debitoris.

118 Fiscus vtens titulo confiscationis non procedit, vt Princeps, nec vt Tirannus.

119 Debitor soluendo Fisco fingentis se creditorem cum non sit non liberatur nu. 120.

121 Contrarium probat Decius.

123 Principis assertio quantum probat confiscationem, tamen non probat ritè, & solemniter latam nu. 124.

125 Principis assertioni statur, donec contrarium probetur.

126 Principis tota sui potestate supplere non potest citatis non partis, & ritutidinem confiscationis.

127 Principis assertio non probat confiscationem, vbi coniecturæ adsint contra eam.

128 Principis assertio non probat, vbi de proprio commodo agitur.

129 Principis assertio neque etiam præsumptionem facit, vbi agitur de tollendo iure tertij.

130 Maximè si hominem læditur causa delictis nu. 131.

132 Distinguitur inter bona allodialia, & feudalia, quia in his facilius probat Principis assertio.

133 Notorietas non causatur ex sola assertione Principis dicentis rem notoriam nu. 134.

135 Principis assertio in feudalibus non probat nisi constet de facto, de sententia ritè, & rectè lata, & cum causæ cognitione nu. 136.

137 Occupatio notoria status non probat confiscationem secutam contra primum Dominum status.

138 Sententia requiritur pro forma priuationis, videlicet confiscationis declaratio.

139 Accidentalis, aut particularis Subiectio non consideratur in materia confiscationis.

140 Principis assertio facta cum consilio Procerum probat nu. 141.

142 Præsumptio trahi nequit ad confiscationem ex subscriptione facta à consiliarijs scripturæ in qua fit mentio confiscationis, quia ad validitatem obligationis facta est subscriptio.

143 Subscriptio simplex contrariorum non probat nisi interuenit causæ cognitio.

144 Enunciatiua verba continentia confiscatione in cedula subscripta à consiliarijs continere etiam debent causam confiscationis, vt probent.

145 Subscriptio consiliariorum probat quoad ius idest circa iustitiam confiscationis non circa factum.

146 Insolita cautio arguit suspicionem simulationis num. 162.

147 Confiscatio pertinet ad Fiscum loci, vbi sita sunt bona, quando facta est ex causa quæ confiscationem pareret in alijs etiam locis.

148 Ius accrescendi non datur inter Fiscos.

149 Metus possibilis non attenditur, sed tantum actu illatus.

150 Necessaria ea non dicuntur, quæ originem habent volontariam.

151 Præceptum non potest vim inferre nisi pœnale, & sub graui pœna.

152 Contrarium verius.

153 Præceptum non dicitur graue, si ad decimam partem debiti cautum ascendit.

154 Offerens parere præcepto sibi facto non dicitur coactè facere.

155 Debitor solutione facta tertio non liberatur si debitū propalauit, ex qua propalatione creditor fuit priuatus eius credito.

156 Con-

156 *Confessio simplex de recepto facta, siue à priuato, siuè ab officiali, siue à Principe non probat solutionem verum num. 157.*

158 *Fideiubens pro solutione tantum facit, ac si solueret.*

159 *Debitor ob dolum præsumptum, siue velatum non dicitur in bona fide per solutionem factam tertio, nec idcirco liberationem consequitur.*

160 *Dolus præsumptus cessat in debitore, vbi antè solutionem omnia denunciauit creditori.*

161 *Collectio debitoris cum tertio, impedit liberationem debiti ob solutionem factam tertio in præiuditium creditoris.*

163 *Debitor non dicitur liberatus si sponte notificauit, & obtulit; item si cum parte lucri, & demum si simulatè soluit.*

164 *Debitor liberatur etiam si soluit priuata persona iussu superioris.*

165 *Debitor vbi regressum habere potest pro solutione facta, non dicitur liberatus in præiudicium creditoris.*

166 *Conclusio hæc procedit etiamsi solutum fuisset Tiranno.*

168 *Mora non releuat debitorem etiamsi creditor vere fuisset confiscatus.*

169 *Iuramentum semper interpellat, & in mora constituit debitorem.*

171 *Debitor soluendo tertio, ita demum liberatur, si nulla culpa in eo cadit.*

Debitor qui iussu iudicis soluit Tertio, dicitur liberatus, nec vlterius tenetur versus creditorem.

Cap. L.

1 NON liberari debitorem, alio quam
creditori soluentem præter ipsius
volontatem decidit tex. in l. Inuito.
2 C. de solutionibus. Quod enim ex
stippullatione dandum est seruo non contingit
liberatio si Domino soluatur, nisi volontate
serui detur l. Stichum §. vsufructu ff. de solut.,
Vnde ex hoc infertur, quod si debitor est com-
3 pulsus soluere Fisco, vel aliæ personæ non dici-
tur liberatus l. creditor oblatum ff. de solutio-
nibus, & l. soluendo ff. de negot. gest. cap. sua,
vers. prętextu, de decimis; Iniuria namque facta
4 debitori non debet obesse creditori l. si seruus
pluries §. 1. ff. de leg. 1. & l. fin. § si à socio ff. quæ
in frand. credit. Luc. de pænna in l. vnica nu. 15.
C. vt nullus Villicus lib. 11. faciunt, quæ scribit
Bertazol. cons. 268. nu. 2. cum sequ., & cons. 269.

Accedente tamen Iudicis, vel Principis ius-
5 sione liberatus dicitur debitor, qui tertio soluit
l. si stippulatus §. si Lãcem. ff. de solut: & l. 1. § si
pecuniam in saculo ff. de positi Bart. in l. credi-
tor ff. solut.

Quæ sententia de AEQVITATE procedit,
6 cum iniquum sit eum impunè non soluere, quẽ
Princeps inuitum soluere cogit l. quæ autem §.
apud Labeonem ff. quæ in fraud. credit. Quia de
AEQVITATE debitor iterũ non debet solue-
re, quod semel inuitus soluit, Thesaur. Iun. qu.
famil. 54. sub num. 4. vers., cuius tamen dicta
lib. 2.

In odium enim creditoris coactus soluere,
8 tunc dicitur debitor, & consequenter ei nocere
non debet tale odium l. liberto §. Lucius ff. de
auro leg. l. æquissimum ad l. Raod. de iacturis,
Luc. de penna in d. l. vnica nu. 6. per totum C. vt
nullus Vicaneus lib. 11. qui subijcit quod iniu-
ria facta debitori per Iudicem, qui in odium
9 creditoris processit ipsi creditori est imputan-
da l. nam & seruius ff. de negot. gest.

Conclusionem istam in puncto firmarũt Me-
noc. de arbitr. casu 137. nu. 10. Afflic. decis. 150.
num. 25. Thesaur. d. qu. 54. per totum par. 2. &
Gutier. lib. 2. pract. qu. cap. 113. nu. 8. Fontanell.
de pact. nupt. lib. 1. claus. 3. gloss. 2. num. 42. cum
tribus seq Gram. decis. 285., idem probat Gra-
cian. lib. 4. discept. forẽs cap. 636. n. 2. Vbi tamẽ
10 limitat. conclusionem, quando processit inhi-
bitio alterius iudicis, tunc antequam fiat solu-
tio debet dari notitiã, & ad cuius instan. trans-
missa fuit inhibitio aliter diceretur spontè fa-
cta solutio per Ruin. cons. 147. in fine lib. 1.

Auctoritates vero in contrarium adductæ
procedunt, tum quando debitor spontè soluit
11 Secus autẽ si coactus à Iudice vt supra fuit pro-
batum, & habetur in l. in fraudẽ §. qui pro alio
ff. de iure Fisci, & in Auth., vt non fiat pignus
§. 1. Luc. de Penna d. nu. 6. circa finem, tum de ri-
gore iuris secus de AEQVITATE iuribus ad-
ductis.

Et licet distinguant DD. inter debitorem
morosum, & alium, qui ante diem fuit coactus
12 soluere, vel saltem statim maturato termi-
no Scrib. in l. creditor ff. de solut. & in l. Pau-
lo calimaco §. fin. ff. de leg. 3. quos seq. Menoch.
cons. 2. & cons. 68. num. 12. & dicto casu 137.
nu. 10. Crass. de except. except. 25. nu. 75. Quàm
tamen moram tantum considerandam esse tra-
13 dit Thesaur. d. quæst. 54. sub nu. 4. vers. & cum
de mora; Quotiescumq; commissa est post in-
terpellationem, vel petitionem non autem eam
moram, per lapsum diem, de qua in l. magnam
ff. de contr., & comitt. stipull.

Attamen Indistinctè procedere conclusionẽ
ipsam vt liberatus censeatur debitor, qui solue-
14 re fuit coactus in odium creditoris probat
Ruin. cons. 116. lib. 5. Apostill. ad Dec. cons. 25.
in indiuiduo Afflic. decis. 150. num. 23. cum seq.
plur., Vbi concludit debere Iudicem Aequo
suæ mentis oculo ponderare moram debitoris
15 ex vna parte, & exactionem in iniuriam credi-
toris ex altera; Quia simul compensandæ sunt,
si casus superueniens post moram debitoris,
venit ex culpa creditoris; Tunc enim datur cõ-
16 pensatio à dolo ad culpam l. si ambo vbi Castr.
ff. de cõpensat. Vltimaq; culpa creditoris præ-
17 ponderat pręcedenti culpę debitoris l. si seruus
§. se-

5 sequitur ff. de verb. oblig. & l. si per emptorē ff. de action. empt. Castiglioneus conf. 1. num. 2. Gutier. d. qu. 113. num. 12. lib. 2. Gabr. de solut. conclus. 11. num. 29. & 30., Fontanella de pact. nunt. clauf. 3. gloss. 2. nu. 45. & seq. pat. 1.

Sublata autem culpa creditoris, idest quoad
18 ex eius odio, vel inuidia creditum fuerit exactum; morosus debitor non diceretur liberatus, vt distinguit Afflic. dicta decis. 150. num. 31., & probat Thesaur. alleg. qu. 54. nu. 4., Tunc enim adscribi debet huiusmodi exactio fortuito ca-
19 sui; Adeout si mora illum præcesit de eo teneretur morosus l. si ex legati ff. de verb. oblig. Afflic. vbi supra n. 32., id quod inti & AEQVITI conuenire tradit Thesaur. dicto num. 4. vbi scribit; Quod si debitor soluisset, creditor non
20 fuisset priuatus facto Principis, vel alterius potentioris.

Et licet indistinctè loquatur Thesaur., secundum tamen Afflicti opinionem indicasse Senatum Pedemont. testatur sub nu. 5., dum absoluta fuit quædam Communitas quę coacta soluerat debitum in creditoris odium etiamsi, id
21 ipsi creditori Forensi non denunciasset Communitas, quæ etiam erat in mora.

Cum autem superioribus annis euenisset casus consimilis; dum post amissionem Ciuitatis Vercellarum oppugnatæ ab exercitu Potentissimi Regis nostri occupatis per Serenifs. Sabaudiæ Ducem Oppidis Bruneti, & Leuci in partibus Langarum infeudatis Comiti Viriæ, dictæq; Communitates debitrices essent ex causa census annui de satis notabili pecuniarū summa versus Comitem ministriq; dicti D. Ducis coegissent ipsas Communitates adsoluendum Duc. Cam. non solum debitos annuos census maturatos; etiam illorum capitale, eo sub prætextu, quod bona Comitis fuissent per dictam Ducalem Cam. confiscata, Restitutis dictis Oppidis, vigore pacis innitæ cum S. R. C. M. mediante restitutione Ciuitatis Vercellarum, & multorum aliorum Oppidorum facta ipsi D. Duci Motoq; Iudicio per Comitem circa dictas Communitates coram Reg. Cap. Iu st. Mediolani Delegato ab Excellentiss. Ducæ Feriæ huius Dominij moderatore obtinuit, Comes præceptum executiuum circa dictas Communitates, quæ ab eo appellationē interposuerunt, delegataq; causa ipsa per eandem S. E. Amplissimo D. Senatori Bellono, coram quo pro Comite patrocinabantur Præstantiss., & Eruditissimi I. C. D. Michael Angelus Caccia
22 postea Reg. Quæstor extraord. Redd. huius Dominij, mox Amplifs. Senator creatus, & D.
23 Marcus Antonius Motius, cuius singularis virtus suppler ætatem, mox Reg. Fisc. deinde Amplifs. Senator, & ipse electus. Et pro Cōmunita
24 te Consultifs. & Doctifs. I. C. D. Pe. Paulus Flamenus, nūc Reg. Quest. extraord. redd. Qui post hæc scripta Amplifs. Senator fuit creatus. Pro quibus Communitatibus nonnulla fundamenta, & ipse subiecei excitatisq; dubitationibus de quibus infra, & ex quibus per multi alij articuli excutiuntur.

Motiuum Amplifs. Senatoris Belloni.



AGENDUM est in primis in causa inter D. Comitem Viriæ, & Vniuersitatē Pruneti, & Leuci, de tollenda suspensione præcepti executiui concessi ab Egr. Capitaneo Iustitię, vt mandat Sua Excellentia suo decreto anni 1620. proximè præteriti diei 29. Decembris, & Senatus antea nimirum die 18. Iulij eiusdem anni rescripserat Prætori Mediolani.

Ante omnia igitur cognoscendum, an appellatio interposita à concessione præcepti operetur suspensiuum, an verò deuolutiuum tantum, & videbatur suadere, tam formula delegationis quam modus procedendi, & natura causæ, & debiti, de quo instrumentis publicis
27 cum clausulis amplissimis executiuis constat, vt appellationi non sit locus saltem respectu effectus suspensiui. Verum cum exceptiones dictarum Vniuersitatum primo adspectu rem valdè dubiam reddant, appellationi erit deferendum quo ad vtrumque effectum. Habent enim similia instrumenta paratam executionē,
28 vbi sunt omninò debita liquida, neque illis aliquid opponitur, quod reddat rem obscuram. Surd. decis. 27. & conf. 358. num. 12. Stephan. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 507. vbi con-
29 cludunt in executiuis nō dari appellationem. Quod accipiendum, vbi agitur de executione
30 debiti liquidi. Et vbi sententia infert grauamen, semper locus est appellationi. Gratian. discept. forens. 76. num. 8.

Examinandum igitur, an exceptiones dictarum Vniuersitatum sint huiusmodi, ex quibus colligatur manifestum grauamen, vel an saltem reddant rem dubiam, vt locus esse possit ap-
31 pellationi, neque enim omnis negatio, vel exceptio id efficit. Hoc pendet à discussione meritorum, cuius causa delegata fuit per S. E. die 12. Iunij 1620. post interpositam appellationē.

Primo igitur Vniuersitates prædictæ allegāt secutam esse cōfiscationem D. Comitis, & ideò solutione facta Serenissimo Duci se liberatas
29 fuisse. Menoch. de Arbitr. cas. 137. num. 3. Hoc loco illud primo venit in disceptationem, an confiscatio secuta sit.

Secundo. An solutiones reuera sint factę.

Tertio. An probatis solutionibus, & confiscatione sequatur liberatio. Quo ad primum probatur præcipuè confiscatio assertione Prin-
30 cipis, cui an sit credendum passim disputant Doctores, vt videre est apud Laderch. cōf. 145. num. 2. Mascard. de probat. concl. 1223. Videtur autem hoc casu adhibendam esse fidem
31 Principis attestationi cum alia concurrant adminicula, & bellum secutū, & oppida illa capta

fua-

fuadeant pariter fecutam effe Comitis confifca-
tionem. In hanc fententiam plura congefsit
Bardell. conf 101. num. 75. Non debuerunt igi-
32 tur Communitates debitrices difputare fuper
validitate confifcationis. Menoch. dicto cap.
137. num. 5.

Circa fecundum videntur fatis probatæ folu-
tiones; non folum ex præfumptionibus vehe-
mentifsimis, fed etiam ex ipfis confefsionibus;
33 itá vt de illis non fit dubitandum. Et licet con-
fefsiones folæ non probent. Afflict. decif. 150.
num. 28. Menoch. d. caf. 137. nu. 16. tamen hoc in
cafu apparet de reali numeratione ex multis.

Tertium caput duas habet infpectiones. Pri-
ma refpicit cenfus maturatos, qui debebantur
D. Comiti. Secunda refpicit ipfam fortem. Re-
fpectu cenfuum, quorum creditor erat Comes
confifcatus, folutio facta per Communitates po-
tuit illas liberare, at non perinde refpectu for-
34 tis, cuius creditor non erat Comes, eum ab in-
uitis Communitatibus non poffet exigere, arg.
l. debitor. ff. de verb fign.

Probata igitur confifcatione Communitates
35 debitrices funt liberatæ quo ad debita. Afflict.
& Menoch. locis iam citatis.

Sed vlterius fecundo loco Communitates eo
vtuntur fundamento, quod licet non effet fecu-
ta confifcatio, tamen factum Principis nocere
36 debeat ipfi Comiti creditori, in cuius iniuriam
coactæ funt Vniuerfitates ad faciendam folu-
tionem. Afflict. d. decif. 150. num. 8. 11. 25. 26.
Menoch. d. caf. 137. num. 10. Doct. in l. creditor
ff. de folut. l. Paulo Climacho ff. de leg. 3. Quod
procedit etiam iuxtà prædictos, licet effet quia
37 debitor generis, & quantitatis. Neque obftat,
quod fuerint in mora dictæ Communitates in
foluendo. Afflict. decif. 150. num. 8. Menoch. d.
caf. 137. num. 24. Rimin. Iun. conf. 46. nu. 26 quia
refpondetur hanc moram non effe ordinatam
38 ad cafum. Afflict. d. decif. 150. num. 8. vbi Vrfill.
in princ. decif. præterea negatur mora in facto.

Non obftat, quod fufceperint in fe dictæ Cō-
munitates omne periculum quorumcunq; cafuū
fortuitorum etiam ex facto Principis, quia re-
39 fpondetur factum Principis, cui refifti non po-
teft, cenferi in quacumque promifsione, etiam
iurata, exceptum, Gratian. difcept. forenf. 521.
num. 15. & 534. in fin. Immo vero prædicta obli-
40 gatio in fpecie refpectu facti Principis eft inua-
lida. Afflict. decif. 54. Ctau. conf. 233. num. 2.
Diffentiunt tamen ab fententia alij quampluri-
mi, vt fi excipiatur in fpecie via hoftium, & fa-
41 ctum Principis valeat exceptio, & obligatio.
Adrian. Neguf. quæft. 338. num. 15. & 16. immo
qui dicunt eam non tenere, loquuntur exprefsè
in illis cafibus, in quibus induceretur materia
delinquendi, vt quia effet contraueniendum
Principis facto. Quod in hoc cafu non contin-
git, & ideo dici poffet pro dictis Communitati-
bus illud facere, nam hic cafus eft valdè infoli-
42 tus, & de eo non eft credendum fuiffe cogitatū,
nec cōprehendi fub facto Principis, neque enim
fenferunt contrahentes de hoc facto Principis,
43 feu potius de hac vi hoftium.

Non omittitur hoc pactum repugnare aliquo
44 modo naturæ ipfius cenfus, cum emptor per
hoc pactum velit euitare omne periculum, Thef.
quæft. forenf. 35. lib. 1.

Accedit prædictis, nam Communitates fe-
cerunt denunciationes, & omnia præftiterunt,
quæ in ipfis erant, ne ad hanc folutionem com-
45 pellerentur. Menoch. d. caf. 137. num. 18. & 19.
Immo verò ea etiam præftiterunt ad quæ non
tenebantur. Neque videtur poffe dubitari de
vi illata ex pluribus, quæ fuerunt allegata pro
dictis Vniuerfitatibus.

Verum, quod dixi in prima exceptione dicta-
rum Communitatum, poteft in hac fecunda re-
peti, nimirum nō poffe dici factam exactionem
46 debiti in iniuriam D. Comitis, cum illi non de-
beretur capitale cenfus, fed folum ficta iuxta
naturam illius contractus, per quem cenfus cō-
ftituitur fuper re immobili, & vēditur ipfe red-
ditus annuus, ita vt emptori folum redditus de-
47 beatur, non autem capitale. Redoan. de reb.
Ecclef. non alien. quæft. 17. cap. 27. num. 6. & 10.
Surd. confil. 162. Thef. quæft. 32. num. 9. lib. 1. nifi
dixerimus fatis dici factam hanc exactionem in
iniuriam Comitis. ex quo capitale erat funda-
mentum cenfuum, & eo foluto, & fublato non
48 poffunt cenfus præftari. Videtur præterea di-
cendum in hac delegatione non comprehendi
ipfum capitale.

Dat. Mediolani Calen. Iunij 1621.

Notam fac mihi Domine viam in qua ambulem.

PLenè fcriptum eft in hac caufa Communita-
tum Prunetti & Leuici per præftantifsimos
Aduocatos, tàm Taurinenfes, quàm Mediola-
nenfes, vixq; in ea aliquid afferri poteft, quod
non pridem antea fuerit etiam à Perill. D. meo
Senatore Bellono excitatum; vt mihi nullus
penè locus ad fcribendum fuerit relictus. Ali-
qua tamen, & ipfe addere conabor.

In facto præfupponitur, quod memoratæ Cō-
munitates anno 1611. crearunt duos annuos
cenfus, quorum alter fuit duplarum 37. cum di-
midia Hifpanicarum, qui fuit creatus per Com-
munitatem Leuici, & fuccefsiuè venditus D.
Comiti Vitiæ pretio fimilium duplarum 500.
Alter verò duplarum 32. qui fuit creatus per
Communitatem Prunetti, & eodem modo ven-
ditus eidem D. Comiti pretio fimilium dupla-
rum 400. Quas pecunias dictæ Communitates,
feù earum procuratores ibi realiter, & in præ-
fentia receperunt.

Præfupponitur quoq; quòd non multò poft
ortum eft bellum inter Serenifsimum Sabaudiæ
Ducem, & Potentifsimum Regem noftrum ob
res Montisferati, cuius occafione dicta loca
Prunetti, & Leuici fuerunt per dictum Serenif-

ſimum Ducem occupata; quò fermè tempore fuerunt etiã confiſcata bona d. D. Comitis, quicquid eius rei cauſa fuerit; fueruntq; exactæ omnes pecuniæ ad illum pertinentes in locis ſubditis dicto Sereniſsimo Duci, ſiuè de iure, ſiuè de facto, inter quas fuerunt exacti cenſus ad illũ vſq; diem non ſoluti per dictas Communitates, & cõ amplius capitale.

Duæ verò fuerunt factę delegationes per ipsũ Sereniſsimum Ducem in hoc propoſito, quarũ altera facta eſt ſub die 6. Decembris 1615. in D. Io. Vincentium Raynerium eius conſiliarium, & Senatorem, cui dedit in mãdatis, vt aſſumpto vno, qui partes fiſci tueretur, ſe conferret ad loca Curtismilij, Caſtini, Caſtiliolatum, Periochæ (quibus in locis illi relatum fuerat adeſſe debitores dicti D. Comitis, qui cum eo colludentes, occultabant pecunias illi debitas) & ad alia loca vbi fuiſſet opus, omneſq; præceptis pœnalibus, & areſtis, ac carcerationibus adſtringeret ad dictas pecunias propalandas, & ſoluendas, propoſito etiam notificantibus præmio decimę partis.

Altera fuit facta ſub die 12. Ianuarij anni 1616. in eius Theſaurarium generalem, cui ordinauit, vt ex illis duplis 900. capitalis dictorum cenſuum, quod erat penes ipſas Communitates, citrater ſolui Iacobo Parutiæ mercatori duplas 700. ad computum ſuorum creditorum, mandando dictis Communitatibus, vt promptè ſoluerent quicquid debebant, quia dicta ſolutione facta illas declarabat immunes, & liberas ab omni obligatione erga dictum D. Comitem.

In exequutione horum mandatorũ per vtrũq; fuit proceſſum contra dictas Communitates, & Delegatus quidem primo loco, habita ab hominibus dictarum Terrarum notificatione eius, quod debebant dicto D. Comiti, in primis omnes dictas pecunias in eorum manibus exiſtentes ſequeſtrauit, quod fuit ſub die 12. dicti mẽſis Decembris, mox illis iniunxit, vt illas ſoluerent: quam iniunctionem (noſtri dicerent præceptum) iterauit ſub die primo Februarij, illis denuò mandans, vt termino dierum trium ſoluerent; nedùm cenſus debitos, ſed ipſummet capitale ſub pœna aureorum 100. & item cum comminatione exequutionis realis, & perſonalis, etiam more militari. Qua in re nihil dictis hominibus pro fuit ſæpè allegare coram dicto Delegato, & in voce, & in ſcriptis, quod nõ poterant compelli ad ſolutionem dicti capitalis, ita diſponẽte bulla Sanctiſsimi Pontificis Pij V; nec proteſtari de iniuſtitia, & grauamine, & de habendo recurſu ad ſuam Celſitudinem (prout etiam habuerunt) de cuius mente non credebant, quòd illa fierent; quia idem Delegatus voluit inſiſtere in iniunctionibus iam factis; ordinans amplius, quòd niſi dicti homines ſoluiſſent ducerentur per milites ad Turrem Caſtri, vbi cuſtodirentur, & quòd aliter contra eos procederetur manuforti; quod totum factum eſt ſub die primo Februarij anni 1616.

Alter Delegatus, nempè Theſaurarius deputauit Commiſſarium, qui ſimili ferè modo proceſsit, & coram quo ſimiles exceptiones factæ ſunt, ita vt dicti homines eodem tempore à duabus partibus vrgerentur: hinc per dictum Cõmiſſarium, indè verò per dictum Delegatũ Raynerium. Cuius iudicij ille tandem fuit exitus, vt Prætor Pruneti fuerit in carcerem coniectus, in quo fuit cuſtoditus, quouſq; facta eſt ſolutio. Quæquidem facta eſt hoc modo. Duplæ 700. fuerunt ſolutæ dicto Parutiæ, iuxtà aſsignationem illi factam per Suam Celſitudinem, de quibus extat confeſsio ſcripta, & ſubſcripta manu propria dicti Parutię, & item manu dicti Delegati, & Notarij Cameræ. Aliæ duplæ 100. ſolutæ fuerunt in diuerſis vicibus Paſquino Baſtino Muſico Suæ Celſitudinis, conſtante pariter de ſolutione chitographo ab eo ſubſcripto. Et reliquum fuit ſolutum dictomet Delegato ad cõputum eius ſalariorum, vel honorariorum. Et hæc moleſtia fuit per dictas Communitates debito tempore denuntiata memorato D. Comiti in Ciuitate Sauonæ, qui nec pedem, nec verbum mouit, vt dictis Communitatibus opem ferret. His ſtantibus, illud venit in controuerſiam, an dictæ Communitates ſint liberatæ à dicto D. Comite, nec nè. In quo non eſt hæſitandum de bono earum iure, duplici potiſsimum fundamento.

Primò quia hic agitur de ſolutione facta occaſione confiſcationis ſequutæ in bonis dicti D. Comitis. Deinde quia dicta ſolutio facta eſt
coacte in iniuriam eius, vt vtrumq; probat Bart,
49 in l. creditor ff. de ſolut. quem ſequuntur ibi
communiter Doctores.

Neq; obſtat, quòd de ſententia confiſcationis
hic non conſtet, quia immò de ea conſtat ex aſ-
ſertione dicti Sereniſsimi Ducis; cui debet cre-
di; ſiuè dicamus in hoc agi de facto eius pro-
50 prio, ſiuè de alieno. Etenim ſi agitur de pro-
prio, res videtur ſatis expedita per tex. in clem.
1. de probat. qui procedit nedum in Papa, ſed
in omnibus Principibus ſuperiorem non reco-
gnoſcentibus, vt tradit punctualiter Socin. (lo-
quens de aſſertione Ducis Sabaudiæ in cauſa
cuiuſdam Theodori Rotarij) conſ. 4. num. 14.
lib. 3. Gabr. in tit. de probat. concl. 2. num. 13. &
51 ſeqq. Si de alieno, idem, quia D. Dux fundat ſuã
intentionem ſuper dicta confiſcatione dùm mã-
dat perquiri debitores dicti D. Comitis, & ab
illis exigi pecunias tanquam confiſcatas; quod
probat ad rem noſtram Crau. de antiq. temp.
part. 1. ſect. propoſitum noſtrum num. 15. & 16.
vbi pulcrè declarat, quando intentio Principis
52 dicatur fundari ſuper enuntiatis ab eo, Docto-
res paſsim in auth. ſi quis in aliquo C. de edeo-
do, vbi volunt diſpoſitionem d. authen. nõ pro-
cedere in Principe referente, cui dicunt credi,
licet non conſtet de relato. In ſpecie Purpur.
ibi num. 53. Cagnol. nu. 94. Rimin. Iun. conſ. 365.
nu. 4.

num.4. Bellon.conf.36. nu. 5. & per totum, qui
loquitur punctualiter de Principe referēte sen-
53 tentiam, cui dicit debere credi licet ea non ex-
hibeatur.

Et licet Doctores soleant limitare huiusce-
modi conclusiones, vt non procedant quando
agitur de intereſſe Principis, & de præiuditio
tertij, inferentes ideò, quòd Principi asserenti
54 aliquem commisiſſe delictum, ad effectum illum
priuandi feudo, vel alijs bonis, non creditur, vt
tenet in specie Isern. in cap. 1. in princ. ad fin. quo
tempore miles Dec. conf. 410. num. 7. vers. non
obstat, si dicatur, & conf. 544. num. 11. quod est
duplicatum conf. 606. num. 6. & 9. Crauet. de
antiq. temp. part. 1. in princ. num. 17 & pluribus
seqq. & conf. 993. num. 13. Boss. in tit. de Princi-
pe nu. 86. Decian. conf. 23. num. 6. lib. 1. Bursat.
conf. 128. nu. 7. & conf. 166. nu. 30. & præter hos
Seraphin. in decis. 965. nu. 9.

Non procedit tamen hæc limitatio in noto-
55 rio facti permanentis vt declarat Petr. Bell. de
militari part. 10. tit. 2. nu. 77. & seqq. Nec in his
quæ fuerunt enuntiata per Princip. in cum cons.
56 Procerum, vt decidit Capic. post Isern. in decis.
166. nu. 7. Gabr. in tit. de probat. concl. 2. nu. 34.
Genua de verbis enunc. lib. 2. quæst. 4. num. 27.
Quibus in casibus proculdubio nos versimur.
De confiscatione siquidem non potest dubitari,
cùm bona dicti D. Comitis, & nunc possidean-
tur ab ipso Serenis. Duce, & in causa fuerunt
productæ litteræ Ducales diei 8. Februarij 1616.
expeditæ in supremo Consilio dicti Serenissimi
Ducis, in quibus fit mentio de hac confiscatio-
ne.

Immò quod Principi asserenti semper creda-
57 tur et in præiuditium tertij saltē quo ad præsū-
ptionem quæ transfert onus probandi in con-
trarium, latè probat Menoch. conf. 100. nu. 29.

Non obstat secundò, quòd asserta confiscatio
non videatur hoc casu alicuius considerationis
ad fauorem dictarum Communitatum, cùm eæ-
dem non essent subditæ d. Serenis. Duci, & cō-
58 fiscatio non extendatur extrà territorium, saltē
ad commodum confiscantis, quodcumq; sit de-
lictum, vt prosequitur. Farinat. de delictis; &
pœnis quæst. 25. num. 94. & plurib. seqq. & con-
clusiuè nu. 101. Iam enim adhoc fuit responsum
per alios Præstantissimos Aduocatos, quòd de
dictis Communitatibus in hoc proposito debet
iudicari, vt de subditis, cùm eo tempore essent
subditæ ipsi Serenis. Duci iure belli. Vltrà quos
alio, & secundo modo respōdeo ego, quòd cùm
hoc casu ageretur de creditis d. D. Comitis Vi-
tiæ, & de iuribus infixis ossibus eius, non de-
buit attēdi persona dictarum Communitatum,
sed d. D. Comitis, vt subditi ipsi Serenis. Duci
59 per ea quæ tradit Salyc. in l. 1. in penult. col. nu.
14. vers. an autem iura C. de sum. trin. vbi hac
ratione ait in successionibus debere attēdi sta-
60 tutum loci creditoris, non autem debitoris, cū
creditum dicatur in bonis creditoris: quod
ipsum tradit Alex. conf. 31. nu. 5. & plurib. seqq.
lib. 1. quod est duplicatum conf. 111. lib. 4. vbi
loquitur de bonis vacantibus Fisco deuolutis
dicēs ad Fiscum spectare etiam nomina defun-
cti existentia extra territorium. Quæ opinio
cùm aliàs ex se certa sit & clara, non habet diffi-
cultatem, quando in loco originis ipsius credi-
61 toris eius credita possunt exigi, siue de iure,
siue de facto, vt hoc casu, vt resoluit Lap. alleg.
91. de quo Brun. in tract. quòd stant. masc. art. 8.
nu. 134. Tiraq. de retract. lignag. § 36. glos. 3. nu.
16. & seq. & ad rem nostram Peregr. lib. 5. de iure
Fisci tit. 1. num. 142. vers. contra verò, vbi tractās
hunc articulum an confiscatio compræhendat
62 nomina debitorum existentia extrà territoriū,
concludit, quòd sic, quando possunt exigi in lo-
co originis ipsis creditoris, siuè de iure, siuè de
facto, dicens dictum Lapi communiter teneri
per DD. Qua ratione concludunt etiam com-
muniter DD. quòd confiscatio trahitur ad bo-
na mobilia existentia extrà territoriū, cùm ipsa
63 soleant sequi personam, vt sentit in specie Bald.
in l. mercatores nu. 2. C. de comercijs, & merca-
toribus: de quo Alex. in dicto conf. 31. num. 5.
Farinat. de delictis, & pœnis quæst. 25. nu. 108.
vbi hanc opinionem communem attestatur.

Non obstat tertiò, quòd vbi dicta confiscatio
potuerit referri etiam ad credita ipsius D. Co-
mitis: non possit tamen prodesse dictis Com-
munitatibus quò ad capitale, quod non potuit
exigi à dictis Communitatibus inuitis, attenta
forma Bullæ Sanctissimi Pontificis Pij V., ità vt
hic videamur propriè esse in secundo casu Bart.
in dicta l. creditor, vbi agit de pecunijs exactis
de facto, à ius nō habentibus. Respondetur enim
quòd licèt dictum capitale non potuerit exigi
64 ab inuitis: potuit tamen sponte solui, (dato
quòd fuisset sponte solutum) cùm Fiscus Sabau-
diæ repræsentaret per omnia personam D. Co-
mitis confiscati, cui sine dubio potuisset fieri hæc
solutio, ità vt d. Communitates hoc casu dican-
tur liberatæ potius vi solutionis quàm exactio-
nis. Quibus ex omnibus constat memoratas
Communitates esse tutas, vel ex hoc primo fū-
damento, quòd contra dict. D. Comitem fuerit
sequuta confiscatio.

Quod pertinet ad secundum principale fun-
damentum dictarum Communitatum, quòd
ipsæ fuerint liberatæ, quia soluerunt coactè in
iniuriam dicti D. Comitis, res videtur etiam
65 clarior. De coactione siquidem constat ex præ-
ceptis pœnalibus illis factis, iuxtà traditionē
Bart. & Imolæ in dicta l. creditor in fin. de qua
Rom. conf. 167. nu. 7. Afflict. in decis. 150. nu. 16.
Boss. qui illam communem attestatur in tit. de-
bitores an delinquenti &c. nu. 3. Menoch. conf.
68. nu. 27. & Gutier. lib. 2. pract. quæst. cap. 113.
nu. 8. cum aliis, qui facilè possent allegari.

Quòd verò d. exactio facta fuerit in iniuriam
d. D. Comitis, vltrà quod cantat totus proces-
sus, in quo millies inculcatur, quòd illa exactio

H 2 fiebat

fiebat in odium dicti D. Comitis, ex eo etiam satis liquet, quòd pecuniæ exactæ à dictis Com-
66 munitatibus, fuerunt ab illis exactæ, vti debitricibus d. D. Comitis, & sic vt pecuniæ dicti D. Comitis; id, quod ponderant ad rem nostram Ruin. conf. 167. nu. 7. vers. ex quibus verbis manifestè patet lib. 4. Calcan. videndus conf. 113. n. 4. vbi considerat, quòd exactio in his casibus non potest videri facta in odium debitorum, quia
67 aliter omnes omnium debitores fuissent per Principem exacti Alciat. conf. 170. lib. 5. Rota Genuens. in decis. 33. n. 6. circa mediũ Menoch. in alleg. casu 137. nu. 10.

Neq; obstat quòd hic opponit D. meus Catia, slz. quòd immò dicta solutio fuerit facta spontè, cùm dictæ Communitates, seù earũ agentes interpellati ad propalanda debita, obtulerint semel, & iterum facere omnia ea, quæ fuissent è commodo Ducalis Fisci; quodq; debitor spontè offerens soluere, vel soluens non libere-
68 tur ad not. per Bald. in l. falsus num. 36. C. de furtis: de quo latè Iaf. conf. 26. nu. 8. verf. accedat lib. 3. Afflict. in dicta decis. 150. num. 23. & Menoch. de arbitr. iud. casu 137. n. 6. & 7. & conf. 68. nu. 5. Respondetur enim de dicta oblatione nullam habendam esse rationem in hac causa, cũ fuerit generalis, & facta potius ad captandam beneuolentiam Delegati, & Fiscalis, quàm ad alium finem, vt ex ea videri potest. Longè minus verò, quia si ea diligenter legatur, ea non fuit facta de soluendo, vt ex aduerso præsupponitur, sed de faciendis ijs, quæ fuissentè re Suæ Celsitudinis: quod intelligendum est in propalando debito, quod penes se habebant dicti homines, & de quo solo fuerant à Ducali Fiscali interrogati. Cuius rei fidem faciunt exceptiones ab eis propositæ ne soluerent, & eò amplius præcepta pœnalia ab illis expectata etiam pluries,
69 quo in casu rem tutissimam existimat Bofs. in allegat. tit. debitores an delinquenti nu. 3.

Amplius hic constat de carceratione, qua ni-
70 hil vrgentius adduci potest ad probandum solutionem factam coactè, & per metum, vt ponderat Bald. in dicta l. falsus num. 36. & Calcan. in conf. 113. in princ. & præter hos Bofs. in loco præalleg. vbi dicit hoc casu cessare omnem suspitionem.

Neq; obstat quod ex aduerso dicitur hec omnia fuisse affectata, & mendicata post oblatam sponte solutionem, sicq; ea nihil prodesse dictis
71 Communitatibus, vt respondit Iaf. in d. conf. 26 nu. 12. lib. 3. Gabr. vbi supra nu. 26. in 5. limit. & Menoch. in dicto conf. 68. nu. 4. & seqq. quia suppositum est falsum, quòd fuerit facta oblatio solutionis ante dicta præcepta, & carceratioñẽ. vt mox dictum est. Et in omnem casum subse-
72 quens coactio attendi debet, quicquid dicat Iaf. in d. conf. 26 cuius conf. non probat Thesaur. Iun. in quæst. suis forensibus quæst. 54. nu. 3. lib. 2. vbi dicit illum loqui sine bona ratione, & auctoritate, cùm debitor non sit in culpa, qui soluit iussu Principis, vel Magistratus, vt per eum.

Minùs obstat quod ex aduerso obijcitur, sla. quòd dictæ Communitates non fuerint vsæ omni diligentia, ne soluerẽt, cùm nec opposuerint contra delegationem factam in delegatum Raynerium, quòd ea non extendebatur ad loca non supposita Dominio Serenifs. Ducis, nec quòd de prætensa confiscatione non constabat, vt in casu Dec. conf. 25. nec quòd ea in omnem casum non extendebatur ad bona, & nomina debitorum, & annuos redditus existẽtes in hoc Dominio, vt per Ruin. in d. conf. 167. num 5. nec demùm quòd capitale dictorum censuum non poterat exigi ipsis Communitatibus inuitis: quo casu ex aduerso dicitur non posse pro veritate dici, quòd dictæ Communitates soluerint
73 coactè ex traditis per Paul. de Castr. in l. 2. nu. 7. & 8. vbi quoq; Iacobin. de S. Georgio nu. 8. ff. de iudicijs, vbi volunt debitorem in his casibus teneri comparere, & opponere exceptiones: concludentes, quòd aliter non dicitur soluere coactus, prout voluit etiam Dec. conf. 401. num. 2. Ruin. conf. 147. nu. 16. lib. 1. & Affl. in decis. 150. nu. 21. Respondetur enim, quantum attinet ad factum, primam exceptionem fuisse inanem, & impertinentem, tùm quia oppidum Prunetti, & Lenici tunc erant supposita ipsi Duci, saltem de facto, nec illis tutum erat de iure disputare, cũ esset ius in armis, tùm quia de dictis locis in specie loquebatur delegatio facta in Thesaurarium generalem, vt ex ea videri potest. Idẽ erat de secunda, quia confiscatio, vel notoria erat: quo casu de ea opponere nihil aliud erat, quàm calumniari cum maximo periculo. Vel de ea debebat credi assertioni dicti Serenifsimi Ducis, vtsupra ostendimus. Quod pari ratione dicendum erat de tertia, nemoè quòd dicta confiscatio non extenderetur ad bona, & iura D. Comitis Vitiæ extrà Statum dicti Serenifs. Ducis. Nihil enim poterat proficere huiuscemodi exceptio, cum generalis confiscatio iam sequuta comprehenderet etiam nomina debitorũ extrà territorium, data saltem facultate illa exigẽdi, siuè de iure, siuè de facto, vtsupra ostensum fuit.

Quarta demùm, & vltima, quòd capitale non posset exigi contra formam Bullæ (quæ sola, & vnica poterat impedire exactionem) tantùm abest, vt fuerit omissa, vt ex aduerso dicitur, vt immò fuerit pluries opposita, facta etiam protestatione recurrendi ad Suam Celsitudinem, vt patet ex processu, quem fortè agentes dicti D. Comitis non exhibuerunt integrum D. meo Catiæ. In omnem casum tutæ sunt etiam dictæ Communitates, vbi omnia punctualiter nõ allegassent, quia molestiam denuntiarunt d. D. Co-
74 miti, qui potuisset mittere aliquos, qui dictas Communitates defenderet, & omnia allegaret, quod non fecit. Hoc autem solum dictas Cõmunitates tutas reddit, vt ponderat Gutier. pract. quæst. lib. 1. cap. 113. nu. 4. & item num. 18. in fin. vbi tamen ait hanc denuntiationem non

esse

75 esse necessariam ex Rum. cons. 147. in fin. lib. 1.
quicquid senserit Menoch. in alleg. casu 137. nu.
21. quē reprobat quoq; Magon. in decis. florent.
94. nu. 20.

Quantum attinet ad dispositionem iuris, non
potest negari, quin multi velint debitorem de-
bere se defendere, & opponere ea, quæ salute
sua salua, & honestè potest, qui paulò ante fue-
runt allegati; sed non potest negari, quin multi
sint etiam qui velint ad probandum metum suf-
ficere solum præceptum pœnale, qui per me su-
76 pra fuerunt allegati. In quo dubio licèt Cortius
Iun. in d. l. 2. nu. 4. vers. tertio nota ff. de iudicijs,
& Gab. in alleg. concl. 11. nu. 20. 21. & seq. distin-
guat inter præceptum generale, & particulare,
77 eorumq; distinctio videatur aures demulcere;
ea tamen non videtur tuta, cùm Doctores lo-
quantur promiscuè de vtroq; vt ex illis potest
obseruari, Propterea verius videtur posse di-
stingui inter præceptum pœnale emanatum à
Tiranno, vel à Principe, procedente de facto,
vel ab eius delegatis, & emanatum à Iudice
ordinario, procedente per viam iusticiæ, vt
primo casu procedat illud, quod nos dicimus,
nempe quod huiusmodi præceptum, siuè parti-
78 culare, siuè generale inducat iustum metum, cũ
exceptiones, vel oppositiones non soleant fieri
aduersus præcepta Tyrannorum, vel Principũ,
qui de facto procedunt, præsertim tẽpore belli;
quibus in terminis videntur procedere notata
per DD. in dicta l. creditor, & per Boss. in alleg.
tit. debitores an delinquenti &c. num. 3. vbi
explicitè dicit præcepta Tyrannorum, siuè par-
79 ticularia, siuè vniuersalia sufficere ad proban-
dum, quòd quis soluerit coactè, & per metum;
subdens hanc esse cõmunem opinionem. Secun-
do casu vero procedat opinio contraria, cùm
Iudices non soleant procedere de facto, vt de
illis debitores debeant timere si aduersus eo-
rum præcepta fecerit oppositiones.

Non obstat tertiò, quod licet solutio cẽsuum
facta per Communitates, potuerit illas libera-
re, iuxtà not. in dicta l. creditor: non perindè
solutio capitalis, respectu cuius idem D. Comes
80 non potuit dici creditor, cùm illud non posset
exigi ab inuitis arg. l. debitor ff. de verb. signif.
Respondetur enim, quòd licet idem D. Comes
non esset creditor purus dictarum Communita-
81 tum: erat tamen creditor sub conditione, in
euentum in quem dictæ Communitates voluis-
sent se redimere. Qui quidem creditor sub con-
ditione venit appellatione creditoris in materia
82 indifferenti, vt de hoc est tex. in l. si is cui ff. de
action. & obligat. & in l. creditores vbi glos. ff.
de verb. signif. tradit Dec. in l. 1. nu. 29. ff. si cert.
per. vbi quoq; Alciat. nu. 73. & Cagnol. nu. 277.
Qualis est materia d. l. si creditor. Etenim quòd
quis sit creditor sub conditione, hoc quidem
83 facit, vt exactio facta per alium sit dupliciter
iniusta, nempè quia creditum erat sub conditio-
84 ne. & quia ad eum non spectabat, At iniustitia
exactionis nunquam impedit liberationem in
casu dictæ legis, dummodo ea facta sit per vim,
& in iniuriam creditorum.

Non obstat quartò, quòd vbi dictæ Commu-
nitates soluissent etiam coactè, & in iniuriam
dicti Comitis, non sint adhùc liberatæ, cùm ex
aduerso præsupponatur illas fuisse in mora, si nõ
respectu capitalis census, saltem respectu ipso-
85 rum cẽsuum; iuxtà traditionem Angel. in dicta
l. creditor, de qua Boss. in loco præalleg. &
Menoch. in alleg. casu 117. nu. 34. Respondetur
enim in primis in facto non iustificati, hanc mo-
ram, cùm d. Communitates illam negent. Dein-
dè dicitur veriorem, & receptiorem esse opinio-
86 nem, quòd exactus in iniuriam creditoris libe-
retur, non obstante mora, quam tenuit præ cæ-
teris Castilion. videndus cons. 1. n. 2. vbi adhoc
citat etiam Signorol. de Homod. in l. si ex legati
causa §. fin. ff. de verb. oblig. Affl. in alleg. decis.
150. nu. 20. Alciat. cons. 170. nu. 1. lib. 5. Gabr. in
alleg. cõcl. 11. n. 29. & 30. Guttier. in alleg. quæst.
113. nu. 12. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 3.
glos. 2. nu. 45. & seq. Thesaur. iun. in quæst. suis
forensibus quæst. 54. lib. 2. in princ. vbi commu-
nem attestatur, illamq; sequitur, saltem quando
87 agitur de mora per lapsum diei, iuxtà l. magnã
C. de contrah. & commit. stip. Fuitq; hæc opinio
de mente Bart. in dicta l. creditor, vbi quando
agitur de solutione facta in iniuriam credito-
88 ris, vult illum liberari nulla facta distinctione
inter debitorẽ morosum, & non morosum: quod
sentiunt etiam passim Doctores dum commu-
niter limitant conclusionem illam, quòd debi-
89 tor teneatur de interitu speciei post morã, nisi
interierit facto, vel culpa creditoris, de quo in
specie Ias. post Bart. in l. si Stichus nu. 5. ff. de ver.
obligat. Cagnol. in l. quod te nu. 27. Purpur. nu.
44. ff. si cert. pet. Et ita iudicauit in causa mea
Propria Ferill. olim Senator, ac colendissimus
D. meus recolendæ memoriæ, D. Ludouicus
Madius anno 1616.

Non obstat quintò, quòd in instrumento ven-
ditionis census dictæ Communitates assumpse-
runt in se omnes & singulos casus ex quouis ca-
pite, & defectu in corpore iuris clauso, etiã ex
90 actu, & facto Principis proueniente, & prouen-
turo, quòdq; hoc stãte, res videatur posita extrà
omne dubium, cum non possit negari, quin de
91 hoc casu fuerit in specie cogitatum, vt per Bar.
& omnes in l. sed etsi quis §. quæsitum ff. si quis
caution. & in specie per Adrian. Neguś. quæst.
328. num. 15. & 16. Respondetur enim inprimis
dictum pactum ad rem non facere cùm promis-
92 sio pro facto Principis fuerit facta respectu eui-
ctionis census, & proprietatum, super quibus
fundatus erat census, non respectu solutionis
capitalis, de qua agitur: id, quod clarè indicant
verba ipsi instrumenti ibi. *& alias in omnes, &
singulos casus &c. ex quouis capite, & defectu in cor-
pore iuris clauso, etiam ex actu, & facto Principis pro-
ueniente, & prouenturo teneri voluerunt, & volunt de
euictione generali, & particulari dicti annui census, il-
lius creationis, & venditionis, ac proprietatum prædi-*

Rarum &c.

Rursus quod fuerit generaliter renuntiatum
omnibus casibus fortuitis, non censetur tamen
renuntiatũ facto Principis contingenti ob cul-
93 pam, & in iniuriam creditoris, cùm sit casus ni-
mis insolitus, vt decidit specificè Baldus in dic-
ta l. falsus. nu. 36. vers. & licèt, vbi ait debitorẽ
liberari soluendo coactè in iniuriam creditoris,
94 licèt suscipiat in se casum fortuitum, cum non
præsumatur intellexisse de casu adeò extraor-
dinario ex facto creditoris orto, per l. fistulas §.
frumenta ff. de cõtrah. empt. quod sequitur etiã
Calcan. in dicto cons. 113. in princ. Vrsill. ad
Afflict. in d. decis. 150. nu. 7. Idem pari ratione
dicendum est licet in dicto instrumento fuerit
specificè facta mentio de casu ꝓueniẽte ex facto
Principis, quia hoc quidẽ facit, vt dictæ Cõmu-
nitates teneantur de casu prouenicnte ex facto
Principis, vbi aliundè prouenisset, quàm ex cul-
pa, vel in iniuriam crediroris, non autem, quòd
95 teneantur, si contingat culpa creditoris, cùm
hoc egeat speciali expressione, vt per Bald. &
alios in locis præallegatis. Quib. accedat Ioh.
de Anan. cons. 74. nu. 2. vers. sed his, vbi loquens
de conductore, qui in se suscepit omnes casus
fortuitos per verba vniuersalia, & geminata, ait
ea non sufficere, quando casus contingit facto
96 locatoris, sed opus esse speciali expressione:
quo in loco citat. decis. Bald. ad rem nostram
conferentem in l. vnica, in pen. col. C. de his, quæ
pœnæ nomine, vbi Bald. decidit, quòd si ego
promitto te non molestare, sub pœna; si postea te
97 molesto facto tuo, non incido in pœnam. Idem
tradit Rom. in singul. 441. tu scis. Marsil. in sing.
96. Ripa de priuilegijs contract. causa pestis nu.
87. Menoch. cons. 27. num. 20. & cons. 55. nu. 14. &
cons. 671. nu. 23. Barbosa in l. si ab hostibus. §. fin.
num. 9. circa med. ff. solut. matrim. & facit ratio,
quia si ipsemet D. Comes illas duplas 900. per
98 vim exegisset à dictis Communitatibus, nullus
dubitaret, quin ipsæ essent liberatæ iuxtà text.
in sui ratione in l. legis aquiliç §. fin. ff. ad l. aquil.
Igitur idem dicendum est in casu nostro, in quo
dicta exactio facta est in iniuriã eius, quia hoc
99 adnumeratur culpæ, non secus ac si ipse fecisset
vulg. l. si merces. §. culpæ ff. locati.

Non obstat sextò, & postremò, quòd hic non
constet de solutione pecuniarum, aliter quàm
per confessionem, & quòd confessio nõ probat
100 in præiudirium tertij, vt respondit Paul. de
Castro cons. 13. nu. 57. & plurib. seqq. lib. 3. quẽ
sequitur Afflict. in d. decis. 150. nu. 28. Gabr. in
alleg. concl. 11. nu. 25. & Menoch. in d. casu 137.
num. 16. Respondetur enim multum referre in
proposito, an fuerit sequuta confiscatio bonorũ
dicti D. Comitis, nec nè. Si sequuta fuit, non est
101 dubium, quin confessio probet solutionẽ, quia
facta est à persona ius habente: quibus in ter-
minis non procedunt decisiones in oppositum
citatæ, quæ loquuntur, quando confessio facta
est a ius non habente: quod sentit etiam Paul. de
Castr. in dicto cons. 13. nu. 56. vers. & primo quia
certum est &c. Si non est sequuta, iterum est di-
stinguendum, an agatur de confessione, vel so-
lutione ficta, qualis est ea, quæ resultat ex libe-
102 ratione, vel acceptilatione, vel iuramento;
iuxtà notata per Paul. & Alex. in l. duobus §. 1.
ff. de iureiur. & tunc vera est opinio contraria:
in quem sensum Paul. de Castr. in dicto cons. 13.
nu. 56. rectè dixit confessionem factam à Tyrã-
103 no non probare veram solutionem, nec aliter
intelligendus est Affl. qui eius solius auctorita-
te nititur in alleg. decis. 150. num. 28. quem alij
simpliciter sequuntur. Si verò agitur de confes-
sione de recepto vera, & formali, regula est pro
debitore, quia confessio de recepto regulariter
104 probat solutionem l. publia §. fin. ff depositi l.
ità stipulatus §. Chisogonus ff. de verb. obligat.
l. pecuniæ C. de solut. cum similibus.

Sunt nihilominùs inspiciendæ circumstantiæ
facti, quia si adsunt coniecturę fraudis, confessio
105 non probabit solutionem, quibus in terminis
potest adhùc procedere cons. Pauli, de quo su-
pra, vbi non nititur hac ratione sola, quòd con-
fessio nõ probet solutionem, sed alijs pluribus,
in quibus constituit ipse maius fundamentum,
cuiusmodi est, quòd ille Pandulphus Tyrannus
(erat hic, vt puto, Pandulphus Petrutius Tyran-
nus Senarum) ex abrupto liberasset illum debi-
torem, absq; eo quòd illi fuisset intimatum ali-
quod præceptum ad soluendum, vt ibi num. 68.
Quòd ille debitor esset Consiliarius dicti Pan-
dulphi, illi valdè carus, cui verisimile erat, quòd
106 vellet proficere, non nocere, vt ibi nu. 60. & 71.
Quòd nullam resistentiam fecisset, nec aliquid
ad euadendam solutionem allegasset, cùm tamẽ
haberet exceptiones multum releuantes, inter
quas erat, quòd creditor, in cuius iniuriam si-
mulabatur fieri illa exactio, vt rebellis dicti
Pandulphi, decesserat longè, antequam Pandul-
phus dominium Senatum obtineret, vt ibi n. 65.
66. Et postremò quòd idem debiror haberet
duos correos secum obligatos, quos non erat
verisimile, quòd Pandulphus voluisset omitte-
re, vt cogeret dictum eius amicum, & Consilia-
rium ad soluendum, vt ibi nu. 73.

Si verò non solum cessent coniecturæ fraudis,
sed adsint coniecturæ rei sincere gestæ, tũc totũ
contrarium est dicendum. Ex coniecturis si
quidem simplex confessio de recepto, quæ aliàs
107 de se non probaret realem numerationem, illa
probat etiam in præiuditium tertij, vt scribit
Bald. in rubr. C. de priuil. dotis num. 4. vers. vndè
quæritur Dec. cons. 536. nu. 10. Boss. in tit. debi-
tores au delinquenti &c. in fine Rimin. iun. cõs.
180. nu. 15. Coniecturæ autem hic sunt multæ, &
vrgẽtes, inter quas est deputatio Delegatorum,
qui transmissi sunt ad perquirenda, & exigenda
omnia credita dicti D. Comitis, non solum con-
tra has Communitates, sed contra alios plures:
quæ non est credendum fuisse facta nugatoriè, &
extrà propositum. Præcepta pœnalia emanata
contra dictas Communitates. Intimatio mole-
stiæ facta dicto D. Comiti, quæ tollit omnem
su-

suspitionem collusionis vt supra, carret ratio hominum dictarum Communitatum. Qualitas Principis, cuius nomine facta fuit exactio, quem
108 non est verisimile voluisse colludere cum pauperibus Communitatibus alieni Dominij ab eo per vim redactis in eius potestatem. Qualitas temporis, in quo facta est exactio, quod erat tẽpus belli, in quo idem Princeps verisimiliter tenebatur maxima necessitate pecuniarum, & demum qualitas eorum, qui fecerunt dictas confessiones qui omnes fuerunt creditores, & cessionatij dicti Serenissimi Principis, quos non est verisimile voluisse facere dictas confessiones, quin illis fuerit satisfactum, cum nemo præsumatur suum iactare iuribus vulgaribus. Quæ quidẽ coniecturæ iunctæ cum confessionibus, si non probant realem solutionem, non constat certè; quæ aliæ coniecturæ illam vnquàm probare possint, vel iuuare confessionem de recepto, vt illã probent.

Ex quibus omnibus constat memoratas Communitates esse tutas, siuè ex capite confiscationis sequutæ, siuè ex capite exactionis ab eis factæ in iniuriam dicti D. Comitis, easq; propterea esse absoluendas à censibus petitis per dictũ D. Comitem, reuocata sententia superindè lata per D. Capitaneum Iustitiæ, non visis iuribus dictarum Communitatum: qua occasione declarandum est quoq; eas remanere liberatas à solutione capitalis, cùm non possint absolui ratione censum decursorum à die exactionis factæ per ipsum Serenissimum Ducem citrà (hos enim petit D. Comes) quin declaretur eas remanere liberatas à capitali, à quo census dependent (quod vnum ostendit delegationem Perill. D. mei Senatoris compræhendere etiam capitale) & ita iuris esse puto. Suppleat tamen &c. Mediolani die 15. Octobris 1621.

Laus Deo, & Beatissimæ Virgini Mariæ.

P. P. Flammenius.

Pro Comite Vitiæ, contra Cõmunitates Pruneti, & Leuicis.

Vix esse locum video mihi relictum scribendi in hac causa post tot eruditissimorum hominum doctissimas hinc inde disceptiones, quo fit vt minus allacris accedam, quasi aliorum iam collectis floribus fasciculum variato ordine compacturus, nihil tamen AEQVITATE causæ attenta, de victoria desperans.

Tota hæc disceptatio omissa disputatione suspẽsiui effectus istius appellationis ad discussionem duorum fundamentorum reducitur; quæ ex aduerso afferuntur.

Primum videlicet confiscationis, secundum exactionis violentæ in iniuriam creditoris. Supponunt enim Communitates vtriusq; casus requisita in sua exactione concurrisse, quod mihi videtur nullatenus admittendum.

Etenim DD. omnes duos hosce casus distinctos omnino esse, & separatos volunt vt tales re
109 vera sunt, ita vt & concurrere in eodem facto non possint 1 Etenim primus meram iuris viã, & iusti-

1 *Non sunt ità inter se distincti hi duo casus, vt concurrere non possint, vt hic præsupponitur; confiscatio siquidem potest concurrere cum exacti one in iniuriam creditoris confiscati, vt de se patet. Sic erat in casu Dec. cons. 25.*

& iustitiam sequitur, secundus manifestæ vis, &
tirannidis naturam sapit, proinde, si in nostro
casu per Ducem Sabaudiæ via cõfiscationis ellecta,
si datus Iudex Dellegatus; si iuris ordo tentatus,
si nulla vis interuenit, nisi quæ iustitiæ
prætexeret causas, de secundo fundamento partis
actum est. 2

Quod itaq; attinet ad primum, Bart. in l. creditores ff. de sol. & cum eo alij DD. duos tantum
casus considerant. Primum publicationis factæ,
secundum non publicationis, primum ad huc diuidunt in iustam, & hæc dubitationem non ad-
110 mittit, & in iniustam, & hanc æquiparant non
publicationi, cum non facta mentione publicationis debitor exigitur. Hoc secundo casu volunt debitorem soluentem excusari, quia de iustitia disputare non teneatur, cum sibi constet de
confiscatione re vera facta. At quando confiscationis mentio non fit, sed, interuenit vis, tunc
quia in iniuriã fit creditoris, eius culpa exactio
fiat; quem tamen casum non parete liberatio-
111 nem, vbi solutio fit à sciente iubentem esse tiranum, probat latè Lucas de penna 3 in l. vnica Cod. vt nullus ex vican. lib. 2. col. 3. vers. 2. quero, & post alios Decius cons. 407. num. 2. vers. Præterea, & cum ipsi. 4

Tertius casus, in quo nos versamur, videtur
ab illis omissus, 5 terminãdus tamẽ videtur ex
regulis partim vnius, partẽ alterius casus, & hoc
est cum re vera confiscatio non esset facta, Princeps tamen, absoluta potestate sua, vti non vult,
sed vt pecunias exigat vtitur titulo iuris, & prætextu confiscationis nullo. Hoc casu non potest
dici exactio fieri in creditoris iniuriam, quia
non docetur, nec re vera subest vlla culpa, aut
causa iniuriæ creditoris, 6 & princeps fingit se
112 eius creditorẽ, cum tamen nunquam fuerit,
proinde dici debet fieri in iniuriã debitoris, qui
decipitur ob eius ignorantiã, Ita Bald. in l. falsus
113 7 n. 33. C. de furtis, vel si hic casus nullius iniuriam sapit, 8 debitor quantitatis non debet
dici liberatus iuxta traditionem Bartoli in d. l.
creditore. versic. si vero recepit, quam communem dicit Crass. except. 25. num. 54. & hoc quia
in ipsum exactum principaliter fit iniuria Bal. in
d. l. falsus. nu. 33. vers. si autem neutrius, & ideo
dicunt Doct. nõ aliter liberari debitorem præ-
114 textu confiscationis exactum, nisi illi constet
de confiscatione per documentum in publica, &
authentica forma, 9 & quod ritè, & solemniter
115 lata sit Menoch. de arbitrarijs casu 137. num. 5.
Bertazzol. cons. crimin. 269. nu. 6. cons. 270. nu. 10.
& nimirũ, quia vbi re vera facta est confiscatio,
huiusmodi deceptionis præsumptio, & sic iniuriæ debitoris cadere non potest 10 & hæc fuit
116 ratio, quare DD. velint teneri debitorem inquirere de iustitia confiscationis 11 non dico
respectu meritorum, sed rititudinis, & solennitatis iuditij, quia iustitia, vel iniustitia meritorum continet semper iniuriam creditoris, iustitia, vel iniustitia rititudinis post, continere

dece-

2 *Non valet hec illatio, vt patet ex prædictis.*

3 *Contrarium sentiunt omnes alij, volentes indistinctè exactum à Tyranno in iniuriam creditoris liberari. Res notior est, quàm vt probari debeat.*

4 *Dec. non facit ad rem, cùm loquatur de eo, qui Tyranno sponte soluerat.*

5 *Iure fuit omissus hic tertius casus à Doctoribus, quia non continet aliquid quod non sit inclusum in duobus casibus præcedentibus. Aut enim Princeps habuit ius exigendi, aut non. Si habuit, cessat omnis difficultas. Si nõ habuit, nihil refert, quòd apparenter vsus fuerit via iuris. Est siquidem tunc inspiciendum in cuius damnum, & iniuriam illa via vsus fuerit; ità vt simus semper in casu doctrina Bart. in l. creditor ff. de solut. Rursus doctrina Bart. ibi hunc casum penitus destruit; quia ipse æquiparat publicationem iniustam, non publicationi, & tamen publicatio iniusta continet viam iuris. Igitur non obstante, quod Princeps vsus fuerit via iuris, exactio debet iudicari, vt facta per meram vim, & de facto.*

6 *Vt exactio dicatur facta in iniuriam creditoris, non est necesse, vt præcedat culpa eius, vel causa iniuriæ; sed sufficit, vt fiat eius contemplatione. & semper dicitur fieri eius contemplatione, quando ille qui exigitur, exigitur, vt debitor eius. Dixi in prima mea scriptura impressa fo. 4. vers. quòd verò.*

7 *Bald. nihil dicit quod ad rem faciat.*

8 *Sapit iniuriam creditoris, quia exactio facta est, vt à debitoribus eius, vt supra.*

9 *Cautè intelligendum est quod dicunt hi Doctores, vt procedat, quando quis soluit non coactus. Sic intelligit Dec. cons. 25. Rursus quod dicunt hi Doctores, non tollit casum æquipollentem, quando constat de assertione Principis, cui debet credi, ad text. in l. ob æs C. de præd. min.*

10 *Causa liberationis tunc non est, quia cesset ratio deceptionis, sed quia stante confiscatione, Fiscus habet ius exigẽdi. DD. in dicta l. creditor.*

11 *Ratio non est ista, sed quia illi debet constare, quòd Fiscus habeat ius exigendi, de quo illi constat, si videt Fiscum habere pro se sententiam confiscationis ritè latam.*

deceptionem, & iniuriam debitoris in ficta confiscatione, & hanc iustitiam rititudinis exigunt DD. vt probat Menoch. d. casu 137. nu. 5. & post Dec. & Ruin. Grass. de excep. 25. num. 30. & Peregrin. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 54. Guazzin. de confis. bonorum cap. 24 nu. 14. & 15. Egredimur 12 hoc casu terminos quæstionis DD. in dicta l. creditor, & reducimur ad terminos quæstionis debitoris soluentis falso
118 creditori, quia Fiscus titulo cõfiscationis vtens non procedit, vt Princeps, nec vt tirannus 13 & sic non cadit iniuria creditoris, sed vt creditor; ideo si fingat se creditorem, cum non sit, soluens
119 ibi nõ liberatur, ad tradita per Albam 14 cons. 3. nu. 3. vbi de communi, & Baldus in d. l. falsus n. 33. & DD. passim, & hoc adeo verum est, vt non sufficiat debitori dicere se non putasse, attento instrumento confiscationis, Fiscum non esse cre-
120 ditorem, vt debeat vlterius aliquid pati, nec spõte soluere Menoch. d. casu 137. n. 6. 15 Grass. d. except. 25. nu. 31. Bertaz. cons. 270. nu. 16. lib. 2. quia hæc est fides, & legalitas, quam passim ex-
121 clamant omnes DD. in omni casu per debitorẽ esse seruandam creditori, quam hic violatam esse manifestè apparet, cum non viderint, nec cu-
122 rauerint videre Communitates confiscationem 16 Comitis, & an ritè, & solemniter facta esset.

Neque hoc casu mouet probatio deducta ex Principis assertione, nam dato millies, quod probaret confiscationem ex speciali priuilegio vocis Principis, quod tamen non credimus, non tamen probaret ritè, & solemniter latam, quod esse ne-
123 cessarium vt videat debitor volunt ex Decio, & Ruino, Menoch. & Grass 17 Et quatenus aliter intelligatur Decius aduersus ipsum sentiunt Peregrinus, & Guazzinus supra allegati, nec præsumptio ex dicto Principis oriri potest, quia præsumptio sumitur circa id quod per ipsum fieri, & suppleri potest, quo in genere non est rititudo
124 confiscationis, vt de citatione 18 ad eam necessaria, Gramm. decis. 105. nu. 23. Genua de verbis enuntiatiuis lib. 2. q. 4. nu. 49. & 60 Lararha
125 cons. 5. nu. 102. & 111. quam certum est Principẽ
126 cũ tota sua potestate supplere nõ posse; Ceual. commun. contra communem q. 808. num. 10. & seqq.

Sed assertio Principis sufficienter non probat confiscationem in nostro casu nimirum, quia non
127 constat præcessisse causam ipsius confiscationis, quia per Principis assertionem nõ probatur, vt nec ipsa confiscatio, Militat n. respectu eius
128 illa ratio, quod ad commodum proprium Principis 19 testatur, quæ facit, vt probationem nõ faciat assertio, Ruin. cons. 147. num. 8. lib. 1. Anell. de Amat. cons. 45. num. 16. Genua d. q. 4. nu. 46. & seq. quod eo certius est, quia de iure tertij tollendo agebatur, de quo cum agitur, nec præsum-
129 ptionem quidem facit assertio, Genua d. q. 4. num. 43. potissimum cum tollendi modus, quia in necessariùm antecedens delictum supponit
130 infamiã irrogans, honorem lædat, quod operatur,

12 *Non egredimur, quia semper sumus in eo, qui habet ius exigendi, etiamsi sententia confiscationis sit iniusta, quia sententia facit de albo nigrum ad tradita per scribentes in rubr. ff. de re iudic. sentit Dec. in alleg. cons. 25. Menoch. de arbitr. casu 137. nu. 5. vbi & Ruin. refert.*

13 *Nihil refert quomodo procedat. Hoc vnum est, quòd vel procedit de iure, vel de facto. Aut enim habet ius exigendi, aut non, & si non habet, aut exigit in iniuriam debitoris, aut creditoris. Ità semper reuertimur ad doctrinam Bart. in dicto l. creditor.*

14 *Alba & Bald. aliud non dicunt, nisi quòd soluens falso creditori non liberatur.*

15 *Non placet hoc dictum Menoch. & aliorum, qui eum sequuntur; quia immò quando quis soluit vigore confiscationis ritè factæ est liberatus, etiamsi non coactè soluat, cum habeat iustam causam soluendi. Ità sentit Dec. in d. cons. 25. vbi distinguit hunc casum à casu coactæ exactionis. Aliter non esset differentia inter soluentem vigore sententiæ, et sine sententia: quod absurdum foret.*

16 *Non erat necessarium, vt viderent confiscationem; quia assertio Ducis æquipollebat. In omnem casum hæ Communitates fuerunt liberatæ vi coactæ solutionis factæ in iniuriam D. Comitis, vt per DD. in dicta l. creditor.*

17 *Nec Dec. nec Ruin. nec Menoch. dicunt quòd debitor debeat scire confiscationem ritè factam quando Princeps asserit illam esse factam, cum eo ipso præsumatur ritè facta. Sic dicunt DD. illi credi de sententia, vt per Bellon cons. 36. nu. 5. & tamen sententia non est sententia nisi sit ritè lata Docteres in l. 4. § condemnatum ff. de re iud.*

18 *Quòd Princeps sine citatione non possit aliquem priuare iure suo transeat. Aliud est, quòd illi credatur de actu, quem non constat clarè fuisse factum sine citatione, vt est confiscatio, de qua agitur; De qua ideò videtur standum eius assertioni donec probetur contrarium, vt per Menoch. cons. 100. num. 29. Præsertim quia de consuetudine totius mundi creditur Principibus, vt prosequitur Mascard. de probat. concl. 1233. in fin. Bardellon. post alios cons. 101. nu. 98. & seqq.*

19 *Respondetur vt supra. Aduertatur præterea, quòd vtrum delictum fuerit commissum nec ne, respicit iustitiam confiscationis quæ non pertinet ad rem præsentem, quippè quæ non impediat, quominus soluens liberetur, falsum si non sit notoria, vt per Dec. in sæpè alleg. cons. 25. quod & supra videtur admisisse pars aduersa nu. 11.*

tur, vt nec præsumptionem inducat Genua d.q.4.
nu.44. nam, nec distingui potest inter assertionẽ
super delicto, vel assertionem super confiscatio-
ne, quia vbi de delicto, & sic causa confiscationis
non constat, nec assertio confiscationem probat;
& ita in simili casu considerat Bertazzol. 20
131 cons.269.num 6.7., & licet Bardell.cons.101.nu.
75. velit credi assertioni Principis circa delictũ,
& priuationem, ad id tamen probãdum per pau-
cos adducit in simplicibus terminis, Nititur verò
præcipuè (ad quod plures congerit) notorietate
delicti, quam sufficere vult duobus in sue casu cõ-
currentibus 21 quod agebatur de re non allo-
132 diali, vt hic, sed feudali quæ ab ipso Principe
peruenerat titulo gratuito, hæc autem notorie-
tas non causatur ex sola assertione Principis, di-
133 centis rem notoriam Genua d.q.4.n.57.& seqq.
multo minus vbi talis non asseritur, vt hic Grãm.
decis.105.num.12.& 58. sed debet ex actis dedu-
ci Camill. Laratha cons.5.n.113.& duobus seqq.
134 & ptius debet cõstare factũ esse verum, Laratha
d.cons. nu. 116. seq. per sententiam illius decla-
ratoriam num.123. & seqq., & si in feudis quæ à
Principe proueniant non sufficit assertio Princi-
pis, nec mentio notorietatis, sed debet constare
135 de facto de sententia ritè, & rectè lata, & cum
causæ cognitione Grãm.decis.105. à num.1. ad
18.& à nu.55. ad 64. Genua d. q.4. à num.46. ad
61. Amat.cons.43. à nu. 17. ad 24. Laratha d. cons.
5.nu.108. vsq; ad 132. quanto magis id debet es-
se, vbi agitur de iure tollendo, quod à Principe
non prouenit? tunc verò potissimum, cum asser-
tio sine causæ cognitione fit, & principaliter ad
confirmationem assignationum factarum, vt hic
Laratha d.cons.5.num.112. in quo casu licet cum
assertione Principis concurreret descriptio in li-
136 bro rebellium, adhuc tamen rectè cõcludit ni-
hil dici probatum nu. 134. vers. quo ad septimũ,
& num.143. & seq.

Nec mouet notoria occupatio, quæ ex aduer-
so allegatur feudorum Comitis, quia illa nõ pro-
bat confiscationem præcessisse non magis, quam
concessio 22 alteri facta de feudo adempto as-
137 serto rebelli, vt in casu Gramatici, Laratha, &
aliorum supra allegatorum, & cũ pro forma pri-
uationis sententia requiratur, vt supra allegati
probant, non liberat soluentem allegantem con-
138 fiscationem, vt notoriã ad tradita per Gratian.
discept.forens.596.nu.2. & seqq.

Accedat his, quod assertio facta est 23 versus
Communitates non subditas. & de re non subdi-
ta. Ideo nihil omnino probat, nam etsi Commu-
nitates ritè de facto subesse dici possint Duci, &
fortè Comes ratione alicuius feudi, quod tamen
negatur 24 attamen respectu istius materiæ di-
citur assertio facta, ergà non subditum, Nec par-
139 ticularis, nec accidentalis subiectio considera-
tur 25 Masul. in additionibus ad Capitiũ decis.
166. vers. idem in assertione Mascard.concl.1233.
nu.54. seqq. Genua d.q.4.n.16. late Fachiu. cons.
58. nu.28. seqq. lib.1.

Nec

20 In casu Bertaz. non concurrebant ea, quæ concurrunt in hac; & illa decisio subuertitur ex dictis per Bardell. in d. cons. 101. nu.27. & seqq.

21 Non pertinet ad rem præsentem hæc discussio, verum delictum fuerit notorium, nec nè, sed an constet de confiscatione, quæ sane potest dici notoria, cùm probetur etiam ex euidentia ipsa facti, vltrà assertionem Serenissi. Ducis.

22 Casus est diuersus, quia hic non agitur de sola ademptione bonorum, sed de ademptione, adminiculata assertione D. Ducis, quæ se ad inuicem coadiuuant.

23 Non debet hic inspici persona Communitatum, sed D. Com. Vesa, in cuius præiudicium tendit assertio D. Ducis.

24 Frustrà id negatur, cùm plusquam notorium sit illum esse per omnia subditum ipsi Serenissimo Duci.

25 Non applicantur hæ decisiones, cùm hic agatur de subdito per omnia. Immo verò & Communitates tunc erant per omnia subdita.

Nec vis fieri potest in eo, quod scilicet asser-
tio cum consilio procerum, siue consiliariorum
140 à Duce facta sit. Etenim simpliciter accipi nō
debet hæc dd. limitatio, & in nostro casu illud
attendendum venit, quod in vna scriptura, quæ
subscripta est à consiliarijs nulla fit mentio de
141 confiscatione, in alia autem fit quidem mentio
pertransennam, sed consiliariorum subscriptio
26 non interuenit ad confirmationem assertio-
nis; sed ad validitandum obligationem patri-
monij Ducalis versus soluentes conceptam de
142 eis conseruandis indemnibus, Ideo trahi præ-
sumptiuè ad confiscationem nequit ad tradita
per Rimin. Sen. cons. 63. nu. 3. & Rimin. Iun.
cons. 338. num. 74. 27 maximè quia insolita,
sunt in hisce terminis huiusmodi fisci promis-
siones, Non est autem locus exceptioni à con-
siliariorum subscriptione deducta, nisi interue-
143 niat circa id etiam cognitio causæ, 28 Petra
ad Grammat. decis. 65. num. 64. quæ hic non in-
teruenit, cum ad preces partis illa scriptura
emanauerit, quæ cum exhibita non sit, quid cō-
tineat ignoramus, & nisi clarè, & specificè causa
144 confiscationis circa quam versatur assertio sit
enuntiata Genua 29 d. q. 4. vol. 28. & ita vide-
tur distinguere Capic. d. decis. 166. nu. 8. vers.
aliter ergo videtur, & Mascard. conclus. 1393. n.
145 109. & ratio esse potest, quia subscriptio con-
siliariorum facit fidem quo ad ius, quia hoc est,
circa iustitiam confiscationis respectu causæ ex-
pressæ non circa factum, Tapia in rubr. de Const.
Principis cil. num. 7. & vol. 1. cap. præter num.
10. ff. eodem.

Ex his patet mala etiam fides Communitatū,
quæ non docto ibi de confiscatione ex soluentium
146 argumentumq; vel ex eo maximè, quod si per-
didissent verè, ac ritè confiscatum Comitem, nō
petijssent promissionem 30 Ducalis patrimo-
nij, & obligationem ipsius, quia vbi vero succes-
sori soluitur, talis stipulatio non exigitur, cum
ipso iure sequatur liberatio.

Illud etiam debuerant opponere Communi-
tates, quod aut 31 confiscatio erat secuta ex
causa non communi alijs locis, & non extende-
batur ad effectus existentes in alio territorio,
vt quotidie videmus, Aut erat sequuta ex causa
quæ confiscationem pareret in alijs etiam locis,
& tunc ad Ducem non poterat spectare talis cē-
147 sus, quia pertinet ad Fiscum loci vbi sunt bo-
na illi subiecta Guazzin. de confisc. concl. 22. num.
61. Conuersan. in addit. Intrigl. sing. 26. lib. 1.
etiam si Fiscus Leuicis, & Prunetti non occupas-
148 set illos census, & recusasset acquirere, quia in
ter Fiscos non datur ius accrescendi Guazz. cō-
clus. 22. num. 63.

Quo ad violentam exactionem in qua secun-
do fit vis.

Primo dici potest excludi illam 32 quia con-
stat Ducem via iuris vti voluisse exordio iuri-
dico.

Secundo nullam vim verè interuenisse, nec
atten-

26 *Verbalis est hæc responsio. Sat est, quòd litteræ enuncian-tes confiscationem fuerint expeditæ in Supremo Consilio Serenissimi Ducis, maximè cum eadem super dicta enuntiatione fuerint fundata. Cran. de antiq. temp. par 1. sect. propositum nostrum nu. 25. & seq.*

27 *Hæc consilia ad rem non faciunt, nisi sit mendum in scriptura.*

28 *Causæ cognitio non est necessaria in officialibus Principis, vt sciant an ipsi fecerint confiscationem, cum nemo præsumatur factum proprium ignorare.*

29 *Nullus ex his Doctoribus dicit, quòd debeat apparere de causa quando Princeps aliquid asserit cum cons. procerum. Nec Doctores allegati in scriptura Communitatū distinguunt inter assertionem facti, & iuris, vt hic distinguitur.*

30 *Potuerunt petere hanc promissionem; quia sententia confiscationum quandoq. re tractantur: quo casu licèt soluens sit liberatus, vt per Menoch. de arbitr. iud. casu 137. nu. 5 abundans tamen cautela huiusce modi promissionis, non potuit nocere. Præterea hæc promissio potuit prodesse quo ad exactionem factam de facto, & per vim, quatenus non posset sustineri, vt facta vigore confiscationis*

31 *Inanis erat, et est hæc oppositio, quia licèt confiscatio non esset talis, quæ posset trahi ad bona sita extra territoriū: potuit tamen trahi ad pecunias de quibus agitur, rationibus deductis per Communitates in earum scriptura fo. 3. vers. non obstat secundò, vbi est videndum.*

32 *Iam ostensum est hanc distinctionem, an Princeps vtatur via iuris, vel aliter, non habere saporem iuris supra n. 5.*

149 attendi metū poſsibilem, 33 ſed actu illatum
Fachin. d. conſ.58. num.29. nam quod dicitur
de carceratione de ea legitimè non conſtat, &
illa emanauit poſt factam, notificationem, &
promiſsionem ſoluendi, 34 vnde, & ea debita
150 non dicimus neceſſaria, quæ originem habent
voluntariam, Tiraquel. de retract. lignag. §.
primo gloſ.14.nu.15. & 16. ita, & ſolutionem, &
carcerationem, quæ ſequuta eſt vigore volunta-
riæ obligationis, & promiſsionis.

Tertio, præceptum non poſſe dici vim inferre,
ſiquidem DD. omnes in eo conueniunt, vt tale
151 ſit cum eſt pænale, & ſub graui pæna Gabr.
concl.11.nu.22. Theſaurus Iun.q. 54.nu.4.ver. &
excuſatur lib.3. Fachin. d.conſ.58.nu. 28. Calcan.
152 conſ. 113.nu.3. talis autem 35 non eſt, quæ ad
decimam quidem partem debiti aſcendit, & quæ
153 nullā corporalem pœnam infert, ſed ſolam pe-
cuniariam mulctam ad tradita per Menoch. de
arbitrarijs iudic. caſu 557. nu. 3. & caſu 570. n.
9. 36

Quarto nullam vim, nec iniuriam dari, quia
conſiderando ſingulas partes cauſæ initio facta
ſua Celſitudine dellegatio hæc loca non feriebat
37 Dellegatos ſupponitur per partem has Cō-
munitates citaſſe, quæ ſe obtulerunt paratas in
his omnibus, quæ è re ſuæ Celſitudinis eſſent, &
154 voluntate Ducis patefacta rurſus ſe offerunt,
& ſic non coacte; Negūſant. Iun. qu. 215.num. 4.
Pretium decimæ per ſuam Celſitudinem erat
propoſitum propallanti credita. Communitates
ſe debitrices aſſerunt, ſicq; in cauſa ſunt priuādi
Comitem hoc credito, quod ipſum facit, vt ſolu-
tio non liberet, quemadmodum in expulſione
155 38 conſiderat poſt Bal.d.l.falſus nu.35. Decius
conſ. 25. col. 2. & 3. & alijs exemplis probant
Bertazol.d.conſ.268. n.11. & clarius Claud. vbi
in addit. in littera C. Menoch.d.caſu 137. nu.29.
& nu.15. Gutier. p p q.lib.1.qu.113.nu.17. & hæc
notificatio fit nullo præcedente 39 pænali edi-
cto, ſed ſimplici citatione, & interrogatione fa-
cta viua voce per Fiſcalem aſſertum.

Deſignantur exinde dicta credita ſoluenda
certis perſonis, deq; eorum ſolutione omnino
priuatæ tantum ſcripturæ exhibentur cōtra tra-
dita per omnes DD. 40 in hac materia, qui vo-
lunt non ſufficere confeſsionem de recepto, ſiue
156 priuati ſit, ſiue Principis, ſiue officialis Ruin.
conſ.147.nu.12.lib.1. Bertaz.d.conſ.268. num.7.
Afflict decis.150.num.35.36. Graſs.d.except.25.
nu.75. Menoch.d.caſu.137.nu.16., qui omnes lo-
quuntur non in confeſsione per acceptilatio-
nem, vt videbatur ex aduerſo ſupponi, ſed in cō-
feſsione de recepto, quam receptiſsimum eſt nō
157 probare veram, & realem numerationem poſt
alios Man. de confeſsione cap.7 num.84 vſq; ad
158 93 & ſeqq. nec integra ſolutio verè fit, ſed etiā
poſt reſtituta d. loca 41 Hiſpaniarum Regi no-
ſtro potentiſsimo ſinguur ſolutio facta, quæ cō-
feſsio manifeſtè conuincit ſimulationem, ſimu-
lationis, vel ſaltem concluſionem, quæ in noſtra

33 *Eſt verum; ſed hic fuit metus verus, non poſſibilis.*

34 *Non fuit facta aliqua promiſſio ſoluendi ante carcerationem, vt hic dicitur. Videatur in allegat. Communitatum fol.4 verſ. nec obſtat, quod hic opponitur etc.*

35 *Tale eſt vndiq., ſi videatur proceſſus. Non eſt tamen neceſſarium quod agatur de pœna corporale, vt quis ſoluendo liberetur, vt hic præſupponitur; ſed ſufficit præceptum quomodocunq. graue, & pœnale Bart. & cæteri in dicta l. creditor Afflict. in deciſ.150.nu.16.*

36 *Menoch. in his locis aliud non dicit, niſi quod appellatione pœna grauiſſima venit vltimum ſupplicium: quod nihil ad rem facit,*

37 *Immò feriebat, & delegatio facta in Theſaurarium erit ſpecialis. Videatur proceſſus.*

38 *Communitates nunquam propalarunt eorum debitum. Etſi etiam propalaſſent non reperitur iure cautum. quod hoc tollat vim ſolutionis coactè factæ in iniuriam creditoris.*

39 *Nulla facta eſt notificatio, vt hic præſupponitur, & vbi fuiſſet facta nihil potuiſſet præiudicare Cōmunitatibus, cum nullus ſit, qui dicat quòd debitor interrogatus ac debito non debeat illud confiteri. Amplius in hoc caſu potuerunt etiam timere dicta Communitates ſi negaſſēt debitum, quia D. Dux Sabaudiæ erat talis, qui poterat illis metum, & terrorem inferre, maximè tempore belli Bart. in tract. de Tyrann. nu.23.*

40 *Hic punctus fuit adeò plenè diſcuſſus in Allegationib. Cōmunitatum fol.6. vt alia animaduerſione non ſit opus.*

41 *Non negatur quin modica quadam quātitas pecuniarum fuerit ſoluta poſt reſtitutionem factā, ſed debet aduerti quod Communitates fuerant coactæ præſtare fideiuſſorem ſubditum Sereniſs. Ducis ſtatim ac fuerunt condemnatæ: quod tantum valet quantum ſi tunc ſoluiſſent.*

materia sufficienter probatur coniecturis cum
DD. dicunt sufficere dolum velatum, quia eo
159 existente debitor, non dicitur obseruasse bo-
nam fidem, & legalitatem versus creditorem
160 42 vt de solutione postea facta Bertaz. d. cõs.
268. nu. 7. cons. 269. num. 18. versic. ad vltimum
cons. 220. nu. 15. de dolo vellato, & coniecturis
Afflict. decis. 150. nu. 23. Bertaz. d. cons. 268.
num. 12. cons. 269. Addantur his promissio 43
Ducis decimæ partis crediti, vt ex dellegatione
Baynerij, quam negare non possunt se aquisiuis-
se, nam. & verisimile non est, ideoque falsitatis
habet imaginem, ipsas, cum sponte notificasse
debitum non negent, voluisse oblatam partem
per Ducem accipere. Et conuincitur asserta
dellegatio Thesaurarij cum subscriptione Con-
siliariorũ, in qua Dux iubet vt ex 900. duplis de-
bitis per Communitates Pruneti, & Lenicis,
solui curet Thesaurarius 700. Paruciæ, qua so-
lutione facta 44 Dux declarat liberas, & im-
munes d. Communitates ab omni obligatione
versus Comitem. Hæc autem concordia per
161 DD. nostræ materiæ collusio dicitur, & libe-
rationem impedit 45 Afflict. decis. 150. num.
36. Bertaz. d. cons. 268. nu. 8. Accedat postre-
mo loco promissio Ducis in casum molestiæ, &
euictionis, quæ conuincit collusionem 46 cum
162 Fiscus non soleat, nec debeat facere tales
promissiones, cui soluitur vti successo in ius
creditoris, & hic actus insolitus, & insolita
cautella demonstrat fraudem.

Habet itaq; hæc solutio tres gradus, de qui-
163 bus Menoch. d. casu 137. nu. 29. quod sponte,
& notificatione, & oblatione, 47 quod cum
parte lucri, & quod simulate soluerunt, vnde
iniquum esset ipsas liberatas dicere.

Hæc autem violentæ exactionis excusatio nõ
videtur vllo modo nostro casui aptari, quia
subsidiaria excusatio est, ne bis soluere coga-
164 tur. At vbi regressum habere potest non ad-
165 mittitur, 48 vt si priuatus exegerit. Hos .n.
casus priuati, & tiranni distingunt ex hoc DD.
Ruyn. cons. 171. nu. 16. & seq. lib. 4. & cons. 22.
nu. 4. & 5. lib. 5. Gabr. de solutionibus concl.
11. nu. 23. Menoch. d. casu 137. nu. 28. Afflict.
decis. 150. num. 21. in fin. qui propterea etiam
166 in tiranno à quo potest reperi solutum vult
hanc exceptionem non admitti nu. 15. nec suffi-
ceret cessio actionum, vt probat Ruin. cõs. 171.
nu. 7. & 8. lib. 4. Menoch. d. casu 137. num. 29.
addita potissimum consideratione moræ, quam
167 pleriq. DD. 49 considerant etiam per lapsũ
diei, Bertaz. d. cons. 268. num. 2. & seq. saltem
iuncta cum alijs, Guazzini d. cap. 24. nu. 17. 18.
Carp. ad cap omnium nu. 874. & seq. de homi-
cidio, & Non. Constit. Menoch. d. casu 137. nu.
29. Grass. d. except. num. 73. & licet aliqui
dissentiant vix tamen potest communis in con-
trarium statui, vt aduertit Thes. lun. q. 34. nu.
4. lib. 2. qui num. 1. ponit casum in verè con-
168 fiscato, ac ritè quo casu mora non releuat,
quia Fiscus apprehendit omnes effectus debi-
toris, quod non est, hic, Accedit iuramentum,

42 *Est verum, sed hic negatur dolus, vel collusio. Cessat amplius hic omnis suspitio, quia omnia fuerunt D. Comiti denuntiata. Pulchrè Gutierez. pract. quæst. cap. 113. num. 4. & iterum nu. 18.*

43 *Promissio præmij nihil habet commune cum his Communitatibus, quia ipsa nihil propalarunt, vt præmium mererentur, sed causa aliorum, qui eas propalarunt passa sunt hanc executionem.*

44 *Quòd Iacobo Parucia debuerint solui dupla 700. ad computum maiorum creditorum, hoc non facit, quominus alia debuerint solui, prout soluta fuerunt. In hoc videatur processus.*

45 *Verum est, quando adest; sed hic negatur, et cessat omnis difficultas; quia, vltra quòd Communitates soluerunt coactè, omnia fuerunt D. Comiti denuntiata vt supra.*

46 *Promissio Ducis non tollit coactionem. Negamus præterea, quòd in huiuscemodi casibus huiuscemodi promissiones sint insolita.*

47 *Menoch. nihil dicit ibi de notificatione, & oblatione. Quò ad partem lucri, falsum est, quod Communitates de eo participauerint, cum ex processu clarè pateat in quos peruenerunt illa dupla 900.*

48 *Doctores de quibus hic rectè loquuntur, sed non benè applicantur; quia repetitio non est facilis contra D. Duce Sabaudiæ. Doctores præterea dicunt debitorem liberari etiamsi soluerit priuatæ personæ iussu superioris Rot. Gen. in decis. 33 nu. 7. vers. adhac Menoch. cons. 68. num. 14. vbi in specie reprobat Ruin. contrarium dicentem cons. 171. lib. 4.*

49 *Superflua est disputatio de mora, cum in facto non constet de aliqua mora; veriorq; adhuc est, & receptior ea opinio, quæ vult debitorem exactum in iniuriam creditoris liberari, non obstante mora præsertim si agatur de mora contracta per lapsum diei, de qua in allegat. dict. Communitatum fol. 6.*

169 quod si semper interpellat; & in mora consti-
tuit, cum nullus terminus sit statutus Claud. ad
d. Bertazol. conf. 268. & in litt. A. multo ma-
gis cum terminus adest, & verã morã date cum
170 interpellatione, & vt probat Seraphin. de
iuramento priuileg. 47. ferè per totum, & priui-
leg. 48. nu. 1. Mancinus de iuramento parte 4.
effect. 519. num. 2. Ideoq; aptatur doctrina
Thes. & decisiones per eum allegatæ nu. 4. quæ
assertio posset latè confirmari ex traditis per
DD. in l. quod te ff. si certum petatur.

Nec obstat allegata doctrina Aquillini 50
in l. 2. §. idem in facto parte 3. nu. 44. ff. de verb-
161 borum oblig. quia manifeste loquitur in casu,
quo constat debitorem exactum in iniuriam
creditoris, & nulla culpa potest considerari in
debitore, & sic in casu Bart. in d. l. creditor in
secundo casu per vim, quo in casu planum est
nos non versari.

Possent etiam plura dici circa capitale cen-
sus, & quod eius solutio sapiat collusionem,
quodq; Comes cuius non posset dici creditor,
51 quia nullo vnquam tempore posset ab inui-
tis exigere huiusmodi creditum, appellatione
crediti venire nequit verum hanc partem absol-
uerint alij plene, & ex superius dictis satis arbi-
tror, quoad omnia positã in tutò Comitis causã.

Ex quib. 52 omnibus facilè colligi potest,
nec in iniuriam Comitis factam exactionem,
nec per vim, ideoq; Communitates cogendas
ad perseuerandum in dict. censuum solutione,
& ita iuris esse arbitror: me tamen solidæ, &
nunquam mihi pœniten. D. mei D. Senatoris
Belloni censuræ subijcio, à cuius fonte hæc, cæ-
teraq; omnia quantulacumq; sint profluxisse
semper profitebor &c.

Marcus Antonius Montius
I. C. Coll. Med.

Tandem dum Præturam Cremonæ exerceret
ipse Amplis. D. Sen. Delegatus, & ibi Vica-
rij Prætorij munere fungere, vti Coaduocatus
Communitatum pro ijs patrocinarer die 13.
162 Iulij 1622. declarauit Communitates esse à
petitis per Comitem absoluendas, præterquam
à summa censuum maturatorum, pro qua Com-
munitates erant in mora, antequam Oppida in
potestatem D. Ducis peruenissent; Quia circa
eam summam ratione moræ Communitatum
maiorem AEQVITATEM, & Iustitiam exta-
re pro Comite videbatur; Cum certum sit quod
sublata mora pecuniæ prædictæ ad manus Ducis
163 non peruenissent, Thesaur. d. qu. 54. sub nu. 4.
circa medium;

S V M M A R I A.

1 *Solutio coacta in iniuriam creditoris debitorem liberat*
2 *Soluens alteri, quã vero creditori iussu iudicis liberatur*
3 *Soluens auctoritate illius qui cogere potest consequitur liberationem.*
4 *Soluens per vim, & metum habet beneficium repeti-tionis, & conditionem indebiti, et liberatur ope ex-ceptionis.*
5 *Census redemptio posita est in facultate venditoris cen-sus, non emptoris.*

50 *Doctrina Aquilini non fuit allegata ad hoc propositum; sed ad ostendendum, quòd dicta Communitates erant liberata etiam pro capitali census; quia in his controuersijs semper melior est conditio possidentis, nempè rei, qui conuenitur.*

51 *De hac re differitur in scriptura Communitatum fol. 5. à tergo ultra dicta in præcedenti apostilla.*

52 *Ex iam dictis colligitur totum contrarium, Iccircò Perill. D. Bellonus debet declarare has pauperes Communitates esse liberatas à dicto D. Comite, tàm respectu censuum, quàm capitalis.*

6 Census

6 *Casus inserdus vim, & metum, cui resisti non potest, dicitur fortuitus.*
7 *Pecunia destinata ad redemptionem census consideratur vt species.*
8 *Debitor liberatur interitu speciei.*
9 *Periculum pecuniæ ad eum spectat, qui ex ea commodū sentit, licet dominium sit in alium translatum.*
10 *Vsurarius dicitur contractus, quando in censu emptor semper reditur certus de lucro.*
11 *Confessiones principis, vel officialis illius de recepto absq; enumeratione non probant: contrarium nu. 22.*
12 *Debitor antequam soluat debet contradicere, vt passio sit fidei testimonium.*
13 *Debitor soluens ad mandatum illius qui iurisdictionem non habet non liberatur.*
14 *Offerens parere, & soluere non expectata coactione dicitur sponte soluere, vndè metus purgatur, & liberationem non consequitur.*
15 *Sponte offerēs dicitur conijcere se in laqueos necessitatis*
16 *Præcepta pœnalia affectata metum non inferunt, nec liberationem.*
17 *Principis assertioni in causa propria non esse credendum, nec eius officiali, præsertim in præiuditium non subditi: contrarium num. 38. & trib. seqq.*
18 *Genus interire non potest.*
19 *Debitor morosus tenetur etiam de casu fortuito, licet coactio fiat in iniuriam creditoris: fallit vt nu. 43.*
20 *Culpa culposi damno cedit, & nu. 45.*
21 *Casum fortuitum quis potest in se suscipere, & pro eo tenetur.*
23 *Qui potest exigere potest etiam debitorem liberare.*
24 *Coactus dicitur, qui verisimiliter cogi potest, & qui soluit metu coactionis nu. 26.*
25 *Coactionem metuens excusatur licet dicat actum sponte gerere.*
27 *Metus belli operatur idem, quod ipsum bellum, & metus tormentorum, quod eorum illatio.*
28 *Culpa non arguitur in eo, qui actum patitur, quem prohibere nequit.*
29 *Metus nedum consistit in armis, sed in proclamate, præceptis, & statuto, multo magis tormentis, & carceribus.*
30 *Verisimile non est eum sponte soluere, qui subiacet periculo iterum soluendi.*
31 *Debitor vt probet se per vim exactum non tenetur id articulari, sed sufficit, quod ordinamentum pænale, vel generale proclamma ostendat.*
32 *Debitor differens solutionem vsq; ad arestum dicitur sufficientem diligentiam adhibuisse.*
33 *Debitor non tenetur carcerem subire, vel cruciatum, sed id tantum præstare, quod honestè potest eius salute salua.*
34 *Culpa ad casum non ordinata non præiudicat.*
35 *Culpa quando dicatur ad casum ordinata.*
36 *Præcepta pænalia Principis etiam iniusta timorem inducunt, & pariunt liberationem.*
42 *Soluens creditori putatiuo liberatur sine Iudice.*
44 *Debitor generis de culpa creditoris non tenetur, sed ipse creditor tantum.*
46 *Casum fortuitum in se suscipiens tenetur de solito non insolito, etiamsi iuramentum accesserit.*
47 *Casum suscipiens intelligitur de casu habente ortum à iure non à facto Principis.*
48 *Debitor casum fortuitum suscipiens non obligatur ad casum prouenientem à culpa creditoris.*
49 *Casus fortuiti ex natura contractus non includuntur.*
50 *Casus fortuiti periculum spectat ad emptorem.*
51 *Casum fortuitum non potest venditor in contractu censsus ex forma bullæ in se suscipere.*
52 *Censuali in contractu si quid conuentum est contrà formam bullæ pro non scripto habetur, & ad formam ipsius bullæ reducitur.*
43 *Protestatio, quod contractus intelligatur ad formam bullæ factus nihil operaretur, vbi pacta essent repugnantia.*
54 *Census contra formam bullæ celebratus est omnino nullus.*

Ressolutio motiuorum à Perill. D. Senatore Bellono excitatorum,

In causa vertente inter Comitem Vitiæ ex vna, & Vniuersitates Leuici, & Pruneti ex altera.

Initium à Domino.

Putamus quidem, præsentem controuersiam illis capitibus terminari posse, ad quæ ipsam in motiuis restrinxit Perill. tunc præceptor, nunc meritis. Senator D. meus Bellonus; qui etiam singula ità discussit, & absoluit, nedum excitauit, vt quisq; nō obscurè intelligat, quam vehementer labefactetur sententia, ab Egreg. D. Capitaneo Iustitię lata ad fauorem Comitis Vitiarum, & facilè destruatur eiusdem Comitis intentum.

Si quidē, cū eo tēpore, quo Leuicis, & Pruneti vniuersitates, sub ditione Serenisſ. Subaudiæ Ducis iure belli detinebātur, reposito in castro Pruneti militū Allobrogū præsidio, sub regimine Gabrielis Blanci, Ducis vnius cohortis militum, Ab eodem Sereniss. Duce, eius litteris Ducalibus Taurini datis sub die sexta Decembris anni 1615, iniunctum fuerit Egregio Fiscali generali Beiuerio, quod se transferet ad loca Cassini Costiliolarū, Priuchę, & alia status præf. D. Ducis, in quibus reperirentur debitores ergà Pandulphum Solarium, & Comitem Vitiarum de quibuscunq; pecuniarum summis, & ad illarum procederet exactionem, vt sibi debitarum, & spectantium, propter confiscationem, contra dictos Pādulphum, & Comitē Vitiæ sequutam; procedendo contra debitores pœnalibus præceptis, Arestis, & detentionibus personarum; & harum litterarum vigore, citati fuerint Syndici Vniuersitatum Leuicis, & Pruneti, ac ijsdem postmodum examinatis, super quantitate pecuniarū Comiti Vitiæ debitarum, transmissā præcepta pœnalia, alterum nēpè diei 30. Ianuarij 1616. soluendi duplas 700. Iacobo Parrutiæ infra biduum, cum declaratione Commissarij Currij, sequutæ die vltima eiusdem mensis, quod memoratæ Vniuersitates pœnas incurrerent, vbi præscripto tempore non soluissent: Aliud verò d. D. Aduocati Fiscalis diei primę Februarij, ad soluendam integram pecuniarum summam, sub pœna scutorū tercentum; & demum reclamantibus, & opponentibus prædictis Vniuersitatibus de earum iuribus, ad euitandam pecuniarum exactionem, comminatum fuerit

 Arrestum

Arrestum personale, in turrim Curtis Milij, adiecta pœna aureorum ducentum, pro quolibet ex dictis Agentib. iuncto etiam alio præcepto de non recedendo, sub pœna scutorum quinqicentum Ducali Cameræ applicandorum, Satis constar Sereniss. Sabaudiæ Ducem, iurisdictionem in prædictis locis, tamquam ei suppositis, saltem de facto exercuisse, & præceptis illis, vim, & iustum metum intulisse, nec non etiam reiectis exceptionibus dictarū Vniuersitatum, quæ eius imperio resistere non poterant, ipsas, ob confiscationem in odium Comitis sequutam, ad pecuniarum ex solutionem vrsisse. Proindeq; rectè

3 affirmari posse, huiusmodi coactam solutionem, in Comitis iniuriam, easdemmet Vniuersitates, à quocūq; priori obligationis vinculo, erga Comitem liberare, & nihilminus immunes redere, ac si vero creditori præfatam solutionem præstitissent, vt docuit Bart. in l. creditor n. 2. ff. de solut. vbi dicit, quod publicatis bonis creditoris, non est dubium, quin exactio facta in eius iniuriam, debitorem liberet, & idem in tract. de Tyrannide in 7. quæst. princip. num. 23. & seq. quam Bart. doctrinam vti communem, & indubitatam apertius confirmarunt. Bald. in l. falsus num. 35. C. de furt. Luc. de Penn. in l. vnica col. 3. vers. è contra, & vers. dicas, quod C. vt null. ex vi caue. &c. rursus Bald. in cons. 128. factum tale lib. 2. cons. 146. num. 6. eo. Dec. cons. 25. col. 3. Anchar. cons. 64. col. fin. vers. de secundo ad secundum, Barbat. cons. 27. num. 7. vers. secundo casu lib. 3. Ruin. cons. 85. num. 8. lib. p cons. 167. num. 7. lib. 4. quod in meo codice est repetitum in cons. 116. lib. 5. Calcane. cons. 113. antè n. 4. vers. sed Bart. Castillione. cons. p. Afflict. decis. 150. n. 12. 13. 20. 25. & 32. Rip. in tract. de pest. tit. de priuileg. contract. n. 49. Alber. à Rosat. de statut. quæst. 86. nu. 5. & seq. Rot. Ianuens. mercat. decis. 33. num. 6. Boss. in tit. an debitores &c. num. 3. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 137. num. 10. cons. 68. num. 12. & seq. cons. 212. num. 65. & latius cons. 608. num. 18. Gabriel. in commun. conclus. tit. de solut. conclus. 11. nu. 14. Alb. cons. 318. num. 1. & 38. Gamm. decis. Lusican. 285. num. 2. Fontanell. omninò videndus tract. de pact. nupt. clausul. 3. glos. 2. nu. 44. Carpan. ad constit. in §. omnium num. 877. & seq. fol. 212. Gasp. Ant. Thes. quæst. forens. 54. nu. 1. lib. 2. inquiens, attenta culpa creditoris, debitorem liberari, atq; ita fuisse iudicatum, Carol. de Graff. except. 25. num. 53. Ering. tract. de fideiussor. cap. 70. tit. quib. mod. fideiuss. toll. nu. 16. Monter. decis. regn. Aragon. 2. nu. 11. & 46. Bott. cons. 25. nu. 14. Gratian. discept. forens. c. 485. nu. 9. lib. 3. Maur. tract. de solut. oblat. & retent. c. 21. nu. 16. & seq. Quare ex tantorum virorum auctoritate, palam est, hanc esse receptissimam, & indubitatam sententiam, & ex ea in tutò poni Vniuersitatum exceptionem; quæ vlterius etiam multis rationibus euidenter fulcitur.

Primo quia, Aut Vniuersitates coactæ fuerunt à Iudice, secundum formam iudicij, & sic de iure, & hoc sanè casu certum est eas liberari

2 quia etiam soluens alteri, quam vero creditori, interueniente auctoritate, & iussu Iudicis, plenissimam obtinet liberationem, l. creditor ff. de solut. l. ait prætor §. permittitur ff. de minor. Afflict. decis. 150. nu. 27. decis. 328. nu. 2. Men. cons. 68. nu. 12. Rot. Iannens. decis. 33. nu. 6. Bott. cons. 100. nu. 22. Monter. decis. Regn. Aragon. 2. n. 27. Farin. decis. 345. nu. 1. par. 1. to. 1. latissimè Maur. de solut. c. 5. nu. 45. & seq. ac cap. 21. nu. 10. Aut soluerint, quia habuerint necesse parere, formidabili præcepto D. Ducis, ibi tunc de facto iurisdictionē exercentis, & itē

3 affirmandum est eas liberari, cum soluens auctoritate superioris imperantis, & illius, qui cogere potuit, excusetur, ac omnimodam liberationem cōsequatur. d. l. non videtur §. qui iussu l. furti, §. qui iussu ff. quib. ex caus. infam. irroget. Guid. pap. decis. 340. Vrsil. ad decis. Afflict. 101. nu. 6. Bursat. cons. 139. nu. 34. lib. 2. omnino Bott. cons. 8. nu. 15. cons. 100. n. 23. Barbat. cons. 27. nu. 3. Maur. de solut. d. c. 5. num. 46. inquiens, debitorem ex præcepto iniusto illius, cui est subditus, alteri, quam creditori soluentem liberari, non obstante obligatione iurata, ex quo auctoritas superioris censetur in omni casu excepta.

Rursus: vel rectè, vel indebitè soluerunt, Si

4 rectè ipso iure liberantur, vt clarum est; Si autē indebitè, sed per vim, & metum, adhuc eis competit beneficium repetitionis, & datur condictio indebiti, vt per Bart. in l. 1. §. quod autem ff. quod vi aut clam. & in l. 2. C. de condic. indeb. l. 3. C. de eo quod met. caus. Maur. de sol. c. 21. nu. 8. Vndè liberantur ope exceptionis, ad tex. in l. cum quis §. pri. ff. de solut. Ruin. cons. 167. num. 9. vers. quinimmo ego puto vol. 4. Gab. in comm. conclus. de solut. concl. 11. num. 29. Afflict. d. decis. 150. num. 15. Maur. d. c. 5. num. 89.

Secundo quia, cum Sereniss. Sabaudiæ Dux de iure non posset vrgere præfatas Vniuersitates ad redemptionem census, cuius creditor nō dicebatur Comes, ex quo talis redemptio posi-

5 ta erat in potestate debitoris tantum, non etiā emptoris census, secundum formam Bullę Boccac, de cens. par. 3. num. 27. Farin. decis. 56. nu. 5. par. 1. to. 1. Giurb. decis. 85. num. 10. & nihilo-

6 minus capitale ipsum per vim exegerit; Palam est id egisse auctoritate propria, de facto, ac per talem vim, & metum, cui resistere nemo potuit, ad ea, quæ post alios adducit Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de seruit. ressolut. num. 12. versic. hæc declaratio fol. 71. vnde casus dicitur dubio procul fortuitus, Afflict. decis. 54. n. 2. vbi Vrsil. num. 1. Crau. cons. 95. num. primo cons. 233. nu. 2. latè Bursat. cons. 151. num. 124. cons. 194. nu. 21. lib. 2. & latius cons. 364. num. 19. lib. 4. Menoch. cons. 27. nu. 29. Gratian. discept. forens. cap. 520. nu. 25. lib. 3. Vsq; adeo vt si ob hanc coactionem præparata fuit quędā certa pecuniarum quantitas, & ad extinguendū

7 censum destinata, videatur in obligatione illa certa species, & eadem quantitas, non alia, vt obser-

obseruat. Sigismond. Lofred.conf.2.num.46. & huiusmodi genus efficiatur genus subalternum Anchar. qu.30.num.9. & seq. l. 3. cuius interitu
8 debitorem liberari credendum sit, ad tex.in l.in naué ff.locat.l. in ratione §. incertæ,ff. ad l. falcid. Bursar. conf.325.uum.56.lib.3 Trentaciuq. var. resol. lib.3. tit. de solut. ressolut.11. num.2.

Tertio, cum in contractu census emptor percipiat pensionem, & sentiat quoddam certum emolumentum ratione capitalis pecuniarum,& venditor census habear rantum pecuniæ vsum;
9 Hinc receptum est,vt huius pecuniæ periculum, ad eum spectet,qui sentit ex ea commodum, licet illius dominium sit translatum in eum, qui postea coactè constitutus debitor, efficitur debitor quantitatis, ad text. notabilem in l. Titius ante fin. ff.de præscrip.verb.quē dicit valde notandū, Castr.ibi, prolimitatione l. incendiū; subdens,nescire alibi concordantem Rip. in l. quod te nu.9. ff si cert. pet. Ias. in l. si pascenda nu.3.C.de pact. & hoc admittit Bero. licet contrarium teneat in conf. 194. nu. 8.& 43. vol.p. latè firmat Alexan. Trentac. var.resol. lib.3.tit. de solut. ressolut. 11.num.6. & in tit.de pignor. hypothetic. ressolut. 4. num. 3.

Quod quarto loco ex eo non leuiter suadetur,nimirum quia si interitu quantitatis, debi-
10 tor non liberaretur, vtiq; emptor semper esset certus de lucro, & ita, contractus redderetur vsurarius, vt obseruat. Gasp. Ant. Thes. quæst. forens.32. num. 2. 7. 18. 21.lib.1. Farinac. conf. 162. num. 20.decis.642. num.3.part.2.tom.2.latissimè Hector Felic. de societ. cap. 18. num. 8. Itaq. ne contractus habeat implicitam vsuram, & dicatur factus contra formam Bullæ Pontificiæ,concludendum est,interitum pecuniæ. casu fortuito sequutum, ipsi emptori census,esse imputandum.

Superest modo, vt ijs, quæ in contrarium adduci possunt occurramus, ex quorum solutione, magis atq; etiam magis Vniuersitatum exceptio iuri consentanea demonstrabitur.

Primo in quæstionem deducuntur præstitæ solutiones, quod slz. non omninò satis, de pecuniarum enumeratione liqueat, in tantum,
11 vt non sufficiat producere Principis, vel alterius Officialis confessiones de recepto, nisi de vera enumeratione constet, vt in terminis tenuerunt Castrens. in conf. 13. visis his quæ superius narrantur nu.62. & seq. lib.3. Afflict.decis. 150.num.28.Menoch.de arb.iud.cas.137.n. 16.lib.2. Bertaz. consil. crim.268. num.8.vol.2. Sacc.Parmens.cōs.22.num.23.Rimin.Iun.conf. 465.num.9.lib.4.

Secundo, illud mouere videtur difficultatem, sanè, quod cum in Ducali delegatione, non continerentur loca Leuicis, & Pruneti,nec ea
12 Sereniss. Sabaudiæ Duci supposita essent, id prædictæ Vniuersitates opponere debuerunt, & omnino asserris pœnalibus præceptis contradicendo resistere, vt passio esset fidei testimonium, vt per Alber.à Rosat.de statut. quest. 86.nu.3.Barbar.conf.27.n.8.lib.3.Mazzol.conf. 40.n.11.Sacc.d.conf.22.n.10.Crauet.conf. 1000. nu.27.& seqq.Fachin.conf.58.nu.26.lib.1.Men. de arbitrar.d. cas.127.nu. 14. Gratian. discepr. forens.cap.485.nu. 14.lib.3. Quinimò solutionē omnino degnare, cum scire deberent debito-
13 rem soluentem ad mandatum eorum, qui in eū iurisdictionem non habent, liberationem non consequuturum,vt admittit Rot.Ianuens.decis. 33.vers.secus si non subdito iussissent,Gratian. d.c.485.nu.3.Sacc.Parmens.d.con.22.nu.14.& n. 19.vbi dicit,imputandum esse ei,qui paruit non habentibus iurisdictionem contra se, cum nec iussus Regis, in his quæ sunt extra eius Iurisdictionē eum excusare possit; Vndè cum ad simplicem citationem prefatę Vniuersitates, Ducalibus mandatis se parere obtulerint, hæcq;
14 talis oblatio fuerit postmodum repetita, nulla expectata coactione, dicitur spontè soluisse, vt obseruant Farinac.decis.241.num.2.circa finem p.p.to.1. Decia.conf. 81.nu.23. lib.4.Gratian.c. 222.num.10.& 237.num.10.vt propterea metus purgatus sit Viral.cāban. tract.de clausu.tit.de met.carcer. verbo restat videre num. primo, & non rectè soluisse, nec item liberatæ censeantur, Bald. in d. l. falsus nu. 36. vers. spontè autem Castrens.conf.13 num.65.69.in 3.vol.Ias. conf.26.num.8.vers. accedat lib.3. Afflict.decis. 150. num.3.Menoch. de arbitrar. dicto cas. 127. n.6.& seq.conf.68.nu.5.Bertazol.conf.crim.268. num.5.Simon de Præt.conf.57.n. 15.Sacc.Parm. d.conf. 22. n.x. Gratian. discept. forens. d.cap. 485.nu.5.& 15.lib.3. & idem respondit in fideiussore spontè, vel affectatè soluente Magon.
15 decis.lucen. 92.per totum vbi latè; existimatur enim à se ipso positus in laqueos necessitatis Decian conf.82.nu.33.lib.5.

Tertio vbi etiam constaret de exactione, quæ solutionem præcessisset, Rursus notum est eam fundari in quibusdam asseris præceptis pœnalib. aduersus quæ non opposita fuerunt à principio opponenda, Quamobrem affectata censentur, & tamquam huiusmodi credendum
16 est iustum metum non intulisse, nec debitorem exactum liberare potuisse,Ias.conf.26.n.12.Menoch. conf. 68. num.4. & seqq. Bertaz.conf.268 nu.11. cum addit. in littera C. Sacc. conf. 22. num. 30. idem in carceratione affectata, quæ non liberat fideiussorem tradit Prosper Petr. in addit. ad Gramm. decis. 26. nu. 11.

Quarto, quatenus probari non posset affectatio, adhuc affirmandum videtur, violentam hāc exactionem, non esse sequutam in odium ipsius Comitis, ob non secus probatam confiscationē,
17 tamquam per assertionem Principis, cui tamquam de eius interesse agenti, & in causa propria, non esse credendum firmat Decian. in conf. 25. num. 80. lib. 1. conf. vnicum post decis. Mastrill. num. 17. & seqq. omninò Peregrin.conf. 7. num. 19. 20. lib. 3. Bec. conf. 56 num. 22. qui loquitur in assertione confiscationis, nec item eius officiali, Mar. burg. tract. de mod. procedend. ex abrupt. quæst.88.num.10. potissimum in præiuditium non subditi, vt per Caball.conf.

95.nu.22.lib. 2. quo casu satis perspicuè patet, has Vniuersitates fuisse ad solutionem impulsas, intuitu pecuniæ simpliciter, non in odium Comitis, & per consequens, tamquam debitrices generis non liberari, sed periculum ipsis esse adscribendum, iuxta theoricam Bartol. in d. l. creditor sub num. 2. & sequacium; ea ratione, quia genus interire non posist, ad tex. in l. incendium C. si cert. pet.

Demum admisso, quod solutio facta fuerit coactè, & itē in iniuriam Comitis creditoris, denuò dicendum est, casum hunc Vniuersitatibus esse imputandum, tum quia sunt debitrices ge-
18 neris, quod interire non potest, dicta l. incen-
19 dium cum vulgar. tum etiam ob moram, per ipsas in non soluendo incursam, ob quam fit, vt debitor de casu etiam fortuito teneatur, vt per Afflict. d. decis. 150. nu. 32. vbi ita iudic. & eum eo Vrsill. nu. 4. & seq. licet coactio fiat iniuriam creditoris, Barbat. cons. 27. nu. 9. lib. 3. Farinac. decis. 102. num. 6. par. 2. tom. 1. Gerard. Mazzol. cons. 40. num. 7. Riminald. Iun. cons. 210. num. 35., ea ratione, quia tunc dicitur in cul-
20 pa, quæ damno eius cedit, l. si merces §. culpæ ff. locat. Farin. d. decis. 102. num. 6. vers. stante autem; Tum demum ob pactum expressum, quo casibus fortuitis fuit renunciatū, & in spe-
21 cie casui fortuito ex facto Principis, quem partes in indiuiduo excogitarunt, & eum ità præuiderunt, vt omnino voluerint de eo teneri, illumq; in se suscipere, vt certè potuerunt ex Bertrand. cons. 55. nu. 3. vol. 7. Peregrin. cons. 98. n. 9. lib. 1. Felician. decens. lib. 1. cap. 4. num. 5. quo casu excusari non posse videntur, quin casui isto ex facto Principis contingenti planè subiaceant, ad tex. in l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. Surd. cons. 61. num. 63. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conn. lib. 5. tit. 8. num. 10. Gasp. Baer. de inop. debitor. creditor. ad dicend. c. 4. nu. 17. Hond. cons. 43. num. 15. 16. l. 2. Bursat. cons. 323. num. 56. lib. 3.

Hæc licet non leuiter vrgere videantur, me tamen à priori sententia retrahere non potuerūt; cū, vt ego puto, nihil casui nostro officiant.
22 Itaq; ad primum respondetur, nempè solutiones satis superq; probari ex confessionibus, & liberationibus habitis à Serenis. Duce, tamquam tunc Domino, & creditore principali successo in locum ipsius Comitis, quibus ideo credendum esse, & illorū vigore, memoratas Vniuersitates liberatas remanere affirmandum, vt ex magis communi probant relati per Ceual. comm. contrà com. quæst. 699. nu. 6. vers. sed his non obstantib. Felician. de cens. lib. 3. cap. 1. nu. 8. vers. contrarium immò Ering. tract. de fideiussor. cap. 20. tit. quib. mod. fideiuss. toll. §. 1. nu. 51. & mult. seqq. fol. 385. latè Mar. burg. in tract. de laudim. inspect. 34. num. 5. 7. & in addit. ad d. numerum 5. vbi alios refert, Bardell. cons. 101. n. 98. Quod multo magis procedit concurrentibus coniecturis slz. quia præcesserunt pœnalia præcepta, Arrestum, & alia, quæ sicut efficaciter sollicitarunt, & compulserunt ad soluendum, ita eorum ratione, solutio satis probabiliter infertur, & confessiones, ac liberationes adeò redduntur verisimiles, vt de earum fide nihil sit legitimè detrahendum.

Contraria procedunt, quando confessio facta fuit à tertio, qui non potuit præiudicare principali creditori, seu in illius præiuditium aliquem liberare; Vndè secus est in confessionibus factis à principali creditore: Hæ autem confessiones emanarunt à Serenis. Duce, tam-
23 quam à principali creditore, qui sicut potuit dictas Vniuersitates in præiudicium Comitis exigere, ità easdem exactas liberare, vt satis patere arbitramur, & ad hoc cōfert Raudhens. cons. 17. num. 158. fol. 120. à tergo.

Ad secundum respondetur, solutionem nullo pacto spontaneam dici posse.

Primo quia, cum in delegatione Fiscalis Beiuerij contineretur, quod vbi ille se cōtulisset ad loca, in quibus reperirentur debitores erga Pandulphum Solarium, & Comitem Vitiarum, ad exactionem singulorum, & omniū quorumcunq; ob sequutam confiscationem, anhelaret, Ac Serenis. Duci in prædictis locis iurisdictionem de facto exercenti Vniuersitates parere cogerentur, Sanè præcedente proclamatè generali, quod qui esset debitor compareret, vbi etiam illius vigore solutionem obtulissent, idque spontè facere protestatæ essent, nihilominus coactè soluisse dicerentur, cum scirent, & cernerent se posse cogi, & forè coactas, Ratio
24 est, quia cum iuris præsumptione is coactus dicatur, qui verisimiliter cogi potest, vt per tex. in l. nouissimè C. quod fals. tuto. aucto. ibi si compulsus, aut metu, ne compelleretur, & ibidem prosequitur Bald. Bolognet. in l. si quis maior nu. 46. C. de transact. Alb. cons. 318. nu. 40. & ante eum Iason. consil. 165. num. tertio vol. 2. Natt. consil. 50. num. 16. 17. Decian. cons. 68. num. 21. lib. secundo, Scapuccin. de success. singul. limitat. 8. num. 7. fol. 135. Mastrill. decis. 120. num. 8. lib. 2. Bertaz. cons. crim. 99. num. 10. Gratian. discept. 344. nu. 20. Surd. decis. 305. nu.
25 28. ità metuens futuram coactionem excusatur, & coactus dicitur, licet dicat actum spontè gerere, ac protestetur spontè solutionem præstare Rimin. Iun. cons. 265. num. 32. cons. 551. num. 29. latè Schrader. de feud. par. 9. cap. 6. nu. 18. vers. namq; gerens vol. 1. Guttierez. de Gabell. qu. 11. num. 5. alios refert Gratian. discept. forens. cap. 227. nu. 12. & seqq. & cap. 586. nu. 58. Anell. amat. cons. 88. nu. 16. 21. Paschal. de pat. pot. cap. 2. nu. 29. & seq. par. 3. quod tandem relinquendum Iudicis inquit arbitrio Bursat. cons. 72. n. 17. lib. 1. Grammatic. decis. 18. num. 19. latissimè Molfes. ad consuetud. Neapolitan. part. 8. quæst. 3. nu. 5. & seq. fol. 231. vbi dicit, quod non
26 solum metus, sed metus suspicio sufficit, & coactè facit, qui timore coactionis aliquid facit, vel metu pœnæ euitandæ Bero. cons. 33. nu. 13. lib. 3. Vnde idem operatur metus coactionis, ac ipsa coactio, Natt. d. cons. 50. nu. 17. dicens, quod
27 idem operatur timor belli, quod ipsum bellū, Vital.

Vital. Camban. de clausul. tit. de met. carcer.
vers. restat videre nu. 6. inquit, quod idem ope-
ratur probabilis suspicio tormentorum, quod
ipsorum illatio, & propterea soluens nulla coa-
ctione adhibita, sciens tamen se posse cogi, di-
citur coactus soluisse, vt præter relatos tenuit
Prosper Paseth. cons. 93. nu. 9. Schrad. cons. 47. n.
7. 8. lib. 2. Honded. cons. 28. num. 34. Et hoc
ideo, quia, cum Principum voluntati parendum
sit nedum coactè, sed etiam apparenter osten-
dendo, quod spontè, & libenti animo pareatur,
ad aufugiendam eorum sæuitiam; qui paret di-
citur coactè paruisse, ex quo ipsius sæuitia, &
terror est à principio formidabilis, semper in-
stat, ac est continuus ad iustum metum inducẽ-
dum, vt pulchrè commemorat Ancharan. cons.
299. visa supradicta facti narratione nu. 1. vers.
p cuius clariori intelligẽtia: & ideò nulla culpa
28 argui potest in eo, qui actum patitur, quem
prohibere nequit l. culpa caret l. nullum cri-
men ff. de reg. iur. Morot. cons. 13. num 16.

Secundo respondetur, hanc solutionem eui-
denter fuisse coactam, idq; probari nedum ex
eo, quod præcesserint precepta pœnalia in gene
re, sed q. alia specialia subsequta sint, ac demũ
Arrestum, quæ singula iustum metum incutere
29 dicuntur, quia metus nedum cõsistit in armis,
sed in proclamate præceptis, & statuto, vt fir-
mant Dec. cons. 25. col. 3. latè Natt. cons. 50. n.
26. & seq. Barbat. cons. 27. nu. 10. Menoch. cons.
68. num. 26 & assentiri videtur Gratian. capit.
485. num. 10. ac multo magis in tormentis, &
carceribus l. qui in carcerem ff. de eo quod met.
caus. Vital. Camban. de clausul. tit. de met.
carcer. nu. 1.

30 Vlterius non est verisimile, quod memmo-
ratæ Vniuersitates Serenis. Duci spontè solue-
re voluerint, cum timere possent nouam mole-
stiam, & aliam instantiam ad soluendum, Sed
verisimilius est eas non nisi coactè soluisse, &
per metum, ad euadendum comminatũ, & im-
pendens periculum, vt in terminis ponderat
Anchar. cons. 199. vol. 1. circa finem.

Nec ideò debitor, vt probet se per vim exac-
tum, tenetur id in specie articulari, ad libera-
31 tionem consequendam, sed sufficit, quod ordi-
namentum pœnale, vel generale proclamma
ostendat, vt per Bart. in d. l. creditor in 3. quæst.
num. 3. & in tract. de tirannid. in 7. quæst.
princip. nu. 25. Afflict. decis. 150. nu. 16. Me-
noch. cons. 68. num. 27. Ancharan. cons. 64. in fi-
ne Barbat. cons. 17. num. 10. lib. 3. Gamm. decis.
lusitan. 103. nu. 3. versic. voluit tamen Io. Bott.
cons. 25. nu. 18.

Hic autem, vt sæpius repetã, nedum postquã
præcesserunt præcepta pænalia, statim Vniuer-
sitates non soluerunt, sed omninò contradixe-
runt, ac inthimata denunciatione ipsi Comiti,
adhuc opposuerunt, & procrastinatæ sunt, do-
32 nec comminatum fuit Arrestum, quo casu ex-
cusantur, quia omnem diligentiam videntur
adhibuisse, vt tradunt ex tex. in l. ait prætor §.
quid tamen ff. de minor. Barbat. cons. 27. nu.
3. Io. Bott. cons. 25. num. 14. & seqq. versic.
accedat, Gasp. Ant. Thes. quæst. forens. 54. n. 5.
vbi ita iudicatum, & admittunt omnes in con-
33 trarium allegati. Non enim tenebantur carce-
rem subire, vel cruciatum, sed illud tãtum age-
re, quod honestè poterant, eorum salutè salua
Bald. in d. l. falsus, quem seq. Afflict. sæpius
allegata decis. 150. num 23. latè Gratian. cap.
485. num. 14. & alij supra relati. Intrigliol. decis.
13. num. 5.

Minusq; obstat, quod oblatio parendi, ema-
nauerit ante præcepta pænalia, & quod facta
fuerit ei, qui non erat dominus.

Respondetur; oblationem non fuisse ordi-
natam ad solutionem faciendam, sed incertam
fuisse, & generalem parendi ei, qui tunc tem-
poris erat dominus, & iurisdictionem saltem
de facto exercere poterat in ipsas Vniuersita-
tes inuitas, & ob id rectius dici eam potius
fuisse emissam animo aufugiendi sæuitiam Prin-
cipis, vt sup. diximus, quam animo verè soluen-
di, vt indicauit subsequuta resistentia: & proin-
34 dè talem oblationem, contrariam facto, non
præiudicare, minusq. arguere dolum, aut cul-
pam, saltem ad singularem casum solutionis or-
dinatam, vndè nullum super ea constitui potest
fundamentum, ex Crauet. cons. 621. nu. 11. Al-
douin. cons. 19. num. 77. latè Hector Felic. in
tract. de societ. cap. 23. nu. 16. Bursat. cons. 134.
num. 24. lib. 2. Morot. cons. 135. num. 37. subdens
35 num. seq. quod culpa tunc ad casum ordinata
dicitur, quando principaliter casum respicit, &
quando fuit causa proxima, quod casus super-
ueniret, sed hoc longe abest à præsenti casu; Ad
euitandum vero illud vnum, nempè, quod sol-
uerint nõ habenti iurisdictionẽ, sufficit dicere,
Serenis. Ducẽ fuisse dominũ de facto: Contra-
rium procedunt, quando ciuiliter agitur, & de
iure, quia tali casu potest declinari iurisdictio;
secus est, quando proceditur de facto, & omne
ius positum est in armis, quia tunc, qui necesse
36 habet parere dicitur coactus, & præcepta pœ-
nalia Principis, etiam in competentis, iustum
metum, & timorem induenut, ac per cõsequens
liberationem, Bott. cons. 8. num. 14.

Hinc etiam tollitur tertium obiectum, quod
minæ fuerint affectatæ, Tum quia contrarium
constat ex coactione, & resistentia sequuta Tũ
etiam quia hæc est qualitas, quæ non præsumi-
tur, sed per allegantem iustificari debet, alio-
quin facillimè prosternitur, & supprimitur.

Ad quartum respondetur, nimirum de inju-
ria, & odio in Comitem plenè constare ex con-
fiscatione ipsa in dubium nullo iure reuocanda:
37 Nam cum ea à Principis potestate, & nutu pẽ-
deret, tempore, quo de facto erat dominus di-
ctorum locorum; & fuerit in litteris Ducalib.
enunciata, concludimus eam præcessisse, & D.
Duci in hoc nihil minus deferendum, vt probat
Decian. cons. 18. nu. 274. lib. 1. cons. 41. nu. 27. lib.
2. cons. 4. nu. 45. lib. 4. affirmans, Principis asser-
38 tioni standum esse in his, in quibus ipse de po-
testatis plenitudine præiudicare potest: & an-

tè.

tè cum Curt. Sen. cons. 49. num. 32. Becc. cons.
140. num. 14. lib. 2. Laderch. cons. 145. nu. 2. Bar-
dell. cõs. 101. n. 75. & potissimũ, quia vt inquit Ce-
phal. cons. 155. nu. 18. lib. 2. hac tempestate ab-
39 surda videtur, disputatio, an Principi credẽdũ
sit, cum ex consuetudine, istud dubium fuerit
penitus sublatum Cauaguol. ad Menoch. cons.
100. num. 54. Bardell. cons. 101. num. 98.
Roland. Auall. cons. 1. nu. 193. lib. 2. In omnem
40 casum talis Principis assertio, vel transfert
onus probandi contrarium Menoch. cons. 135.
41 num. 94. vel saltem inducit bonam fidem in
ipsis Vniuersitatibus, quæ eas excusat, vt infert
Cost. cons. 67. num. 6. Farinac. decis. 320. num. 5.
42 par. 1. tom. 2. nam, & soluens creditori putati-
no, æquè liberatur etiam sine Iudice l. 1. §. si rem
à seruo ff. deposit. Gratian. discept. forens. cap.
37. nu. 36. Peregr. cons. 88. num. primo vol. primo
Giurb. decis. 79. num. 2. vers. sic quoq;

Ad quintum respondetur.

Primo assertam moram non probari, eamq;
propterea in facto denegari: In omnem casum
certum est, eam restringi ad census, non autem
extendi ad capitale, cuius ratione nulla mora
vestire potest in consequentiam.

43 Secũdo ex confiscatione colligi culpam cre-
ditoris, quo casu debitorem generis etiam mo-
rosum liberari, testatur Afflict. d. decis. 150. n.
12. vbi Vrsil. num. 6. ea ratione, quia, cum culpa
creditoris præcesserit debitoris moram, ab vna
ad aliam non æqua fit compensatio, sed ponde-
ratur causa prima. & potior: Sed quidquid sit.

Respondetur Tertio assertam moram nõ esse
ad casum ordinatam; proindeq; nihil debitori
44 obesse, ex his quæ supra diximus: Vnde rema-
net sola culpa creditoris, ob quam fit, vt debi-
tor generis liberetur Bart. in tract. de Tyra-
nid. quæst. 7. nu. 24. in fine Bald. in l. falsus nu.
35. C. de furt. Men. de arbitrar. cas. 137. nu. 10.
cons. 608. nu. 20. & de casu teneatur creditor
tantum l. paulo callimacho de legar. 3. per quẽ
tex. ita tradit Bart. in d. l. creditor nu. 2. vers.
contrarium, & alij supra citati, cum culpa auc-
45 tori non alijs sit culpa imputanda d. l. si merces
§. culpæ ff. locat.

Nec obicem facit, quod periculum casus for-
tuiti etiam prouenientis ex facto Principis
memmoratæ vniuersitates in se susceperint.

Primo respondetur, suscipientem in se casũ
46 fortuitum, teneri de solito, non de insolito, ad
quem non datur obligatio etiam cum iuramẽ-
to, sed censetur in quacumq; dispositione ex-
ceptus Bursat. cons. 81. num. 11. vol. 1. Menoch.
cons. 27. num. 30. Becc. cons. 81. à num. 11. lib. 1.
Gratian. discept. forens. cap. 521. num. 15. cap.
534. in fine Mar. Antonin. Maceratens. var.
ressolut. lib. 2. ressolut. 26. à nu. 9. vbi latè Cost.
de rat. quæst. 127. nu. 6. Surd. cons. 61. vbi latè.

Secũdo partes sensisse de casu, & facto Prin-
cipis, proueniente à iure, & in ratione fundato,
47 non de casu, originem trahente à propria Prin-
cipis auctoritate, & à plenitudine tempestatis,
vt proseq. Macerat. d. ressol. 26. nu. 9. Quin imò
tantum abest, quod partes se obligauerint,
ad huiusmodi casum, vt eidem omnino renun-
ciasse dicantur, per specialem illam expressio-
nem casus, habentis à iure originem, vt colli-
gitur ex verbis illis: & dictos annuos census
&c. perpetuò manutenere, & defendere &c. &
omnes, & singulos casus, & euentus præmissis,
aut alicui præmissorum contrarios, etiam nulli-
tatis contractum, & quouis capite in corpore
iuris clauso, etiam ex statu, & facto Principis
proueniente, & prouenturo teneri voluerunt.

Tertio respondetur, saltem non fuisse cogi-
48 tatum hunc casum, deriuantem à culpa pro-
pria ipsius creditoris, Vndè cum non fuerit ex-
pressa illa qualitas, hoc est de facto Principis,
et ex culpa creditoris proueniẽte, planè affirmã-
dum est, talem casum esse prorsus exceptum,
nec debitorem de eo teneri, pulchrè Menoch.
cons. 671. num. 23. vers. respondetur Vrsill. ad
Afflict. decis. 150. num. 7. Gramar. cons. 66. nu.
73. Rom. sing. 414. tu scis, & ex Gasp. Ant.
Thes. quæst. forens. 47. lib. 2. Cost. in eius prax.
conuentional. claus. 137. num. 3. f. 115. Manent.
decis. 20. nu. 14. Mangil. de euict. q. 18. nu. 20.

49 Quarto, cum ex natura cuiuslibet contra-
ctus, casus fortuiti non includantur, & nemo
regulariter ad illos teneatur Sebastian. medi-
ces. in tract. de fortuit. cas. quest. 26. num. pr. Ce-
phal. cons. 20. nu. 12. Menoch. cons. 1183. num. 7.
50 Aldouin. cons. 19. num. 58. Sed periculum spe-
ctet ad emptorẽ, l. final. ff. de peric. & commod.
rei vendit. Men. loco proximè allegato Felician.
de cens. lib. p. cap. 4. num. 5. vers. nam cum, latè
Boccac. eo tract. p. p. num. 20. f. 15. & num. 54. f.
54. talem casum non potuit in contractu cen-
51 sus, venditor in se suscipere, cum ex forma bul-
læ, quislibet prohibeatur obligari ad casus, qui
non veniant ex natura contractus, Molin. de cõ-
tract. tract. 2. disputat. 390. claus. 4. Boccac. d.
tract. de cens. p. p. n. 54. Felician. lib. p. cap. 10. n.
13. vers. vniuersale. n. est fol. 115. Quod in præ-
senti casu multò magis asseuerandum est, cum
partes inter ipsas cõuenerint, vt contractus in-
telligeretur factus ad for. Bullæ, quã ità præo-
culis habuerunt, vt singula ad illius formam re-
52 duxerint, Vndè si quid contrà vel præter eius
formam conuentum est, pro non scripto habe-
tur, atq. ideo contractus ad ipsam Bullæ for-
mam semper reducitur, Mantic. decis. 302. n. 11.
vbi ita iudicatum Farinac. decis. 219. num. 4.
par. 2. tom. pri. vbi etiam testatur ità sæpius iu-
dicatum, Giurb. decis. (scilicet) 85. nu. 5. alioquin
53 partium protestatio, quod contractus, factus
intelligatur ad formam Bullæ, nihil operaretur
vbi illius dispositioni, & formæ repugnaret, vt
aduertit Giurb. d. decis. 85. nu. 2. Mastrill. decis.
54 141. à nu. 7. quinimò contractus aliter concep-
tus, tamquam contra legis dispositionem ce-
lebratus, nullitatis vitio subiaceret, vt per Boc-
cac. de cens. part. 3. num. 26. fol. mihi 109. Ex
quibus omnibus causam hanc ad fauorem Vni-
uersitatum, iure meritò credimus esse deciden-
dam. Suppleat tamen &c.
Mediol. die 14. Decemb. 1621.

Io. Georgius Baiardus.

SVMMARIA.

1 *Melioramentorum causa datur retentio rei, donec restituantur expensæ factæ pro melioramentis.*
2 *Conclusio procedit etiam in benefitialibus.*
3 *Procedit etiam in Fisci præiudicium.*
4 *Actio non datur pro recuperandis melioramentis, facta rei restitutione.*
4 *Contrarium verius de AEQVITATE.*
5 *Meliorationes, & expensæ, nullo alio modo seruantur, quam per rei retentionem nu. 5. limita tamen nu. 9.*
6 *Retinentur multa honestè, quæ inhonestè petuntur.*
7 *Retentio facilius datur quam petitio.*
8 *Petitione prohibita, non dicitur prohibita retentio.*
9 *Meliorationes recuperantur per rei restitutionem actione in factum.*
10 *Dominus rei non debet fieri locupletior cum iactura eius qui meliorauit.*
11 *Melioranti rem, quam putabat suam esse succuritur tantum per retentionem rei.*
12 *Melioranti rem quam sciebat non esse suam datur actio negotiorum gestorum aduersus Dominum.*
Melioranss rem quam scit non esse suam dicitur habere animum recuperandi expensas nu. 13. Et ei competit condictio incerti nu. 14.
15 *Actio incerta datur semper, vbi nulla alia actio competit.*
16 *Actio incerti nullam aliam rem continet, quam retrodationem rei melioratæ.*

Restituens rem absq; melioramentorum retentione ea petere potest. Cap. XXXXXI.



Elioramentorum expensæ priuilegiatæ adeo sunt, vt donec eæ restituantur, concedatur retentio rei ei qui
1 meliorauit l. idem §. 1. ff. de act. empti l. domum C. de rei vendic. arg. l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. facit l. cū ex causa C. de remiss. pignor. Id quod etiam in benefitialibus proce-
2 dere probat Grat. lib. 1. discept. forens. cap. 117.
3 nu. 26 Et etiam in præiuditium Fisci. quamuis nulla adsit hypoteca probat idē Auctor d. lib. 1. cap. 34. nu. 18. per l. cum prior de distr. pign., Bal. in l. cum ex causa de remiss. pignor. l. si colonus vbi gloss. verbo propter ff. de vi, & vi armata l. si necessarias. ff. de pignor. act. Garsia de expensis, & melioramentis cap. 1. nu. 16.

Verum restituta re absq; melioramentorum
4 retentione non datur actio ad illorum recuperationem l. si in area ff. de condit. indebit., vbi
5 habetur nullo alio modo, quam per retentionē posse seruari expēsas, & meliorationes, ad idem tex. in l. Paulus ff. de doli except. Gomez. ad l. Tauri 46. nu. 2. Neguf. de pign. memb. 4. par. 5. nu. 9. & Corn. cons. 22. & 243., Qui DD. admonent possessores ne rem restituant, nisi prius solutis meliorationibus, quia alias illas amitterent. Peregr. de fideicom. art. 5. num. 56., Multa enim
6 honestè retinētur quæ inhonestè petūtur, Grat. lib. 2. discept. forens. cap. 269. n. 16., Quia facilius
7 datur retentio, quam petitio, Prohibitaq; peti-
8 tione non censetur prohibita retentio, Surd. cons. 235. nu. 22.

Quidquid tū sit de rigore iuris, de AEQVI-
9 TATE succurrendum est ei qui rem restituit, absq; melioramentorum deductione, actione in factum, iuxta sæpius citatam l. si me, & Titium ff. si cert. petatur secundum quā poterit impensas repetere, ne sequatur maxima iniquitas, vt ex illis Dominus fiat locupletior cum iactura
10 eius, qui meliorauit, vt in pūcto cōcludit Castr. in d. l. si in area. ff. de condit. indeb., Vbi ex AEQVITATE scripta succurrendum esse illi, qui relaxauit non deductis meliorationibus tradit, idem probat Ruin. cons. 24. nu. 2. vers. & dicit lib. 1., & Valasch. de emphir. qu. 25. nu. 25. qui scribit ita esse iudicandum apud Tribunalia, quæ veritatem sequuntur reiecta illa iuris subtilitate, quos sequitur Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 193. nu. 18. cum seq. & num. 34. à qua nec dissentire videtur Peregr. d. art. 50. sub nu. 56. vers. verum communis, dum post Decianum cons. 18. col. vlt. lib. 2. fatetur primam opinionem procedere de rigore iuris, hanc autem secūdam in AEQVITATE esse fundatam.

Distinguit propterea Grat. mem. cap. 193. nu. 22. & seq. inter bonæ fidei possessorem qui fecit meliorationem in re aliena quam putabat esse suam iure perpetuo, & irreuocabili, & eum qui tenebat rem, non vt propriam, sed illam reco-
11 gnoscebat, vt alienam, Quia primo casu cum possidens non habuerit animum aliquem obligandi quando meliorauit, quia nullum negotiū cum altero gesserit, quam cum se ipso, Non mirum si ei subueniri non potest per actionem, sed solum per retentionem.

In secundo autem casu cum vti alienam rem
12 possederit, si impendit necessario, vel vtiliter, domino profuturus in totum, vel in parte negotium illius gessisse dicitur, & consequenter sibi obligauit dominum actione ex eo contractu, vel quasi; seu ex negotio vtiliter gesto; Ideoq; actio illi datur, ex sententia enim eius qui scit rem esse restituendam, & ex bona fide meliorantis colligitur animus obligandi, & gerendi rem
13 vtilem futuro domino, & sibi pro tempore quo possidet l. qui exceptione §. si pars ff. de cōdit. indeb. l. domus ff. de leg. 1. Vt in emphiteuta, Feudetario, marito, vsufructuario, grauato per fideicommissu. Et in possidente cum pacto retinendi, alijsq; similibus casibus ita disertè scribit Valasc. de emphit. q. 25. n. 25. post Ruin. cons. 24. nu. 16. quos sequitur Peregr. d. art. 50. à nu. 58. vsq; ad nu. 64.

Quippe quod non solum competit actio, & petitio impensarum pro meliorationibus, sed etiam incerti condictio per quam recuperatur
14 res ipsa tradita, Quia illius traditio facta fuerit

pinguius, quam oportebat, & repetantur ea, quæ poterant retineri, donec super impensis iudicetur, & ex restituantur. Itaque actio incerti da-
15 tur semper, vbi nulla alia actio ordinaria proditá est, cum merum factum contineat, idest nullã
16 aliam rem, quam retrodationem ad effectũ retinendi, vt ex Castr. in l. & si me purem §. cum intern. 2. & 3. ff de condit. indeb. probat Gratian. d. cap. 193. nu. 25. cũ seq. idem sequitur Menoc. de recuperand. poss. remed. 15. nu. 39. nu. 507. & 508. Peregr. d. art. 50. nu. 63.

S V M M A R I A.

1 *Filij nepotes, & pronepotes succedunt in locum patris.*
2 *Nepotes cum patruis succedunt ascendentibus equaliter per stirpes.*
3 *Fratris defuncti filius excludit patruum in successione nepotis.*
4 *Fratris filius fingitur esse in secundo gradu, & sic loco patris, & si sit in tertio gradu.*
5 *Subingressio locum tantum habet in ascendentibus & descendentibus non inter collaterales, & transuersales.*
6 *Ad hæreditates collateralium, non vocantur viciniores in gradu, sed descendentes.*
7 *Sententia Auctoris.*
8 *Amicabilis compositio secuta in eo casu, iuxta Auctoris consilium.*
9 *Menoch. loquitur de successione ascendentium in quibus filij, & nepotes obtinent locum patris, non autem de successione collateralium.*

Nepotes, & Pronepotes patris locum obtinent in successionibus ascendentium. Cap. LII.



Vstinianus Imperator in §. cum filij, Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer., tradit Atquum esse filios nepotes,
1 pronepotesq; in patris sui locum succedere; Adeo quod de ÆQVITATE nepotes cum patruis Aequaliter succedere per stir-
2 pes ascendentibus constat, & ibi declarat tex. & habetur in Auth. quibus modis nati efficiuntur sui §. ergo, & in auth. cessante C. de legit. hæred. Fortun. Garsi. in reper. l. gallus nu. 67 & in § idem credendum nu. 46. cum seq. ff. de lib. & posthum., Quippe quod defuncti fratris filius
3 excludit patruum in successione nepotis; licet
4 ambo sint in tertio gradu, eo quia filius fratris fingitur esse in secundo gradu, & sic patris locũ obtinere Auth. post fratres, vbi gloss. in verbo similibus eod. tit. de legit. hæred. Oinotr in d. tit. de success. quæ ab intest. deferuntur nu. 18. & 26.

Ratio est, quia subingressio nõ habet locum, nisi in descendentibus, & ascendentibus, ac in
5 filijs fratrum, & sororum d. Auth. post fratres C. de leg. hæred., Non autem inter transuersales, seu collaterales in quibus deficientibus fratribus, vel fratrum filijs procedit ex dispositio Auth. de hæred., ab intestato venient. §. si vero.

6 Neq; ad hæreditatem vocantur viciniores in gradu exclusis remotioribus, Addictionator ad consuet. Neap. Consuet. si quis, vel si qua tit. de success. nu. 137. & 139. in fine fol. mihi 116.

Et ita per ea iura respondi superioribus mensibus in casu proposito inter Cõsortes de Anglé-
7 ria, in quo postquam patruus secum admisserat ad successionem nepotis ex fratre, alium nepotem dicti defuncti consobrinum; Opponebat hæreditatem nepotis ad ipsum solum tanquam proximiorem in gradu spectare in totum, ac per errorem fuisse alium ex fratre nepotem admissum, vti cohæredem, Suasiq; dicto nepoti vt amicabilem quamcunq; compositio-
8 nem admitteret, ac à lite recederet, quod quod nulla interposita mora fuit exequutus; Nõ enim hoc in casu militabant quæ scripserat Menoch. cons. 124. nu. 84. cons. 357. nu. 22. cons. 901. nu. 46. & cons. 1160. nu. 2. Quia loquitur ibi Menoch. de success. ascendentium in quibus fi-
9 lij & nepotes obtinent locum patris, & aut, Nõ de successione collateralis, vt hoc in casu, De hac materia latissimè scribit Tortus ad Seat. Pap. cap. 95. in ciuil. per totũ ad quem remittitur lector.

S V M M A R I A.

1 *Raptor prohibetur ducere in vxorem mulierem raptam, nec ob id a pœna excusatur.*
2 *Raptor capite plectitur, etiamsi raptã in vxorem duxisset.*
3 *Casus huiusmodi pœnæ in Hispanijs executioni missa.*
4 *Lex vnica C. de raptoribus virginũ correcta dicitur per cap. fin. de raptoribus quoad matrimonij contrahendi prohibitionem.*
5 *Secus quoad pœnam capit. quæ obseruatur in terris Imperij.*
6 *Contrarium obseruatur De ÆQVITATE.*
7 *Mulieris raptæ consensus liber, ad matrimoniũ contrahendum cum raptore, eum præseruat à pœna.*
8 *Decretum Senatus in ea materia.*
9 *Decretum aliud Senatus in materia abductionis, & matrimonij postea contracti cum abducta.*
10 *L. vnica C. de raptor. habet locum etiam circa inferentes cum mulieribus.*
11 *Decretum Senatus in ea materia.*
12 *Decretum aliud Senatus.*
13 *Consensus mulieris raptæ non tollit delictum.*
14 *Decretum Senatus in ea materia.*
15 *Decretum aliud Sen.*
16 *Raptus pœna non habet locum in meretrice.*
17 *Non. constit. dispposit. contra raptores meretricum.*
18 *Decretum Senatus in ea materia.*
19 *Non secuto conatu per cognitionem mulieris raptæ non procedit dispositio L. vnica C. de raptoribus virum, quoad pœnam capit.*
20 *Decretum Senatus in ea materia.*

21 Repta

21 *Rapta non secuto, sed tantum tentato, locum nō esse pænæ ordinariæ docuit obseruantia.*
22 *Decretum Senatus in ea materia.*
23 *Conatu secuto vt raptā cognosceret raptor sit locus pænæ ordinariæ capitis.*
24 *Decretum Senatus in ea materia.*

Raptor qui raptam in vxorem duxit excusatur à pœna saltem ordinaria, non graui in hoc Mediol. Dominio. Cap. LIII.



INhumanum adeo, & graue esse crimen raptus existimauit Iustinianus Imperator in l. vnica C. de rapt. Virginum, vt omnem coniugij spem raptoribus abstulerit, dum ibi in §.
1 & si quidem, his vtitur verbis, Nec sit facultas
raptæ virgini, vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eum legitimo matrimonio copulent, quoniam nullo modo nullouè tempore datur à nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republ. matrimonia student sibi coniungere.

Adeo quod capitalis pœna per d. l. raptorib. imposita exequi omnino debet, etiamsi mulie-
2 rem raptam in vxorem duxisset raptor, Quia cū
specialiter hoc ibi sit raptori prohibitum, pœna ipsa locum habere debet, Et ità iussu Cathol. Regis executum fuisse in Hispanijs contra ra-
3 ptorem post contractum matrimonium cum rapta testatur Afflic. ad Constit. Regni lib. 1. rub. 19. sub n. 15. circa med., Et si enim quoad matrimo-
4 niū correctam esse l. per cap. fin. de raptoribus habeatur. Tamen quoad pænam in terris Imperij adhuc legis prædictæ dispositionem subsi-
5 stere probat ibi Salic. & sequitur Affl. d. nu. 15.

AEQVITATEM nihilominus amplectēdo per
6 matrimonium subsequtum euitari pænam dictę legis tenet Clarus in §. si raptus vers. Quæro modo circa medium, & post alios Gabr. cons. 173. nu. 13., & 15. lib. 1. vbi tradit pænam dictæ
7 legis euitari per subsequtum matrimonium si mulieris consensus fuit liber, etiam si patris cōsensus non interuenerit. Mascard. de probationibus conclusione 1255. maximè verò quando abductionis, nō raptus crimen fuit commissum.

Quam opinionem sequi solet Senatus Excellentissimus etiamsi Nouæ Constitutiones in tit. de raptu mulierum absolutè pænam capitalem imponant raptoribus, & vim inferentibus mulieribus. Qui Senatus Excellentissimus superiori anno 1621. die 13. Maij refferente Amplissimo D. Senatore Acerbo, mox Ill. Magistratus
8 ord. redditυum Præside Creato rescripsit D. Prætori Cremonæ excusandum esse Ranulfum del Contador à furtiua abductione Annæ Mariæ Brocardæ, quam postea clandestinè desponsauerat.

Prout die 10. Iunij 1594. mandauit Prætori
9 Antigorij, vt non molestaret Ioannem Perinū, qui cum Maria Sala, de Patris consensu sponsalia contraxisset, ea lege vt intra trimestri obtineret dispensationē à Summo Pontifice ratione affinitatis in quarto gradu, & eo tempore non fuisset obtenta, Patremq; spontè pænituisset, Perinus autem sponsam consentientem abduxisset quem Perinum de raptu idcirco accusauerit maximè cum iam de licentia Episcopi Nouariæ matrimonium ipsum solemnè contractum fuisset, vt in consimili casu probarunt Bursa cons. 150. nu. 37. & Bertazol. cons. crimin. 235.

Et quia Constitutiones ipsæ seruantur etiam
10 contra inferentes vim mulieribus honestis, vt expræssè disponunt Const. idem rescripsit Senatus Prætori Valentiæ die 9. Decembris 1556. refferente D. Senatore Brugora, vt contra quemdam qui vim intulerat in mulierem honestam ad pænam capitalem procederet. Qui Senatus Excellentiss. rescripsit Prætori Meroni, ne ob subsecutum matrimonium vlterius molestaret Baptistam Calcum nuncupatum
11 il Podestà imputatum, quod humi prostrasset Margaritā de Caluis, vt eam carnaliter cognosceret, per vim ipsamq; recusantem percussisset, & demum in Rugiam deiecisset, vt illā submergeret, quam postea in vxorem duxerat, remissionemq; ab ipsa, & Patre obtinuerat.

Die verò 31. Iulij 1591. ad relationem Prætoris Casalis maioris censuit Senatus Excellentiss. Vincentium Mussum, qui vim inferre tentauerat Petræ de Catalcis puellæ nubili quam
12 postea in vxorem duxerat exulare debere per sex menses ab hoc Dominio à qua pæna posset se eximere solutis aureis decem Cam. Dominicali Casalis maioris, Et sic iuxta casuū, & personarum qualitatem vel pænitus à molestia liberari reos, vel leuissima pæna damnandos obseruauit Senatus, vbi matrimonium sequutum fuit, & sic matrimonij fauore.

Cæterū consensus mulieris raptæ non tollit delictum, vt disponit idem tex. l. vnici §. pænas
13 autem C. de raptoribus, cuicunq; dum ibi habetur, vt huic pænæ omnes subiaceant, siue volentibus, siuè nolentibus virginibus, siue in alias mulieres tale facinus fuerit perpatratum Clar. in dicto § raptus vers. Adde quod, vbi testatur ita censuisse Senatum in causa raptus filiæ cuiusdam Marmuntæ cauponis, quæ vo-
15 lens à domo patris fuerat abducta Idem censuit Senatus die 9. Maij 1599. in causa Leonis Placentini, quē in contumaciam iussit damnari in pænam capitis, & bonorum confiscationē per litteras datas D. Prætori Papiæ.

In meretrice verò cessare huiusmodi pænam
16 saltem ordinariam communiter voluerunt scribentes, & post alios Cæphal. cons. 140. lib. 1. Quia vis in muliere inhonestæ vitæ non est punibilis sicut neque fractura ostij, l. verum

la 2. ff. de iniur. vbi Bart. in hoc tamen domi-
17 nio specialiter cautum est per Nou. Constit. in tit. de raptu mulierum, contra rapientes mulieres inhonestas, qui puniri debēt arbitrio Principis, vel Senatus vltra dispositionem legum municipalium, & ità rescripsit Senatus Prætori
18 Villenouæ die 24. Nouembris 1589. dum iussit Baptistam Rubeum, & Stephanum de Baronis trib. ictib. funis esse plectendos, ob raptum cuiusdam meretricis.

Non secuto autem aliquo conatu ad copulã,
19 non procedere d. l. dispositionem quoad pænã ordinariam probat Clar. d. §. raptus vers. sed quid, & sequitur Gabr. d. cons. 172. num. 5. & 6. & cons. 163. lib. 1. dum respondit pro defensione Comitis Francisci Landriani, qui in hac Ciuitate Mediolani è monasterio rapuerat D. Barbaram Triultiam, secundum quod consiliũ
20 Senatus die 23. Iulij 1557. in pœnam tantum extraordinariam condemnauit dictum Comitẽ Landrianum cum à morte seruatum. Prout non
21 sequuto raptu, sed tantum eo attentato, extraordinariè condemnare solet Senatus de huiusmodi crimine imputatos etiam in contu-
22 macis, vt censuit die 5. Aprilis 1607 contra Marcum Galleatum, & complices inquisitos de attentato raptu Paulæ Antoniæ Nigroliæ, quos in pœnam remi perpetui damnandos esse declarauit, eo etiam addito, quod si in dominiũ pedem inferrent, impunè possent offendi, & ità rescripsit D. Capitaneo Iustitiæ.

E contra vero secuto conatu ad copulam cũ
23 rapta, etiamsi effectus secutus non sit, in pænam ordinariam capitis solere Senatum condemnare reos tritum est. Et præsertim die 14. Iunij 1614. ad relationem D. Prætoris huius Ciuitatis Mediolani non obstante remissione legitimè obtenta censuit capite plectendum esse Io.
24 Baptistam Sansonem filium Causidici, reum confessum raptus Felicis de Abiate virginis honestæ, & conatus adhibiti vt cognosceret raptam, quamuis inaniter ob puellæ violentiam qui Sansonus die 17. eiusdem mensis, fuit in publica Platea diui Stephani in Brolio capite obtroncatus.

SVMMARIA.

1 *Hæres censetur vna, & eadem persona cum defuncto.*
2 *Hæres tenetur satisfacere creditoribus adeundo hæredem vt tenebatur defunctus, etiamsi hæred. non esset soluendo.*
3 *Hæres facto inuentario non tenetur nisi pro viribus hæred.*
4 *Hæres non confecto inuentario tenetur de proprio.*
5 *Ratio est quia lex præsumit circa hæredem, quod scilicet subtraxerit res, & bona hæreditaria.*
6 *Præsumptio hæc est iuris, & de iure.*
7 *Hæres teneretur de proprio si non confecit inuentarium ne ex proprio dolo lucrum percipiat.*
8 *Ecclesia, & pius locus non confecto inuentario non tenetur nisi pro viribus si probat nil aliud in hæreditate fuisse.*
9 *Ratio est quia in Eccl. cessat præsumptio quod subtraxerit.*
10 *Fiscus non tenetur nisi pro viribus hæreditatis.*
11 *Inuentarij omissio non nocet in foro Poli.*
12 *De AEQVITATE canonica id procedit.*
13 *Ecclesiæ priuilegium obseruatur tam actiuè quam passiuè in tantum vt legatum consequi volens non poterit conuenire hæredem nisi pro viribus hæreditarijs etiamsi inuentarium non confecisset.*
14 *De AEQVITATE canonica hoc procedit in quibuscunq. qui doceant penes se nihil extare de hæreditate.*
15 *Contraria opinio defenditur à Menoch.*
16 *Etiamsi creditores fateantur nulla alia bona fuisse in bonis defuncti.*
17 *Tribunalia suprema possunt iudicare de AEQVITATE, & sic contra Menochij traditionem.*

Locus Pius hæres qui non confecit inuentarium, non tenetur de proprio si probauerit non fuisse alia bona in hæreditate.

Cap. LIIII.

CVM hæres censeatur eadem persona
1 cum defuncto Auth. de iuram. à morientibus præstando in princ. col. 5. l. cum à matre vbi gloss. C. de rei vindic. Idcircò defuncti creditoribus satisfacere
2 tenetur hæres adeundo hæreditatem, vt tenebatur defunctus etiamsi hæreditas non est soluendo l. quæ dotis ff. sol. matr. & l. quia poterat ff. ad Trebell.

Vt tamen iuris veteris rigori prouideret Im-
3 perator statuit in l. fin. §. 1. C. de iur. delib. quod facto inuentario hæres non teneatur versus creditores, nisi pro viribus hæreditarijs; Adeo quod non confecto inuentario, tenetur
4 hæres etiam de proprio versus defuncti creditores d. l. fin. §. sin autem. C. de iur. delib. vbi passim scribentes.

Ratio est quia præsumit lex contra hæredem, quod scilicet non confecto inuentario
5 subtraxerit res, & bona hæreditaria in præiuditium creditorum, vt in Auth. de hæred. & falcid. §. sancimus, per quem tex. præsumptionem
6 iuris, & de iure militare contra non conficientem inuentarium tradit Corn. in d. l. fin. col. 6. §. notiss. quem sequitur Natta cons. 387. nu. 9. Eruditiss. D. Ala in tr. de Adu. & Causid. Christ. qu. 60. in princip. Et consequenter ne ex proprio dolo lucrum percipiat hæres contra dis-
7 posit. l. ex dolo C. de dolo cautum fuit in ea lege vt de proprio teneatur l. sancimus C. eod. tit. Menoc. cons. 69. nu. 157. Porcell. 31. de inuent. diuers. qu. 5. nu. 11. Guid. Papa qu. 9. per totum dicto tract. de inuent. diuers.

Quare

Quare cessante dicta præsumptione quod bo-
na hæreditaria subtraxerit id quod certificari
non potest nisi probando plenè, quod alia bona
8 nō adfuerint in hæreditate, De AEQVITATE
Pius locus siuè Ecclesia hæres non tenebitur de
proprio, etiam non confecto inuentario vt tra-
dit Bart. in l. 1. nu. 46. C. de Sacros. Eccles.
9 In pio enim loco, ac in ecclesia cessat ratio
quod subtraxit res hæred. vt subiungit ibi Bart.
10 ad Fisci similitudinem qui non tenetur vltra
vires hæreditarias l. 1. §. an bona, & l. non pos-
sunt ff. de iure Fisci, maximè si probatum est
nulla alia bona reperta fuisse in hæreditate,
quam ea quæ creditorib. fuerunt assignata.

In foro poli etenim omissio inuentarij non
nocet, vt copiosè scribit Phanuc, dicto tract. de
inuentar. par. 7. nu. 280. & 231. Rol. eodem
tract. de inuent. par. 1. qu. 12. nu. 169. Monti-
cula eod. tract. cap. 5. nu. 12. vers. excipitur
nu. 209. licet in tract. diuers. registr. est sub qu.
226. à num. 2. vsq; ad finem præsertim sub nu. 43.
12 vers. Veramtamen constantissimè, & qu. 227.
nu. 39. vbi hoc ex AEQVITATE Canonica
procedere testatur, Idem probat Fanuc. in se-
cunda par. cap. quod incipit præteritio inuen-
tarij, & post eos Franc. decis. 536. nu. 30. vbi
Bart. opinionem tanquam humaniorem, &
Aequiorem sequi solere Sac. Concil. testatur
idem probat Valasc. decis. 52. sub nu. 47. circa
med.
13 Idcirco in exigendo legatum Ecclesia, & lo-
cus pius, qui forum conscientiæ solent sequi vi-
ceuersa non poterunt conuenire heredem vltra
vires hæreditarias, etiamsi inuentarium non
cōfecerit, vt post Andream de Bessela in repet.
d. l. 1. nu. 129. vers. super tertia vero conclu-
sio, & nu. 136. C. de Sacros. Eccles. probat Franc.
d. decis. 536. num. 29. per totum par. 5. Idem
comprobat Grat. lib. 1. discept. forens. cap. 34.
nu. 1. & 12. cum sequ., & nu. 17. & 18. & 25.
Ceual. qu. 464. vers. sed contrarium.

Quam conclusionem De AEQVITATE iu-
ris Canonici procedere etiam in alijs personis,
14 qui doceant penes se nihil extare de bonis hæ-
reditarijs, etiamsi inuentarium non cōfecerint
voluit Bald. cons. 96. super præmisso lib. 4. quem
sequitur Gratus cons. 91. nu. 38. cum seq. lib. 1.
15 licet diffusè contrarium verius esse probat.
Menoch. cons. 89. nu. 156. cum plur. sequ. vbi
Baldi, & Grati sententiam damnat per ra-
tiones, & argumenta, & auctoritates ibi relatas
quamuis cons. 27. nu. 96. admittit eam senten-
tiam procedere in foro conscientiæ, Et nouissi-
mè eamdem sententiam sequitur Monticula
dicto tract. diuers. de inuent. qu. 227. num. 36.
qui nu. 40. affirmat hoc idem procedere si cre-
16 ditores fateantur nulla alia bona fuisse in hæ-
reditate relicta, Quia eo casu, & etiam vbi veri-
similiter sciri possit nihil minus fuisse occulta-
tum, neque potest creditor in foro conscientiæ
consequi satisfactionem vltra vires hæredita-
tias, vt probat D. Ala all. qu. 60. de Adu. &
Causid. Christiano vbi admonet Aduocatos
ne defendant huiusmodi creditores, cum lex
ciuilis, quæ fundatur super aliqua præsumptio-
ne non attendatur in foro conscientiæ, quando
veritas repugnat præsumptioni, vt in hisce ter-
minis probat Ias. in rubr. ff. de acquir. hæred.
circa finem, Gomez ad l. Tauri nu. 12. Graffus
decis. Aur. lib. 2. cap. 10. nu. 30. part. 1.

Vbi tamen res ageretur, coram supremis Ma-
gistralibus, quorum est sola facti veritate inspe-
cta iudicare, inconueniens non videretur affir-
mare, quod plenè probato per hæredem alia
bona non fuisse in hæreditate etiam si non con-
17 fecerit inuentarium De AEQVITATE non
posse compelli hæredem hunc ad soluendum
vltra vires hæreditarias vt in puncto scribit
Francis. March. decis. 434. in fine par. 1. quem
sequitur Grau. in resp. pro Geneco num. 47.
vers. tertio respondetur Surd. de Alim. priuil.
13. num. 21. tit. 8. & Gratian. d. cap. 34. num. 20.
Quam sententiam vti Aequiorem, & beni-
gniorem satis placere haud negamus.

S V M M A R I A.

1 *Hæres qui ex propria persona promissit non iuuatur beneficio inuentarij.*
2 *Inuentarij beneficium prouidet hæredi contra actiones passiuas descendentes à defuncto tantum.*
3 *Hæres qui insolidum se obligauit versus creditorem defuncti, non iuuatur beneficio inuentarij.*
4 *Distinguitur conclusio inter promittentem simpliciter, & promittentem insolidum.*
5 *Inuentarij Priuilegium nil aliud operatur, quam vt hæres non teneatur insolidum.*
6 *Hæres promittens integrè satisfacere, excluditur à beneficio inuentarij.*
7 *Creditor agere debet contra hæredem, qui promissit ex propria promissione, non ex contractu cum defuncto.*
8 *Nouatio non fit hodie nisi expræssè dicatur.*
9 *Contrarium verius de AEQVITATE.*
10 *Decretū Sacri Concilij Neapolitani pro hac opinione.*
11 *Si appareret penes hæredem adesse bona hæreditaria contra eum posset procedi pro obligatione propria.*
12 *Hæredis promissio de soluendo legatum non operatur inuentarij remissionem, quia obligatio intelligenda venit prout de iure.*
13 *Omnis promissio quantumuis absoluta continet conditiones à iure inductas quæ tacitè intelliguntur, ac si expræssè fuissent.*
14 *Promittens soluere legatum non prohibetur detrahere falcidiam.*
15 *Promittens, & iurans stare sententiæ, & laudo intelligitur quatenus iustè feratur, alias licitè reclamatur.*
16 *Promittens restituere dotem intelligitur salua sua portione ex statuto sibi debita.*
17 *Testamentum approbans non prohibetur vti beneficio inuentarij.*

Hæres

Hæres cum benefitio inuentarij, qui promisit creditoribus hæreditarijs satisfactionem, tenetur, nisi pro viribus hæreditarijs.

Cap. LV.

NON ratò euenit, vt ad creditorum instantiam sequestrantur res, & bona defuncti in hæredis præiuditium, qui donec super prætenso credito declaretur, vt bonis hæreditatijs fruatur fideiussionem præstat de stando, & parendo iuri, & de soluendo debitum declarandum cum fideiussio sit medicina sequestri; Huiusmodi autem stante promissione dubitari potest, an hæres cum benefitio inuentarij, qui ad huiusmodi promissionem deuenit, teneatur vltra vires hæreditarias, Qua in re concludit Angel. cons. 31. quod hæres, qui ex propria persona
1 promisit non iuuatur be nefitio inuentarij, & sic tenetur vltra vires hæreditarias; Quam sententiam excussa quæst. sequitur Corn. cons. 31. nu 11 lib. 3. vbi inter alias eam tradit rationē, quod benefitium inuentarij prouidet hæredi
2 circa actiones passiuas, descendentes à defunctis; Non autem subuenit aduersus actiones, quibus tenetur ex suo facto, vt si conueniatur hæres ex propria promissione.

Eam opinionem amplectitur Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 264. nu. 7. cum seq. stante enim clausula insolidum, vltra generalem obli-
3 gationem bonorum non iuuatur quis benefitio inuentarij, quasi tunc verba illa apposita censeantur demonstratiuè, vt in puncto post Corn. loco relato tradit Crau. cons. 214. nu. 7. & Phanuc. de inuent. par. sexta nu. 113. quos sequitur Gratian. d. nu. 7. qui nu. 8. distinguit inter
4 hæredem promittentem simpliciter, & promittentem insolidum.

Primo enim casu censetur reseruasse sibi benefitium inuentarij secundo casu autem non, cū priuilegium inuentarij nil aliud operetur quā
5 vt hæres non teneatur in solidum l. fin. §. si verò, & §. sin autem C. de iur. delib., quam conclusionem procedere etiam affirmat Gratian.
6 nu. 10. in hærede qui promisit integrè satisfacere, quia tunc cessat inuentarij benefitium Rimin. sen. cons. 584. num. 1. in fine lib. 3. & Vrsil. ad Afflic. decis. 399. nu. 6.

Admonet præterea Gratian. dicto loco nu. 28. quod creditor agere debet ex promissione
7 per hæredem facta, non autem ex contractu cū defuncto gesto, quia cum dicatur quodammodo nouus contractus, agendum est ex confirmante, nō ex confirmato l. adoptio ff. de adopt. Parif. cons. 3. nu. 40. lib. 4. Ias. in l. more nu. 30. ff. de iurisd omn. Iud. Surd. de alim. priuil. 22. tit. 8. nu. 24. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. cap. 20. in fine nu. 10.

Quamquam autem opinio prædicta tot Do-
8 ctorum auctoritate sit corroborata, cum tamen hodie non fiat nouatio nisi expræsse dicatur Rigorosa admodum videtur opinio ipsa; Et consequenter De AEQVITATE contraria dicitur verior, quia qui ex obligatione per eum
9 absq; alia causa facta, etiam pro causa hæreditatis non debet teneri vltra vires hæreditarias, nec donatio est præsumenda; Vt in his terminis post Monticulam trac. de inuent. in vlr. cap. fol. 236. regiftr. in 8. vol. tract. tradit Franc. decis.
10 323. num. & ità iudicasse Sacrum Concil. Napol. testatur idem Franc. decis. 648. per totum fauore hæredis, cum benefitio inuentarij contra creditorem etiā pro obtinendo relaxo rei sequestratæ ad instan. creeditorum fide iussetat hæres, & se obligauerat proprio nomine,
11 & insolidum eo tradito temperamento, quod vbi facta excussione inuentarij, appareret esse penes hæredem bona hæreditaria pro concurrenti quantitate pretij bonorum prædictorum posset contra ipsum hæredem, & eius bona procedi virtute obligationis per eum factæ, quæ obligatio hoc operabitur Minadou. decis. 25. vers. non ob star, Et in his terminis probat Giurba in quem nuperrimè incidi ad Stat. Messanæ cap. 9. gloss. 5. sub nu. 30. vers. proinde vbi post Minadō., & Franc. præd. decis. 323 eundem citat in decis. 648 & Anna sing. 34 Crass. except
40 nu. 11. Ibiq; materiam hanc benefitij inuentarij plenissimè examinat.

Confirmatur conclusio ex eo, quod hæredis promissio de soluendo legatum non operatur remissionem inuentarij, quasi quod obligatio
12 illa sit intelligenda prout de iure, & saluo benefitio sibi competente absq; eo quod actio antiqua fuerit nouata, vt tradit Bald. in l. in fine nu. 12. C. ad l. falcid. Afflict. decis. 399. num. 3. Cuman. cons. 109. nu. 2. quos sequitur Gratian. lib. 1. cap. 34. num. 28. cum plur. seq. & dicto cap. 264. num. 1.

Omnis enim promissio quantumuis absolu-
13 ta continet conditiones à iure inductas, & pertindè racitè intelliguntur, ac si expræsse forent
14 inserte, vndè infertur, quod promittens soluere legata non prohibetur detrahere falcidiam, vt supra dictum fuit; Et iurans stare sententiæ
15 siue laudo intelligitur quatenus iustè feratur, alias licitè reclamare potest Surd. cons. 506. nu. 8. cum plur. seq. idem in promittente restitue-
16 re dotem qui intelligitur salua sua portione per statutum delata Natta cons. 416. nu 5. Et de approbante testamentum, qui non prohibetur
17 vti benefitio inuentarij Cum. d. cons. 109. nu. 3. Phanuc. de inuent. par. 6. nu. 112. Gratian. vbi supra cap. 264. nu. 3. cum trib. seq.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Hæres detrahere potest falcidiam e legatis quę est quarta pars.*
Hæredi qui non detraxit falcidia ex legatis non competit actio ex causa indebiti nu. 2. contrarium num. 5.
3 *Hæres soluendo integra legata censetur renuntiasse beneficio falcidiæ.*
4 *Retentio facilius datur quam actio.*
5 *Hæres De AEQVITATE poterit repetere falcidiam quam retinere sibi licebat.*
6 *Hæres macrius recuperabit quod pinguius tradidit, idest falcidiam.*
7 *Actio conditionis indebiti daretur hæredi quando præstitit rem legatario, tamquam propriam secus si tamquam hæreditariam.*
8 *Dominium non transtulit hæres tradendo rem legatario vti hæreditariam quamuis propriam.*
9 *Actio cond ictionis indebiti, non potest habere locum non translato dominio.*
10 *Hæres restituens hæreditatē integram absq; detractionem falcidiæ per errorem, eam repetere potest.*

Hæres, qui per errorem soluit integrum legatum absq; deductione falcidiæ, condictione incerti poterit recuperare id quod retinere sibi licebat. Cap. LVI.



Equendo materiam benefitij, quod consequitur hæres qui inuentariū confecit quemadmodum ex legatis deducere poterat falcidiā hæres
1 idest quartam iuxta l. 1. & toto tit. ff. ad l. falcid. Cæphal. cons. 740 nu. 9. Peregr. de fideicomm. art. 4. nu. 43. si eam non deduxit sed integra legata per errorem soluit sibi præ-
2 iudicasse videtur cum ei non detur actio ex causa indebiti l. ex quibus ff. de condic. indeb. Quia soluendo integrum legatum censetur re-
3 nuntiasse benefitio falcidiæ, facit etiam adhoc quod multa facta tenent quæ fieri prohibentur
4 vulg. iur. quodq; facilius datur retentio, quam actio Surd. cons. 253. nu. 22. cum multa honestè retineri possint, quæ inhonestè petuntur vt supra explicauimus in cap. 51. nu. 6. ex Gratian. cap. 269. nu. 15.

De AEQVITATE tamen poterit hæres re-
5 petere falcidiam, quam retinere sibi licebat, cū ei competat condictio incerti, & condicit tunc hæres factum restitutionis, & sic macrius recu-
6 perabit, quod pinguius tradidit verè, vel fictè legatarijs Butrigar. in l. qui exceptionem §. si pars in fine vers. sed si ex persona hæredis ff. de condict. indeb. Cuiac. lib. 8. obseru. cap. 2. col. 2. vers. itaq; hærede quos sequitur Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 193. nu. 35.

Condictio enim indebiti tātum daretur hæ-
7 redi, quando præstitit rem legatario tanquam propriam ipsius hæredis; Secus si eam tradidit tanquam hæreditariam, quia tunc non transtu-
8 lit Dominium respectu partis, quam resecat lex falcidiæ l. 3. §. subtilius ff. de condic. ob causam, Et consequenter tunc locum habere non posset condictio indebiti non translato Domi-
9 nio l. fin. ff. vsufr. quemadmodum caueatur Grat. vbi supra nu. 36.

Quam conclusionem procedere etiam tradit Grat. nu. 37. in hærede qui solidam hæreditatē restituit per errorem, ignorans vires hæreditarias; non facta retentione falcidiæ, vel non re-
10 tentis eius creditis Roman. cons. 276. in 7. dubio Crauett. cons. 16. in principio quos seq. Peregr. de fideicom. art. 35. nu. 3.

SVMMARIA.

1 *Legitima debetur filio, detracto prius ære alieno.*
2 *Creditores præferuntur filio præsendenti legitimam.*
3 *Legitima debetur filio prius liquidato ære alieno, etiamsi fideiussionem præstare vellet filius de seruando indemnem hæredem.*
4 *Decretum Senatus contra filium.*
5 *Iustum non videtur, vt hæres cogatur soluere creditoribus, & postea à filio repetere.*
6 *Melius est non soluere, quam solutum repetere.*
7 *Cautionis fragilitati, quis non tenetur se committere.*
8 *Hæredi remissit lex, vel facultatē restituendi hæreditatem fideicommissarijs cum oneribus, vel cautionem recipiendi à filio per legitima.*
9 *Contrarium verius De AEQVITATE vbi æs alienum hæreditarium non est liquidum.*
10 *Legitima incontinenti solui debet filio.*
11 *Melius est consulere hæredi per cautionem quam permittere quod filius expectando liquidationem æris alieni, fame pereat.*
12 *Hanc sententiam amplectitur Montepicus.*
13 *Filius ante legitimæ detractionem tenetur eam liquidare probato valore bonorum patris.*
14 *Continuatio hæreditatis non datur pro legitima.*
15 *Filio assignatur certa pars bonorum, mediocris conditionis pro legitima.*
16 *Filius non habet electionem bonorum in deducenda legitimam sed Iud. arbitr.*
17 *Filio non potest dari pecunia locò legitimæ eò inuito.*
18 *Appellatio conceditur ab arbitr. Iud.*

Filio debetur legitima etiam non liquidato ære alieno hereditario, vbi filius paratus sit præstare cautionem de seruando indemnē hærede. Cap. LVII.



Egitimā deberi filio deducto prius ære alieno tradunt scrib. in l. Papi-
1 nianus §. quarta ff. de inoff. testam. Quia legitima licet dicatur quota hære-

hæreditatis, Tamen quoad creditores, qui fi-
2 lio prætendenti legitimam præferuntur, est
quota bonorum, vt declarat Dec. in l. hæres in-
stituta col. 1, vers. ex his infertur C. de impu-
berum, & alijs substit; Adeo vt non nisi liquida-
to ære alieno debetur legitima filio, etiamsi fi-
deiussionem præstare vellet filius de ipsam legi-
timam consignando, vel de seruando indemnẽ
3 ipsum hæredem vt tradit Paulus de Mõtepiceo
in repet. l. in quartam nu. 170. ff. ad l. falcid.,
vbi scribit, hanc quæstionem accidisse in Sena-
tu sui Principis, ac contra filium fuisse iudicatũ
per generalitatem d. l. Papinianus §. quarta ff.
de inoff. testam. Quam Senatus sententiam am-
plectitur D. Rhaud in Apend. ad tract. de Ana-
logis in 6. par. post nu. 51. vers. & dum locutus
4 fui, vbi inquit fuisse Senatum hunc Mediol., qui
ità iudicauit, diffuseq; quæstionem ipsam per-
tractat.

Huic sententiæ arridet ea ratio quod scilicet
postquam creditoribus hæreditarijs competit
actio contra hæredem, non autem contra filiũ,
Non videtur iustum, vt hæres cogatur soluere
5 creditoribus, & postea à filio repetere, Quoniã,
prærerquamquod expẽsis vexaretur Multa etiã
accidere possunt in persona fideiussionis, & fi-
lij, vt hæres solutum creditoribus recuperare
6 non valeat, Tritumq; est melius esse non sol-
uere quam solutum repetere, Franc. decis. 42.
num. 4.

7 Cum maximè fragilitati cautionis, quis nõ
tenetur se committere tex. est in l. qui ità, vers.
sed sciendum ff. ad Trebell. Hoc enim faculta-
ri hæredis, vel restituendi hæreditatem cum
oneribus fideicommissarijs, vel cautionem re-
8 cipiendi remisit I. C. in l. cogi §. inde quæri-
tur ff. ad Trebell.

De AEQVITATE tamen contrarium ve-
rius esse existimo, non posse scilicet retardari
legitimã filio offerente cautionem præstare hæ-
redi de eam restituendo; Vbi æs alienum hære-
9 ditarium non est liquidum, dum per hæredem,
aut fideicommissarium negatur deberi; Namq;
si de legitima omne grauamen est reiciendum
10 etiam temporis, quia incontinenti solui debet
tex. in l. quoniam nouella C. de inoff. testam.
Ipsi legi fraus fieret, vbi expectaretur liquida-
tio æris alieni, de quo inter partes est contro-
uersia.

Melius enim esset per idoneam cautionem
cõsulere hæredi, quam permittere, quod filius
expectet liquidationem æris alieni, & legitimæ
quæ statim debetur, & interim mendicare, vel
11 fame perire cogatur contra tex. in §. prohibe-
mus in Auth. de trien. & semis.

Hanc posteriorem sententiam amplecti vi-
detur idem Paulus de Montepico dicto loco
12 nu. 170. dum adducit pro ea tex. in l. cum hæ-
reditas ff. ad Trebell. qui si Senatui fuisset
allegatus (inquit Montepicus, quæstio aliter
fuisset decisa. Quam sententiam sequitur Ripa
in dicta l. in quartam nu. 215. & seq. ff. ad l. fal-
cid., Vbi hanc esse Aequam opinionem scribit
quam sequi videtur Franc. decis. 127. præsertim
nu. 6. cum plur. seq. vsq; ad finem, & Nouiss.
Giurba ad Stat. Messanæ cap. 1. gloss. 9. num. 10.
par. 1. qui in cap. 5. gloss. 6. nu. 18. & 19. tradit
13 teneri filium liquidare prius legitimam proba-
to bonorum Patris valore tempore mortis iux-
ta Purpur. cons. 163. num. 4. lib. 1. D. Rhaud. de
Analog. cap. 19. num. 57. Brunor. à sole in com-
pend. resol. verbo legitima in detractione, &
Borell. cons. 49. nu. 77. ac Ricc. coll. decis. 544.
num. 2.

14 Cui filio non datur continuatio pro legiti-
ma, vt voluit Ripa in d. l. in quartam nu. 113. ff.
ad l. falcid. Cephal. cons. 188. nu. 35. & remed.
subsid. 80. num. 20. quos omnes seq. Giurba d.
glos. 6. nu. 18.

Cæterum licet pro legitima habere debet fi-
lius, siue hæres respectiuè partem in qualibet
15 parte de iuris rigore; De AEQVITATE tamẽ
eis assignatur pro legitima, & falcidia certa
pars bonorum, non melioris, nec deterioris
bonitatis, sed mediocris Iudicis arbitrio, vt
probat idem Montepic. loco citato num. 142.
& 143. ac Petra de fideicom. qu. 15. num. 91. in
16 fine, & sic non ad electionem detrahentis vt
post P. cum loco relato, & nu. 130. & 133. tradit
Caroc. de oblatione par. 2 qu. 10. princip. num.
17 82. & 85. fol. 161. ac 162. Peregr. de fideicomiss.
art. 36. nu. 7. in fine; Neq; dari potest pecunia
filio pro legitima, vt subijcit Montepic nu. 144.
ac probat Peregr. loco cit. nu. 71. vers. sed con-
tra, ac nu. 72. Dariq; appellationem ab arbitrio
Iudicis per quem adiudicatur certa pars bono-
rum pro legitima, si læsio aliqua interuenit scri-
bit idem Montepic. nu. 147. & 148.

S V M M A R I A.

Maritus interficiens vxorem in adulterio excusatur à pæna ordinaria ob iustum dolorem nu. 1. & 5.

2 *Maritus punitur interficiendo vxorem, quasi quod plus fecerit quam quod se vendicare non debuerit.*

3 *Maritus humilis conditionis in perpetuum exilium damnatur, indignitate verò positus, relegatur ad tempus interficiendo vxorem adulteram.*

4 *Maritus iniuriam maiorem recepit per adulteriũ vxoris, quam per filij occisionem.*

6 *Maritus de AEQVITATE nulla pæna tenetur ob homicidium vxoris in adulterio repertæ.*

7 *Honoris magna vis est, cuius iniuria semper durat.*

8 *Idem procedit si maritus vxorem tantum deprehendit in actibus Venereis, vt de ascendentes, & alios actus inhonestos.*

9 *Incontinenti fieri quando dicatur.*

10 *Pater occidere potest impunè filiam adulteram.*

11 *Querellare vxorem de adulterio turpè reputatur.*

12 *Iudices non solent de adulterio ius reddere, sed ridere.*

13 *Occidens vxorem, vel filiam adulteram ex interuallo, extraordinariè punitur.*

Maritus non tenetur aliqua pæna ob homicidium commissum in personam Adulteri, siuè Vxoris in adulterio repertæ. Cap. LVIII.



VLtum dolorem, illiusq; impetum tantæ efficaciæ esse in marito considerarunt legislatores, dum in adulterio deprahensã occidit vxo-
1 rem, vt à pæna ordinaria homicidij eum excusari statuerunt Imperatores Marc. Ant. & Commodus in l. si adulterium cum incestu § Imperatores ff. ad l. Iul. de Adult. quod etiam habetur in l. marito quoq; ff. eodem tit. Tunc enim maritus magis quia plus fecerit,
2 quamquia se vindicare non debuerit, puniendus est vt inquit tex. in dicto §. Imperatores quod repetitum est, & in l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornell. de Sicar.

Vtrobiq; enim statutum est, quod si maritus
3 sit humilis loci, in perpetuum exilium damnetur, si in dignitate positus est ad tempus relegetur. Maiorem namq; iniuriam recipit mari-
4 tus, propter vxoris adulterium, quam per filij occisionem dicta l. si maritus §. lex Iulia, & l. miles §. Socer. ff. ad l. Iul. Cabal. resol. crim. casu 15. nu. 9. par. 1. & casu 244. par. 2.

Et sic patet teneri maritum aliqua pæna extraordinaria pro homicidio vxoris in adulterio deprahensæ, id quod etiam habetur in l. diuus ff. ad l. Pompeiam de Parricid. vbi deportatus fuit Pater, qui filium in venatione necaue-
5 rat, qui nouercam adulterabat, quam opinionem sequitur Bertazol. cons. crim. 42. lib. 1. per totum, Et ita iudicatum fuisse in eo casu testatur ibidem Claud. Addition.

De AEQVITATE tamen aliqua pæna,
6 neque etiam extraordinaria tenetur maritus, qui vel vxorem, vel adulterum, in actu venereo repertum occidit, Quoniam magna vis est honoris, & iniuriæ successiuæ,
7 quæ semper durare dicitur Bertazol. d. cons. 42. n. 6 lib. 1. Baiard. ad Clarum in §. adulteriũ nu. 59. Farin. qu. 91. nu. 5. Maximè verò si incontinenti id fecit maritus, qui vxorem in actibus veneris tantum deprahendisset, videlicet vel se
8 deosculantes, aut alios actus inhonestos facientes, quia ex his satis dicitur probatum adulterium Bart. in l. capite quinto ff. ad l. Iul. de adult. Caball. casu 300. nu. 29. & 30. in fine, & Felic. alleg. 123. nu. 5. par. 2. vbi declarat, quando in-
9 continenti dicatur id fieri, quod etiam proce-
10 dit in Patre filiæ ad vlterum interficiente, vt per d. l. Pater nu. 20. ff. ad l. Iul. de Adult. probat Caball. resol. crim. dicto casu 15. num. 7. Farin. quæst. 120. nu. 173. Hector falcid. alleg. 123. par. 2. Costa de re integra dist. 61. in fine, quos sequitur Amplissimus D. Senator Bello-

nus tract. de his quæ incont. fiunt cap. 9. par. 1.
& cap. ... sub nu. 4. & 6. par. 2.

Turpè namque reputatur vxorem de adulte-
11 rio quærelare (quod facere solent tantum ho-
mines viles de verecundia pænes homines, &
vulgum non curantes) qui reputantur cornuti,
si proprijs manibus vindictam non sumunt,
omissa via Iudiciaria vt scribit Caball. dicto
casu 300. nu. 15. & sequ. vbi nu. 17. inquit quod
12 Iudices non solent de similibus ius reddere,
sed videre, & cachinari vt sanè euenit superiori
anno 1619. in hoc Excellentiss. Senatu, dum
lectę fuerunt Preces cuiusdam N. conquerentis
de barbitonsore qui dum sibi vulnerato Mo-
dellam adhibuerat vxoris etiam libidinosæ
voluntati simul satisfecerat.

Si verò ex interuallo, & extra actus vene-
13 reos, quis filiam, aut vxorem, siue eorum
adulterum occidat, punitur extraordinariè ob
iustum dolorem, qui eum à pæna homicidij or-
14 dinarij excusat Bertazol. consi. 42. num. 6. cum
sequ. & Caball. dicto casu 300. nu. 24. & 26.

Hanc autem sententiam veri Aequitatem am-
plecti solet Excellentiss. Mediolani Senatus,
qui honoris causas, quam maximè perpendere
15 solet, tam in temperandis pænis, quam in ab-
soluendis reis habita semper ratione qualita-
tis facti, & personarum loci, & temporis; Die
enim 26. Aprilis 1588. refferente Ampliss. D.
16 Senatore Simone Bossio, qui postea Præses Ill.
Magistratus Ordinar. Redd. fuit creatus, in
causa cuiusdam Tognini Gamondi de loco Pu-
16 teoli Formigarij agri Derthonen. qui cum in
platea incidisset in Meghinum Dentonum, cū
illius vxore conuenire solitum, nec præcibus,
nec Iudicis præcepto ab ea abstinere voluisset
iuxta dispositionem §. his quoque in Auth., vt
17 liceat Matri, & Auiæ de quo Caball. dicto casu
300. nu. 35. Ab eoq; iniuriatus fuisset, & inter
cætera, quod erat Circus, & propterea Dento-
num quatuor vulneribus affecisset Togninus,
ex quibus decessit; Senatus censuit Togninum
triennio remigare debere, etiamsi multi ex
Amplissimis Patribus voti fuerant, vt exilio
quinquenali tantum damnaretur.

Die verò sexta Iulij 1621. refferente Amplis-
18 simo, & vero Aequissimo Senatore Princeualle
Montio, condigno Patre nunc Amplissimi D.
Senatoris Marci Antonij, Senatus absoluit Mi-
lanum Boninum incolam Vallis Siccidæ, qui
cum in contumaciam damnatus fuisset capita-
liter ob homicidium patratum in personam
Marci Tarilli, Admissus postea ad Nouas def-
fensiones, homicidium se honoris causa patrās-
se dixit in adulterum, media nocte repertum,
cum vxore sua, contra conuentionem initam,
ne ad eam domum accederet, etiamsi Milanus
19 ipse reus etiam constitutus fuerat de Lenoci-
nio propriæ vxoris, & quod interempto pecu-
niā abstulisset; Non obstante quod Fiscus voti
fuisset, vt ipse Boninus damnaretur ad remum
septenio.

20 Prout cum in Ciuitate Papiæ fuisset interfec-
tus quidā D. Equitum Leuis Armaturæ Dux in
Domo cuiusdam Nobilis mox illius cadauer in
publica via importatum; Constaretq; quod vi-
so in quodam Cubiculo dictæ domus per A.
Dominum, & leuis Armaturæ pariter Equitum
Ducem, qui vehementes habebat suspiciones,
ne dictus D. propriæ vxoris esset Adulter, ad
illius custodiam quatuor posuerat milites, vt
eum ibi sistere cogerent, quatenus fugam arri-
pere vellet moxq; ipsum A. monerent. Quodq;
cum fugam facere vellet dictus eundem confo-
dierunt milites de quo postea monitum fece-
runt A. qui interrogatus à Iudice quid facere
voluisset, si detentus per milites tantum fuisset;
Respondit, se facturum id, quod Omnipotens
Deus eidem insufflasset; Omnibus perpensis
die 7. Septembris 1622. refferente Amplissi-
mo D. Senatore Cattaneo, censuit Senatus ip-
sum A. esse absoluendum. Homicidæ verò inquisiti
in contumaciam capitaliter fuerant prius
damnati.

Quemadmodum cum superioribus diebus
quidam Cespedes Gubernator Pontremuli
vnico ictu interfecisset vxorem ac adulterum
21 simul deprahensos in lecto, Senatus consultus
à S. Ex. die 26. Decembris 1624. censuit vt ne-
gotio ita se habente, non molestaretur dictus
Gubernator prout ita fuit executum.

Quod autem supra dictum fuit de adulterā-
te filiam vel vxorem, Puto idem procedere, si
vim tantum inferret quis in filiam, aut vxorem
causa libidinis, quia tunc tam Pater, quam ma-
ritus, & vim patiens impune potest interficere
22 vim inferentem, cum eadem militet ratio, tùm
doloris, tùm honoris, vt probat Caball. dicto
casu 300. nu. 32.

Et ita AEQVITATE suadente statuit C.
Marius cuius in iudicando AEQVITAS ma-
23 gnopere placuit militibus, vt refert Plutarch.
in eius vita fol. mihi 162.

Etenim Caius Lucius eius ex sorore nepos
sub eo militans pulchritudine captus adole-
scentulum quemdam nomine Trebonium sub
eo merentem adamabat; cuius animum cum
multoties tentasset, neq; eo potiri posset, tan-
dem noctu misso ministro Trebonium ad se
accersiuisset; Adolescens accitus, cum non lice-
ret non parere iussioni sui Ducis Lucium adijt,
qui intra Tentorium ad eum ductus, illum
violentiā inferre conantem, stricto gladio inter-
fecit; Marius iudicij diem Trebonio dixit, qui
animaduertens à multis se accusari; Neminem
autem causam suam agere, ipse audaciter assur-
gens, rem omnem exposuit, Testimoniaq; ha-
buit, quibus afferrebatur multoties Caij Lucij
voluntati obstitisse, & quod etsi magna dedi-
tur, nullo modo sui corporis copiam præstitisse.
24 Admiratione captus Marius, iussit pro virtutis
remuneratione, Coronam Patriam afferri, qua
Trebonium coronauit, tanquam pulcrum faci-

nus

25 lius peregisset. Quæ res Romæ denunciata per
multum animos Ciuium commouit, ad confe-
rendum Mario tertium consulatum.
Si enim licet occidere furem nocturnum, vt
bona ab eo asserentur tex. in l. furem noctur-
26 num ff. ad l. Cornell. de Sicarijs, Clar. in §. ho-
micidium vers. vltima est deffensio. Et ita cen-
suit Senatus die 18. Iunij 1596. dum mandauit
27 Prætori Belzoioli, vt damnaret in pænam Exi-
lij annalis tantum, Io. Antonium Zuccum, qui
Hieronymum Verrum noctu fænum, quod ipse
Zucca custodiebat auferre tentantem percusse-
rat, ex qua percussione mox decesserat. Eo ma-
gis licere debet occidere tentantē vim inferre li-
bidinis causa cū famæ interitu, Quāto nobilior
28 est fama rebus, & propria vita quę cunctis alijs
rebus præferri debet iuxta illud Salomonis in
cap. 22. melius est nomen bonum, quam diuitiæ
29 multæ, cap. nollo 12. qu. 1. l. isti quidem ff. quod
metus causa l. iuxta ff. de manumiss. Menoch.
cons. 94. nu. 3. lib. 1.
Præterea dubitant Scribentes, an pater, vel
maritus possint per alium occidere vxorē, aut
filiam, & adulterum; Et communis est conclu-
sio affirmatiua, vt post Afflict. ad Constit. Regni
30 in constitutione si maritus sub nu. 30. vers. deci-
moquinto, probat Caball. d. casu 300. nu. 45. cum
seq. Vt ita fuisse absolutum quendam Saluatorē
Regis medicum qui per alium vxorem, & adul-
terum noctu interfici mandauerat, testatur ibi-
31 dem ipse Auctor.
An autem mādatarius impunè occidere pos-
sit, dubia magis est quęstio, cum videatur lice-
32 re mandatario, quod est licitum mādanti Bald.
in l. Grachus C. ad l. Iul. de Adult.
33 Sed contraria opinio verior, & cōmunior vi-
detur, vt cēsuit Sen. in d. casu, & abunde scribit
Caball. d. casu 300. à nu. 49. vsq; ad 54. qui n. 57.
distinguit inter mandatarium, & mandantem;
Si enim mandatum esset datum per patrem filio
aut per Dominum seruo, tunc excusaretur filius,
34 vel seruus à pæna ordinaria, non autem ab ex-
traordinaria Rol. cons. 34. nu. 27. lib. 2., Si vero
datum esset mandatum aliæ personæ nulla ex-
35 cusatio admitteretur, sed pæna ordinaria te-
neretur huiusmodi mandatarius, vt per Floria-
num de Sancto Petro in l. liber homo la seconda
nu. 2. vers. sic potest allegari ff. ad l. Aquill., pro-
bat Caball. d. nu. 5.
36 Secus si ipse maritus, vel pater occisionē fecis-
set, & affines, vel alios adhibuisset, vt magis se-
37 curè, & tutè interficeret. Quia permisso vno p-
mittitur omne id, sine quo illud exequi com-
modè non potest Castr. in l. refectionis num. 4.
vers. intentu ff. commun. prædior. Paris. cons. 154.
nu. 7. & 8. lib. 4. quos sequitur Caball. alleg. casu
300. nu. 58. & 59. & 73. vbi nu. 61. propè finem
allegat Casaneum in consuetud. Burgund. rubr.
5. §. 1. tit. des reteus nu. 43. vers. secundo intel-
lige fol. 815., testantem huiusmodi casum eue-
nisse coram ipso tunc existente Capitaneo Iusti-
tiæ huius Ciuitatis Mediolani, dū maritus iuue-
nit vxorem in adulterio, & eam occidit, illius
38 vero seruus, qui superuenit interfecit adulterū,
qui ambo iussu Senatus fuerunt absoluti, vt in
consimili casu responderat Castr. cons. 277.
lib. 2.
Demum excipitur à prædicta conclusione
Dominus, qui repertus esset per Vassallum in
adulterio cum eius vxore, Quia non posset im-
39 punè occidi Dominus, iuxta traditionem Afflit.
&i decis. 265. nu. 30. Lucc. de Penna in l. coloni
col. 3. vers. quinto permissorum C. in quibus
causis coloni, Dominos acus. possunt lib. 11.,
Persona enim Domini respectu Vassalli dicitur
40 sancta, & honesta; Vnde sicut Vassallus tenetur
41 parcere famæ Domini, fortius, & vitæ Caball.
d. casu 300. nu 88.

SVMMARIA.

1 *Publicato processu testes vlterius non sunt examinandi vel interrogandi, nec noui producendi ob timorem subornationis.*
2 *Subornationis timor præsumitur, vbi pars quæ nouos testes examinari contendit sit potens.*
3 *Iudicis arbitrio relinquitur qualis quantaq; sit potentia.*
4 *Testibus interrogationum omissio, tàm si culpa partis, quàm Iudicis euenit, ab ijs peti debet damnum.*
5 *Si culpa Iudicis vel Notarij omissæ fuerunt interrogationes testibus De AEQVITATE iterum sunt examinandi nu. 5. secus si culpa in contraria nu. 8.*
6 *Subornationis timor cessat, vbi Iudicis culpa, vel Notarij negligentia tantum omissæ sint interrogationes.*
7 *Error Iudicis, siue Notarij, nullum præiudicium afferre potest partibus litigantibus.*
9 *In dubio præsumitur culpa Iudicis, siue Notarij si testes non fuerunt legitime interrogati.*
10 *Testes non legitime interrogati, culpa Iudicis, vel Notarij, iterum sunt interrogandi super eisdem capitulis, non autem super nouis.*
11 *Iudicis, vel Notarij incuria suppletur examinando nouos testes, vel antiquos super eisdem capitulis.*
12 *Culpa partis suppleri diceretur, si super nouis capitulis vel articulis examinarentur testes.*
13 *Sententia Auctoris.*
14 *Nouus articulus, siue capitulum dicitur, quando nihil habet de materia primi.*
15 *In causa appellationis, nulli testes, & super nouis articulis, possunt examinari.*
16 *Quod semel capitulatum est, non est vlterius capitulandum.*

Testis qui diminutè, non autem perfectè fuit examinatus culpa Notarij, vel Iudicis Iterum examinari debet etiam post publicatas attestationes. Cap. LIX.


Vlgati iuris est post publicationem
processus, & didicita testificata non
posse produci nouos testes, vel pri-
mos repeti super eisdem capitulis,
1 vel de directo contrarijs ob probabilem timorē
subornationis, vt habetur in Auth. Atqui semel
C. de probationibus, & in cap. confraternitatis
de testibus Costa de scientia, & ignor. cent. 2.
dist. 72. nu. 2. Qui timor subornationis eo magis
præsumitur, & iustus dicitur, si pars, quæ nouos
2 testes post didicita testificata examinari conten-
dit, est potens iuxtà tradita per Innoc. in cap.
super eo il secondo de testibus quem in his ter-
minis sequitur Triuis. decis. 44. num. 3. lib. 1.
qui nu. seq. tradit relinqui Iudicis arbitrio qua-
3 lis, quantaq; sit potentia, id quod prius affir-
mauit in decis. 10 in fine; Quia si culpa partis
id contingit sibi imputet, si verò culpa Iudicis
petat pars ab eo damnum, siue id quod interest
4 in Syndicatu, vt scribit Gutier. pract. quæst. ciuil.
lib. 1. quæst. 57. in princip.

De AEQVITATE tamen si culpa Iudicis,
vel incuria Notarij testis male examinatus fuit
vel obscurè deposuit, aut super aliquo ex capi-
tulis non fuit interrogatus, suppletur negligen-
5 tia ipsa examinando, vel nouos testes, vel anti-
quos repetendo tex. est in cap. per suas de testi-
bus Gabriel commun. opin. tit. de testi-
bus conclus. 21. nu. 20. & 111. par. 2. Viu. comun.
opinion. 896. sub nu. 6. vers. potest etiam.

Tunc enim dicitur cessare timor subornatio-
6 nis, vt defendit Osasch. decis. 14. n. 4. Surd. cons.
8. nu. 6. Idq; vel ex officio, vel parte instante fa-
cere debere Iudicem tradit Gutier. d. q. 57. vers.
Nihilominus, qui subiungit, quod rectus, &
Christianus Iudex hoc semper facere debet, ne
sua culpa, aut Notarij negligentia pars indebitè
damnum patiatur, & ità obtinuisse in praxi te-
statur, Quia Iudicis, vel Notarij error, aut cul-
7 pa nullum debet afferre præiuditium partibus
litigantibus d. cap. per tuas de testib. Guido
Papæ decis. 124. nu. 1.

Vbi vero culpa ipsius partis testis diminutè,
& imperfectè deposuit. cessat dispositio d. cap.
per tuas, nec vlterius permittitur testium exa-
8 minatio post didicita testificata Menoch. de
arbitr. lib. 1. qu. 34. nu. 15. Rol. cons. 52. nu. 18.
lib. 4. In dubio autem præsumitur negligentia,
9 vel malitia Iudicis, siue Notarij, vt si testis non
fuit interrogatus de causa scientiæ Tindarus
tract. de testibus lib. 1. cap. 4. nu. 6. & 7. fol. 224.
in quinto vol. tractat Gutier. d. qu. 57. vers. di-
centquod.

Quæ conclusio ita erit intelligenda, vt super
10 articulis veteribus iā productis examinari pos-
sint testes, non autem super nouis post didicita
testificata productis; In curia enim Notarij, vel
11 Iudicis suppletur examinando nouos, vel anti-
quos testes super ijsdem capitulis, cum super
12 nouiter productis suppleretur ipsius partis, nō
Notarij negligentia Osasch. d. decis. 14. num. 8.,
Et ità iudicaui ego superiori anno 1623. die 14.
Ianuarij fauore D. Politiæ contra D. Piccnardā
13 dum Vicarij Prætorij munere fungebar in Ci-
uitate Cremonæ.

Nouus autem articulus, siue capitulum dici-
14 tur, quādo nihil habet de materia primi, quoad
substantiam, Ita vt nec respectu iuris, vel facti
tangat primum articulum, Et consequenter non
possit pars instrui ad subornandos testes, vt
post Socinum tradit Menoch. cons. 366. nu. 39.

Quamuis in causa appellationis aliter assir-
15 man. sic per tex. in L. per hanc C. de tēpor. appell.
Farinac. de opposit. circa examen testium q. 75.
nu. 317., de quo tex. Osasch. d. decis. 14. vers. fin.,
licet quod semel capitulatum est, non est vlte-
16 rius capitulandum Bald. in d. finali §. est primo
notab. C. de appell. Osasch. alleg. decis. 14. nu. 8.

SVMMARIA.

1 *In iuditijs non audiuntur ij, quorum non interest.*
2 *In iuditys, regulariter non admittuntur sine mandato pro aliquo, nisi sint persona coniuncta.*
3 *In criminalibus admittitur procurator absq; mandato de AEQVITATE maxime vbi reus est carceratus.*
4 *Decretum Senatus in ea materia.*
5 *Procurator absq; mandato potest prodesse reis, sed non obesse, ideo practica hac non placet Claro.*
7 *Contrarium decreuit Senatus.*
6 *Procuratoris actus in ciuilibus nocet Domino.*
8 *Procurator allegans rei absentiam absq; mandato admittitur.*
8 *Item ad allegandum inimicitias in loco, ad quem citatur.*
9 *Idem ad proponendum exceptionem banni illius qui fuit interfectus.*
10 *Contrarium seruatur in hoc Dominio, nisi reo in carceribus existente.*
11 *Decretum Senatus quod non admittatur Procurator homicida allegantis occisum esse bannitum, nisi ipso occisore in carceribus existente.*
12 *Decretum aliud Senatus in ea materia.*
13 *Occidens bannitum vigore proclamatis, non cogitur prius sistere in carceribus ante exhibitionem banni.*
14 *Idem obseruatur Neapolis.*
15 *Occisores vbi sint plures, & vnus existens in carceribus doceat de banno interfecti, cæteri admittuntur ad comparendum, & exhibendum bannum absq; eo, quod sistant.*
16 *Decretum Senatus in ea materia, etiam fauore illius socij qui vti contumax capitaliter fuerat damnatus,*

quia

quia probato banno per complices liberatur, & ipse à condemnatione.
17 Decretum aliud Senatus in ea materia.
18 Christophori Conturbij I.C. honorifica mentio.
19 In iuditio Spolij, admittuntur consanguinei, amici, coloni, & inquilini absq; mandato in odium Spoliatoris.

Ad defensionem rei carcerati admittitur quilibet absq; mandato.

Cap. LX.

Ritum est in iuditijs non audiri eos quorum non interest, Adeo quod qui
1 pro alio comparens intendit in iuditio in primis docere debet de legitimo mandato l. 1. ff. de procurator. & l. si remunerandi § fin. ff. mandati Roman. cons. 170. n. 1 Scap. lib. 3. de iure non scripto cap. 24. in fin. & ante eum Pract. Pap. in forma respons. rei vers. Simoninus Spelta n. 1., Et in forma libelli in act. hypot., in verbo non iubente sub num. 2. vers. & sine mandato; Vbi tradit regulariter non admitti quemquam sine mandato ad agendū, vel
2 comparen. nomine alieno, nisi compārens sit sanguine coniunctus, cum personæ coniunctæ admittantur in his casibus in quibus sufficit generale mandatum, non autem in illis in quibus requiritur speciale gloss. in l. in exigendi. C. de procur.

De AEQVITATE tamen fauore carceratorum admittuntur procuratores absq; manda-
3 to, dum pro eis compāret, vel in scriptis, vel ali-
4 ter, vt censuisse Senatum die 2. Septemb. 1558. testatur Clar. qu. 32. vers. Item quæro prope finem, dum rescripsit cuidam Pretori, qui defensionem rei productam à non habente mandatū reiecerat, vt ei indiciorum copiā traderet, neq; imposterum aliquem huiusmodi deffensorem reiceret, interest enim Reipubl. ne inocentes puniantur, & quilibet admittitur ad defendendos reos quia cuilibet debet esse propria humanitas, vt post Paulum de Castro tradit Casson. tr. de malefit. tr. 11. nu. 17.

Quamuis practicam hanc sibi minime placere scribit ibidem Clar. ea ratione, quod talis defensor, siue procurator sine mādato potest qui-
5 dem prodesse reo, sed non obesse, quod est in maximum Fisci, & accusatorum præiuditium, prout in ciuilibus in quibus cōfessio siue actus,
6 gestus per procuratorem præiudicat Domino l. 1. §. quæsitum ff. de doli except., & l. certum §. sed an ipsos ff. de confessis Pract. Pap. in d. respons. rei dicto verbo Simoninus Spelta num. 7. Mascard. de probat. conclus. 369. nu. 1. cum seq.,

Subijcitq; Clar. quod paulò ante quidam carceratus petebat tolli de processu quādam comparitionem factam per eius Aduocatum, tanquam sibi præiuditialem, asserens quod ille Ad-
7 uocatus nullum ab eo habebat mandatum, quā tamen exceptionem nō admisit Senatus illius petitionem obaudiendo; Et ita etiam obseruari Bononiæ tradit Ant. Scap. d. c. 24. n. 1. cum seq.

Prout etiam admittitur quis absq; mandato ad allegandum absentiā rei, vel ad allegan. ini-
8 micitias graues, quas habet citatus in loco ad quem citatur Clar. d. quæst. 32. vers. prædicta autem conclusio, quem sequitur Scap. recitato cap. 24. nu. 4., Bofs. tit. An in crimin. iuditijs n. 2. & Franch. decis. 314 nu. 4. cum vers. seq.
9 Item ad proponendum exceptionem banni illius, qui fuit interfectus Bart. in l. vbi pactum C. de transact., Scap. vbi supra.
10 Quamuis contrarium seruetur in hoc dominio, Non enim admittitur huiusmodi procurator, nisi reus in carceribus existēte Clar. d. quæst. 32. vers. quæro modo, verbo in hoc tamen Ducatu; Ea ratione quod si homicida non esset excusandus, Elusoria redderetur sententia, Et
11 ita rescripsit Senatus die 11. Februarij 1585. Iudici Cremonæ de Ruberto Perigardo qui bānitum esse asserebat eum quem ipse occiderat, Iussit enim Senatus vt ipsum Robertum sistere faceret, iuxtā receptam in hoc statu consuetudinem, & bannum exhibere; Deinde si de bānno apparuisset Robertum dimitteret, id quod pa-
12 riter censuit Senatus vltima Iulij 1619. in causa Io. Baptistę Vicecomitis referente Amplis. D. Senatore Cattaneo.

Sistere autē non coguntur ij, qui vigore proclamatum quę de more publicari solent, iussu
13 Excellentiss. Gubernatoris contra bannitos, vt occidens bannitum alium liberet, sed prędictis bannitis Senatus concedere solet liberationes absq; eo, quod sistant occisores, & ita obseruari
14 Neapoli stradit Franch. decis. 314. num. 1. & 5. Caball. lib. 1. resol. crimin casu 23. nu. 5.

Si vero plures interficiāt bannitum, & aliquis ipsorum personaliter compareat, ac exhibito banno ostendat illum impune occidi potuisse,
15 possunt deinde alij socij admitti ad comparendum, & exhibendum bannum, absq; eo, quod se personaliter constituant; Et ita rescriptum fuisse Prætori Papiæ testatur Clar. d. quæst. 32. vers. Quæro modo in fine, & probat Caball. d. casu 23. num. 12.

Quinimo cum interfectus fuisset quidam bānitus, & tempore homicidij ignoraretur de bāno, & de persona, Citatiq; fuissent homicidæ, Cæsar de Monte vnus ex ipsis in contumaciam fuit capitaliter condemnatus, Cæteri autem, cū comparuissent, & probassent bānum, & identitatem personæ interfectæ fuerunt omnes liberati, Quare post illorum liberationem, Cū Cæsar dedisset preces Senatui exhibita dicta liberatione; Et probationibus factis, Senatus censuit
16 ipsum Cæsarē pariter licet capite damnatū esse liberandum, & litteras dedit D. Prætori Papiæ.

Idem censuit Senatus die 3. Septembri 1618. per litteras patentes fauore Capitanei Frācisci
17 Offredi Cremonensis imputati de nece Caporalis Iosephi Paratogaini vna cū Antonio Ma-

 ria

ria Crotto, qui exhibita condemnatione capitali dicti Caporalis Iosephi liberationem fuit consequutus; Propterea ea attenta, obtinuit Capitaneus Offredus nō esse amplius molestādum Patrocinante pro eo eximio I.C. maximeq; eruditionis viro; ac præsertim rerum crimina-
18 lium Summo Practico D. Christoforo Contubbio cuius mores & virtutē semper enixe colui.

Pariter de AEQVITATE, & in odium spo-
19 liatoris admittuntur absq; mandato consanguinei, Amici Coloni, & Inquilini pro spoliato absente ad illius restitutionem l. 1. C. si per vim Peregr. cons. 132. in princ. lib. 5.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum, vbi mulier nupserit, locum non habet, si iure non nupsit.*
2 *Contrarium habetur in l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif.*
3 *Prima opinio procedit de AEQVITATE, secunda vero de rigore iuris.*
4 *Benignitas idem significat quod Aequitas.*
5 *Si mulier sciente illicitum contraxit matrimonium, non dicitur purificasse conditionem.*
6 *Mulier si ignoranter illicitum contraxit matrimonium, dicitur purificasse conditionem legati de AEQVITATE.*
7 *Conditio dicitur adimpleta, si mulier postea alio iure nubat.*
8 *Mulier iure non nubens si postea iure nubere caperit, purificata dicitur conditio absq; distinctione scientiæ, & ignorantiæ.*

Legatum sub conditione si quis nupserit, aut similia, Cōditio dicitur impleta etiamsi non iure matrimonium sit contractum, dummodo ignoranter. Cap. LXI.



LEgato fundo Seiæ, vbi nupserit, vel aliquid aliud adimpleuerit. Hæsitatur apud scribentes, num conditio fuerit adimpleta, si non iure matrimonium contraxit Seia; Qua in re diuersimodè loquuti sunt DD. dum alij conditionem extitisse, alij contrarium affirmauerint.

Non enim omnes coniunctiones implent cō-
1 ditionem si nupserit, sed hæ tantum quæ iure subsistunt l. hæc conditio filiæ meæ ff. de condit. & demonstr. Quemadmodum contrarium sta-
2 tutum fuisse habetur in l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. vbi Pomponius ait hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur idem habetur in l. matrimonij ff. qui, & à quibus, & l. dotis promissio ff. de iure dotium.

Verum leges conciliando Bart. in dicta l. hæc conditio ex Accursij sententia tradit alias leges procedere secundum rigorem iuris, ipsam enim
3 l. hæc conditio habere locū de AEQVITATE;
4 Benignitas enim quo verbo vtitur Bart. idem significat quod AEQVITAS vt supra ex Connano tit. de AEQVITATE sub num. 5. litt. B. probauimus in capit. 1. num. 28. Bartolum sequitur Emanuel Costa in repet. l. cum tale §. si arbitratum num. 24. per totum ff. de condit. & demonstr. Vbi ex eodem Bart. loco relato distinguendo concludit quod vel mulier sciens
5 illicitum contraxit matrimonium, & tunc putat
6 esse defectam conditionem secundum d. l. matrimonij, & l. dotis promissio, Vel ignorans contraxit matrimonium, & tunc secundum AEQVITATEM putat non defficere conditionem d. l. hæc conditio, quam ita locum habere
7 tradit cum mulier alij postea iure nupserit.

Cæterum si eisdem cui semel non iure nupserat postea iure cæperit esse nupta, non dubitat
8 quin conditio extitisse videatur sine vlla distinctione iuxta d. l. dotis promissio ff. de dot. promiss. Costa vbi supra, faciunt quæ tradunt Paseth. cons. 159. & Milanens. dec. cis. 4. par. 4. & post eos Costa de retrotract. cap. 8. casu 36. num. 10.

SVMMARIA.

1 *Alere quis tenetur eum, cuius opera vtitur.*
2 *Compensatio operarum cum alimentis, an fieri debeat ad ratam seruitiorum an in totum.*
Quod si animo compensandi, extinguit debitum licet res quæ datur sit minoris valoris quam debitum nu. 4. contrarium nu. 5.
4 *Actus vnus non debet diuerso iure censeri.*
5 *Compensatio alimentorum cum fructibus, fit tantum pro rata.*
6 *Quod conceditur propter merita, intelligitur quatenus merita ipsa respondent non vltra.*
7 *Concessum ob causam vltra non extenditur quam durat causa.*
8 *Re aliqua relicta animo compensandi, tunc compensatio inducitur prorata.*
9 *Cōpensatio tacita non operatur vltra id quod expressa.*
10 *Res vna diuerso iure potest censeri ob diuersos respectus.*
11 *Operarum præstitarum probatio necessaria est ad compensationem cum alimentis, cum in facto consistat.*
12 *Operæ probandæ sunt, tanquam fundamentum intentionis illius, qui compensationem petit.*
13 *Bursatus reprobatur dum voluit sufficere quod constet aliquem in domo alterius permansisse.*
14 *Bursati doctrina, procedere posset vbi ageretur de famulo & seruitiis destinato, vt de Aequis, et seruib.*
15 *Sententia Authoris in ea materia.*
16 *In æstimatione operis, habenda est ratio quanti fuisset conductus is qui alimenta subministrauit, non quanti potuissent opera locari ab eo qui eas præstitit.*
17 *Alimenta præstans eis tantum operas videtur recepisse, quas conductus fuisset aliunde conducere, si ab alimentante non fuissent præstita.*
18 *Repetitio datur tantum ab eo qui factus est locupletior.*

Me-

19 *Meliorationes consideratur tantum, quantum melioratae res non quantum expenditum.*

Compensatio alimentorum cum seruitijs fit tantummodo pro rata seruitiorum, non pro tota summa.

Cap. LXII.



NON raro accidere solet, vt quis loco solutionis alimentorum sibi praestitorum ab amico, aut Vitrico
opponat compensationem seruitiorum quae succedunt loco expensae
1 alimentorum, Cum quis alere teneatur eum,
cuius opera vtitur l. in rebus §. possunt ff. commod. Antonius de Corduba in l. si quis à liberis §. si mater n. 69. ff. de liber. agnoscend. Surd.
de alim. tit. 6. qu. 11. nu. 26. Grat. lib. 2. discept.
forens. cap. 374. nu. 21. In hac autem quaest. dubitatur an compensatio haec fieri debeat proportionabiliter, idest quatenus capiunt seu quanti
2 valent seruitia, & non vltra, An vero in totum
etiamsi seruitia non sint equiualentia.

Quia in redicendum videtur in totum compensanda esse seruitia cum alimentis, ea ratione quia vbi quid fit animo compensandi tunc
licet res quae datur sit minoris valoris quam
3 debitum, fit totalis extinctio debiti, vt voluerunt Castr. & Alex. in l. si cum dotem §. si pater
ff. solut. matrim. Dec. cons. 245. nu. 8. Crau. cons.
179. num. 9. Natta cons. 186. num. 1. & Simon. de
Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 5. interpretat. 1. dub. 3. num. 106.

Praeterea si compensatio induceretur solum
pro rata seruitiorum, vnicus actus diuerso iure
censeretur, & eadem praestatio pro parte praesu-
4 meretur facta animo donandi, & pro parte animo repetendi contra l. eum qui aedes ff. de vsu
cap. & Idem animus diuidi non debet hanc
partem expresse tenet Bursa cons. 83. num. 12.
lib. 1. vbi allegat. Aret. in cons. 48. in fine, & Rimin. Sen. cons. 94. lib. 2.

De AEQVITATE tamen contrarium verius
5 est, vt scilicet compensatio fiat tantummodo
pro rata seruitiorum arg. l. sed si vir. §. 1 ff.
de don. inter virum, & vxorem, vt probat
Corn. cons. 265. sub nu. 3. vers. & saltem procedit lib. 1. & post Bald. in l. si paterno in fine C.
de negot. gestis, & Aret. cons. 148. circa finem
ex professo scribit Surd. de Alim. d. tit. 6. quaest.
11. num. 54. cum seq. Vbi ad contraria respondet, & ea soluit, testaturq; hanc sententiam esse
iustiorem, & Aequiorem; Quando enim aliquid
6 conceditur propter merita, intelligitur quatenus merita ipsa respondent non vltra, cum concessum ob causam non vltra extendatur, quam
7 durat causa Tiraquell. tract. cessan. causa in
princ.

Quemadmodum namq; simpliciter relicta
aliqua re animo compensandi, tunc compensatio inducitur solum pro rata Prout è contra relicta re, vt ea sit pro omni, & toto eo ad quod
8 tenebatur tunc fit compensatio in totum Castr.
in l. si compensandi C. de haered. instit. vbi
Alex. num. 2. Rol. cons. 65. nu. 23. lib. 2. Ita in hoc
9 proposito, cum compensatio sit tacita inter operas, & alimenta, non operatur vltra id quod
operaretur expressa Surd. dicta quaest. 11. num.
10 38. vbi docet vnam rem posse censeri etiam diuerso iure ob diuersos respectus per l. miles §.
pro parte ff. de leg. 2. Idem Surd. cons. 157. num.
69. & cons. 150. nu. 101.

Ad hoc autem vt locum habeat seruitiorum
compensatio, cum alimentis necessaria est probatio operum, quia iure nõ probatur quod admissa residentia priuigni, vel alterius in domo
Vitrici vel tertij, inferatur ad necessariam ope-
11 rarũ probationem, Tum quia cum in facto consistunt non praesumuntur l. in bello §. sorte ff. de
captiu. Tum etiam quia tanquam fundamentũ
intentionis illius qui compensationem petit
12 probandae sunt l. cum qui ff. de probationib.
Surd. dicta q. 11 nu. 44. vbi reprehendit Bursatũ
cons. 83. nu. 10. asserentem, quod eo ipso quod
13 constat priuignum fuisse continuo in domo
Vitrici; Videtur eo ipso constare quod praestiterit obsequia, & operas; Nemo enim ex Doctorib. per Bursatum adhoc citatis id affirmat,
Quam sententiam contra Brusati opinionem
etiam comprobat Pacian. cons. 103. num. 70. Et
quae Brusati traditio tantum procedere posset.
14 vbi ageretur de subiecto proprie ad seruitia destinato, vt de equo, vel seruo, non vero de alio
subiecto proprie ad seruitia nõ destinato, vt elli
citur ex traditis per Abb. in Cons. 85. n. 3. lib. 2.

Et ità respondi ego superiori mense Au-
15 gusti 1614. pro D. Antonio Regna contra sorores de Gabiare in causa pendente corã Egr.
I.C. Colleg. D. Galeaz Arrigonio.

Quinimo in aestimandis seruitijs per alimentarij praestitis haberi debet ratio quanti fuisset
16 conductus is quo alimenta sub ministrauit, nõ
quanti potuissent operae locari ab eo, qui obsequia praestitit arg. l. si non fortem §. libertus ff.
de condic. indebit. Anton. de Corduba in d. §.
si mater nu. 81. ff. de liber. agnoscend. Surd. memor. quaest. 11. nu. 39. cum seq. qui tradit eã esse
17 rationem, quia eas tantum operas videtur recepisse, quas coactus fuisset aliundè conducere, si ab alimentario non fuissent praestitae Non
eas sine quibus potuisset nihilominus vitã ducere.

Cum repetitio in eo tantum de AEQVITA-
18 TE detur, qui factus est locupletior iuxtà l. si
me, & titium de qua supra in cap. 38. Et in meliorationibus in quibus habetur ratio quanti
res melioratae fuit, non autem attenditur, quã-
19 tum fuerit in meliorationibus expenditũ l. domos haeredit. vbi scribent. ff. de leg. 1. Menoch.
de recuper. possess. remed. 15. num. 557. Anchar.
iun.

iun. qu. famil. 46. nu. 6. lib. 1. & Ioseph. Ludou. decis. Perus. 24. nu. 25.

S V M M A R I A.

1 *Confessus habetur pro iudicato, & cogitur soluere.*
2 *Confessio iudicialis est maior quocunq; publico instrumento, & quibuscunq; testium depositionibus.*
3 *Confessio iudicialis absente parte facta non praeiudicat confitenti.*
4 *Contrarium verius de AEQVITATE. & nu. 7.*
5 *Confessio iudicialis, acceptata censetur ab eo ad cuius fauorem facta fuit.*
6 *Quae in fauorem nostrum facta sunt censemus confirmare.*
8 *Confessio facta in vltima voluntate valet fauore illius ad cuius interesse facta fuit, nec contra eam potest venire haeres.*
9 *Pacian. reprobatur.*
10 *Confessio, vbi continet obligationem valet reuocabiliter vsq; quo fuit acceptata à parte.*
11 *Idem si confessioni praesens fuit fideiussor.*
12 *Distinctio Alexandri Trentacinquij, inter confessionẽ extraiuditialem, tendentem ad obligandum confitentem, quae nihil praeiudicat confitenti.*
13 *Confessionem continentem liberationem, vel non obligationem confitentis principaliter, sed ad probandam obligationem pendentem, factam absente etiam parte praeiudicare confitenti.*
14 *Contra confessionem factam ad liberandum non admittitur probatio in contrarium.*
15 *Ad probandum confessionem extraiuditialem continentem obligationem; iungi possunt diuersi testes.*
16 *Confessio regulariter debet vel in totum acceptari, vel respui.*
17 *Confessio continens duo facta separata potest aduersarius recipere vnum factum, & alium respuere.*
18 *Exemplum affertur huiusmodi confessionis diuersa facta continentis.*
19 *Alexander Trentacinquius abunde materiam diuidendi confessiones facta diuersa continentes pertractat.*

Confessio facta etiam absente parte nocet confitenti, maximè iure canonico inspecto. Cap. LXIII.



Ritissimum est nullam dari maiorẽ probationem, quam proprij oris confessionem, cum confessus habeatur pro iudicato, & cogatur
1 soluere nec possit appellare l. 1. C.
de confess. l. de aetate §. interrogatus, & ibi gloss. ff. de inter act. Huiusmodi enim confessio iudicialis, est maior quocunq; publico instru-
2 mento, & quibuscunq; testium depositionibus
vt tradit Rolan. cons. 6. nu. 26. & cons. 54. nu. 18. lib. 3. Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de confessis resol. 2. nu. 16. vers. Prima in confitente contra se.

Magna tamen est apud scribentes disceptatio, An cõfessio consimilis absente parte facta, confitenti praeiudicet. Et negatiuam partem
3 sustinent Salicet. & alij in dicta l. 1. C. de con-
fessis, & in l. Iubemus C. de liberali causa Abb. in cap. fin. de confess. Socin. iun. cons. 88. nu. 29. lib. 2. Silua cons. 44. sub num. 12. & nu. 16. quam opinionem vti magis communem sequitur Trẽtacinq. dicto tit. de confessis resol. 2. nu. 5. vers. ego in iudicando.

De AEQVITATE tamen canonica contrarium affirmandum est quia confessio facta siue
4 praesente, siue absẽte parte inducit praesumptio-
nem contra confitentem etiamsi erronea, & extraiudicialiter facta; Et illi statur donec contrarium probetur ita post Castr. & alios in l. error C. de iuris, & facti ignor. probat Thesaur. decis. 109. sub num. 6. & 8. Anchar. quaest. fam. lib. 1. q. 1. nu. 11.

Aliam rationem ponit pro hac conclusione Vrsil. ad Afflict. decis. 364. nu. 8. & 9. Quia sic huiusmodi confessio, acceptata censetur ab eo
5 ad cuius fauorem facta fuit, Quae enim sunt in
fauorem nostrum censemus confirmare, & illas
6 annuere Decius cons. 57. & cons. 163. col. 2. quẽ
sequitur Vrsill. dicto nu. 9. vbi expresse probat, quod cõfessio absente parte facta de AEQVI-
7 TATE Canonica valet, & probat.
Hoc idem sequitur Decian. cons. 62. num. 66. lib. 3. & Gabr. cons. 71. nu. 18. Antonius Gabriel. in suis commun. conclus. lib. 1. tit. de confess. conclus. 1. nu. 46. & seq. vbi conclusionem maxime procedere tradit in confessione facta in vltima voluntate quae de AEQVITATE canoni-
8 ca operatur, nec illi potest contrauenire haeres
per Bald. in l. Generaliter in q. 10 C. de non numerata pecunia Polid. Ripa de actis in mortis articulo pleno cap. 28.

Et licet eodem num. recenset Gabr. eos DD. qui contrarium tenuerunt, Ab hac tamen opinione non recedit, per quam conuincitur Pa-
9 cian. cons. 79. num. 48. cum seq. dum contrariam
opinionem veriorem esse scribit per Crau. cõs. 281. num. 6. vers. nec obstat, Natta cons. 101. n. 14. & Rimin. iun. cons. 521. nu. 34. lib. 5. ommissis alijs ibi recensitis, qui Paciani assertioni minime inseruiunt, vt videre est, ad quos me remitto.

Distingunt tamen alij inter confessionem continentem obligationem, & aliam factam ad
10 liberandum; quia hanc valere reuocabiliter
donec à parte sit acceptata tradit Thesaur. dicta decis. 109. n. 7. Id quod etiam affirmat Gabr. dicta conclus. 1. nu. 55. & 58. vbi praesens fuerit
11 confessioni fideiussor, & absolute eam valeret,
probare concludit Mascard. de probat. conclus. 347. num. 7 per Castr. cons. 34. num. 5. lib. 1.

Quamquam Alex. Trentacinq. aliter distinguendo in dicta resol. 2. nu. 78. lib. 2. var. resol. tit. de confess. inquit, quod si confessio fuit extraiudicialis, & tendit ad obligandum confi-
12 tentem ei, cuius fauore emanauit confessio, ni-
hil

hil præiudicat confitenti. Si verò facta fuit parte pariter absente ad liberandum; vel ad obligandum non tendat principaliter, sed ad probandum obligationem pendentem tunc
13 præiudicat confitenti, vt decidit Ang. in §. si verò expræsserit col. 3. in Auth. de hæred. & falcid. Felin. in cap. cum. m. col. 16. de constitut. & in cap. si cautio col. 8. de fide instrumentorũ Silua, dicto cons. 44. n. 15. contra confessionem enim factam ad liberandum, non admitti pro-
14 bationem in contrarium scribit idem Trentacinq. dicta resol. 2. nu. 13. vers. intra dictas.
15 Ad huiusmodi autem confessionem probandam diversi testes iungi possunt Crau. cons. 267. à nu. 3. vsq; ad finem Ioseph Ludouic. decis. Perus. 9. nu. 11. cum sequ. quos sequitur Thesaur. dicta decis. 109. in fine.

Præterea ommittendum non est, quod licet regulariter confessio, vel in totum debet ac-
16 ceptari aut respui iuxta tradita per scribẽtes, in l. Aurelius §. idem quæsijt ff. de libert. leg. & in l. si quidem C. de except. Ferett. cons. 74. n. 3.

Tamen quando confessio continet duo facta separata potest aduersarius recipere vnum fa-
17 ctum quod facit pro se, & aliud quod contra se
18 facit respuere vtpote si quis petit à Titio centũ occasione mutui, Titius respondit, quod benè mutuo habuit centum, sed tenetur illi ad mille ex alia causa. Quoniam hoc casu poterit creditor fundare intentionem suam super confessione Titij, & respuere aliam partem confessionis tanquam continentem factum separatum Bart. in l. Aurelius §. idẽ quæsijt ff. de libert. leg. Alex. Trentacinq. dicta resol. 2. num. 22. tit. de
19 confess. vbi abundè hanc materiam, diuidendi confessionem examinat cum præcedenti num. & nu. 19. ad quem remittitur Lector. Ad rem etiam faciunt tradita per D. Bimium cons. 368. num. 19. lib 4.

S V M M A R I A.

1 Vsuræ sunt omni iure prohibitæ.
2 Vsuræ permittuntur fauore dotis.
3 Viduæ succurri debet.
4 Marito sustinenti onera matrimonij permittũtur vsuræ
5 Vsuræ viro promissæ dicuntur onerosæ non gratuitæ.
6 Maritus matrimonio soluto licitè nõ cõsequitur vsuras.
7 Vxore mortua, videtur quod maritus esse desierit.
8 Viduæ debentur vsuræ, vbi moram commisit debitor eius dotis.
9 Mora cessante, cessat AEQVITAS in materia vsurarum.
10 Vsuræ siuè interesse dotis, debentur viduæ ratione tantum moræ debitoris.
11 Promissio restituendæ dotis à viro facta soluto matrimonio, dicitur facta in diem incertum.
12 Dies incerta adiecta promissioni de restituendo dotem, reddit dispositionem conditionalem.
13 Hæres viri non constituitur in mora ob dotis restitutionem, absq; interpellatione.
14 Decisio Sacri Concilij Neapol.
15 Statuto stante quod Viduæ præstentur vsuræ dotis intelligitur concurrente interpellatione Viduæ.
16 Mulieri imputatur si dotem non exegit.
17 Sententia Auctoris.
18 Petri Petracini I. C. honorifica mentio.
19 Thesauri doctrina in decis. 43. reprobatur.
20 Distinguit, & concordatur opinio Thesauri.
21 Merendæ opinio impugnatur.
22 Vidua quæ non petijt sibi satisfieri de dote, non potest consequi interesse.
23 Idem multo magis ob aug.
24 Vidua non potest consequi interesse ob dotem sibi non traditã, & petitam si non propalauit cum iuramento omnia bona mariti penes se existentia.
25 Compensatio admittitur etiam in dotis restitutione.
26 Compensatio admittitur etiam ad impediendum cursum vsurarum.
27 Compensatio fit etiam de quantitate ad speciem quando redacta est in pecuniam vel non extat.
28 Compensationis retrotractio fit ad diem debiti non solum à die oppositionis, quando agitur de exclusione vsurarum & interesse.
29 Compensationem opponens si successit in ius alterius, retrotrahitur compensatio ad diem debiti.
30 Compensatio apponi potest ab hæredibus mariti, contra mulierem repetentem dotem, etiam ex causa rerum viri amotarum ab vxore, & ob res donatas vxori per maritum constante matrimonio.
31 Fructus naturales percepti ab vxore è rebus ei donatis à marito constante matrimonio pertinent ad ipsum maritum.
Vxor præsumitur aquirere de pecunijs mariti 32. & num. 59.
33 Fructus percepti ab vxore extenuant summam dotis.
34 Vestes pretiosæ paratæ ad vsum vxoris præsumuntur commodatæ vt ornatior incedat, non donatæ.
35 Donatio vestium facta vxori constante matrimonio non valet, nisi fuerit morte confirmata, interueniente tamen ipsorum paratorum traditione.
36 Nisi de expressa vel tacita reuocatione mariti appareret.
37 Statuta Genuæ, & Mediolani in materia vestium, & ornatuum vxoris.
Statutũ Mediolani cap. 291. vol. 1. est correspectiuum ad dotis lucrum per maritum faciendum nu. 38. & nu. 39.
Promissio restituendi dotem ad formam Statuti extenditur etiam ad res causa vxoris paratas nu. 40. & num. 42.
41 Et ad donationem propter nuptias, cophanos, iocalia &c.
43 Statutum Genuæ quod vxor petens dotem teneatur manifestare omnia quæ habet de bonis viri, & non lucretur vestes &c. extenditur ad parata pro vxore.
44 Dos soluto matrimonio redit ad vxorem vel eius hæredes, & nihil maritus lucratur valetq; pactum inter coniuges quod seruetur Statutum Genuæ iuri communi conforme.
45 Pactum per quod dos redit ad vxorem vel eius hæredes, est fauorabile ipsi doti, & est seruandum.

46 Pactum

46 Pactum huiusmodi si non esset vndequaq; fauorabile mulieri, sed se haberet ad lucrum, & damnum, stante incertitudine à principio validum est.
47 Læsa non dicitur vxor stante incertitudine lucri, & damni.
48 Vxor non potest conqueri de pactis appositis in restitutione dotis, quando plus lucrari potuisset prædecedente viro, quàm è contra maritus ea præmortua.
49 Vxor; quæ sæpius vsa est instrumento, & cuius nomine stippulatus est Notarius, nec reclamauit constante matrimonio, illud acceptasse videtur in omnibus partibus.
50 Instrumentum cum reperitur verum in dote confessata, præsumitur verum, & in declaratione, & attendi debet etiam ad commodum hæredum mariti.
51 Maritus etiam tacitè potest reuocare donationes vxori factas.
52 Donatio propter nuptias per maritum vxori facta, impedit vt aliam similem donationem facere non possit, nisi, & dos ipsa augeatur.
53 Instrumento transactionis potest quis vti in vno capite, & respuere aliud caput si hoc continet manifestum iuris errorem.
54 Præsertim si transactio facta sit extra iuditium, & agatur de damno vitando.
55 Impugnatio in vna parte transactionis non acceptata, in alijs afficere non potest.
56 Iudex ex officio potest credere capitibus non impugnatis in instrumento transactionis, etiam ad beneficium impugnantium.
57 Senatus Mediolani iudicat solâ facti veritate inspecta.
58 Senatus non habet respectum ad acta quæ veritati contrariantur.
59 Empta per vxorem constante matrimonio sunt mariti.
60 Transactio non comprehendit ea, de quibus non fuit facta mentio.
61 Transactio fieri solet tantum de his super quibus lis pendet.
62 Promissio restricta ad contenta in instrumento, non extenditur ad alia.
63 Clausula, & verba generalia, non extenduntur ad personas non expressas.
64 Et restringuntur ad conuenta in transactione, neq; ad iura non transigentium extenduntur.
65 Habere, verbū ex propria significatione dicitur de his, quæ quis tantum detinet, vel etiam custodit.
66 Originarij possunt inter ipsos alibi contrahere ad formam Statutorum loci Originis, immo ita contraxisse dicuntur si nihil dictum fuerit.
67 Forenses nec gaudent nec ligantur dispositione alieni statuti.
68 Etiam si forensis haberet bona in loco, in quo viget statutum.
69 Statutum sicut comprahendit mulierem forensem nuptam Mediolani, ita excludit Mediolanensem nuptam forensi.
70 Subditus legi municipali vbiq; est subditus, etiam respectu contractus alibi celebratus.
71 Mulier nupta extra territorium, propriam non perdit originem.
72 Mulier assumit domicilium viri, in his quæ eam non retrahunt à viri seruitio.
73 Maritus etiamsi non sit Genuensis, & fiant tabulæ nuptiales Mediolani, potest pacisci, quod attendatur Statutum Genuæ circa pacta nuptialia.
74 Statutum loci Originis mariti, vel loci contractus an seruandum.
75 Ciuis Mediol. ex priuilegio, qui vxorem Mediolanensem duxit, nulla expressa conuentione circa statutum, & qui Mediolani semper habitauit, gaudet benefitio statuti.
76 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
77 Maritus, & vxor ad paria iudicantur.
78 Maritus habens domicilium Mediolani, an censeatur contrahere matrimonium ad formam statutorum eiusdem Ciuitatis.
79 Non censetur contrahere, quando expræsè fuit aliter conuentum.
80 Maritus, & vxor possunt renunciare statuto in materia lucri dotalis.
81 Bona fides plurimum exuberat in pacto dotali.
82 Lex contractus, est seruanda.
83 Vtens instrumento, debet vti cum omnibus qualitatibus in eo existentibus.
84 Stippulatio in instrumento dicitur indiuidua.
85 Stippulatio est indiuidua, cum agitur de vnico facto cum suis annexis qualitatibus.
86 Mulieri absenti sicuti aquiritur ius in dote, ita etiam pactis in instrumento dotis cōtentis aquiescere debet.
87 Vxor præsumitur de pecunijs viri aquirere.
88 Nisi constaret aliunde pecunias peruenisse.
89 Interesse dotale debetur ratione moræ debitoris, & non aliter.
90 Dotis promissio facta per maritum de restituenda dote in casu &c. dicitur facta in diem incertam, & reddit dispositionem conditionalem, neq; constituente hæredes mariti in mora.
91 Etiamsi adesset statutum quod vidua præstari deberent vsuræ dotis, quia id intelligitur, quando non distulit mulier dotis exactionem.
92 Mulieri Viduæ debentur vsuræ dotis, quando adhibita diligentiā, eam consequi non potuit.
93 Interesse dotis non debetur cessante mora.
94 Mulier tenetur in sortē imputare, si quid recepit ab hæredibus viri ante moram.
95 Mulieri imputandum, si lapso anno luctus dotem non petijt.
96 Mulier habens multa bona mobilia mariti magni valoris, non potest consequi alimenta nec, interesse dotis non repetitæ.
97 Maritus accipiens nomen debitoris in dotem, non potest alimenta prætendere, dum ad dotem agit.
98 Verba vniuersalia prolata respectu certæ causæ finalis restringi debent ad ipsam causam specialem.
99 Creditore renunciante tantum respectu certæ personæ, vel causæ standum est certo.
100 Actus non debet operari vltra intentionem agentium.
101 Reseruatio iurium in transactione, potest iuribus vti, absq; eo quod contra transactionem venire dicatur.
102 Errores semper tolli possunt, & errantis nullus est consensus.
103 Error probatus dicitur, vbicunq; appatet rem aliter se habere.

104 Error

104 *Error potest allegari etiam in facto proprio, ne dum in actum per alios gesta.*

105 *Ex actu quem quis impugnat, commodum consequi nequit.*

106 *Declara vt hoc numero*

107 *Confessio in actu impugnato contenta valet, & facit ius inter partes etiam si facta sit in contractu nullo.*

108 *Transactio continens plura capitula separata, potest pro parte approbari, & pro parte impugnari.*

109 *Reuocatio Confessionis non admittitur re non integra.*

110 *Declara vt hoc in loco.*

111 *Confessio reuocari non potest stante iuramento.*

112 *Nisi erroneam esse probetur.*

113 *Vxor defuncto marito si penes se habebat vestes, & alia mobilia vendita censetur sibi satisfecisse.*

114 *Retentio habetur pro solutione sui crediti.*

115 *Solutio imaginaria, quam lex inducit, non minus valet quam vera.*

116 *Vidua quæ bona defuncti penes se retinuit, censetur sibi soluisse.*

117 *Administratores censentur sibi soluisse.*

118 *Præcipuè retinendo mobilia.*

119 *Idem in exactione parcellarum facta per viduam, & non probato tempore exactionis censetur exegisse statim sequuta morte mariti.*

120 *Exactio censetur facta statim ac potuit fieri, & solutio.*

121 *Solutio facta præsumitur ab eo, ad quem soluere spectabat.*

122 *Assignatio irreuocabiliter facta, si euincatur tenetur assignans de euictione.*

123 *Donans, vel dans alio titulo, tenetur de euictione rei datæ vel donatæ, quando ex tali donatione seu datione, aliquid fuit consequutus.*

124 *Promissio debet obseruari, & manuteneri.*

125 *Euictio si immineat, idem est ac si res euicta foret.*

126 *Emptor agere potest de euictione contra venditorem, ante molestiam sibi illatam, & multo magis ante euictionem sequutam.*

127 *Declaratio valoris aurei percipitur ex descriptione.*

128 *Obseruantia subsequta est potissima declaratio mentis.*

129 *Aureus in aureo debetur, siuè illius integer valor, quando talis fuit positus in obligatione.*

130 *Hæres quo minus fieri potest, grauandus est.*

131 *Neq; tenetur vltra vires hæreditarias.*

132 *Iactare suum quilibet potest.*

133 *Euictio sequta ex laudo lato ab arbitro, non tribuit actionem de euictione.*

134 *Filius inferens molestiam ei quem pater promisit nõ molestare, præsumitur id facere ex persona patris.*

135 *Liberatio in transactione ex quauis causa, & occasione, dicitur vniuersalis, & omnes casus complectitur.*

136 *Pater potest de bonis filiorum aduentitijs transigere.*

137 *Personæ quæ transactioni interueniunt, censentur obligatæ, ne eorum interuentus sit superfluus.*

138 *Pluralitas in singularitatem resolui non potest, quoties recti sermonis ratio id non patitur.*

139 *Transactio cum auctoritate Senatus celebrata, rata esse debet, nec erroris prætextu potest retractari.*

140 *Immo nec respectu læsionis.*

141 *Transactionis approbatio impedit ne ea possit retractari, prætextu erroris vel defectus consensus.*

142 *Transactionis approbatio seu obseruantia habet, vim satisfactionis, seu geminationis consensus.*

143 *Obseruantia transactionis tollit remedium læsionis enormissimæ.*

144 *Error ex diuturno temporis cursu purgatur.*

145 *Errores iuris non infringunt transactionẽ nisi resultet læsio enormissima habito respectu ad dubium litis euentum.*

146 *Læsio vt inducatur debet probari æstimatio dubij litis euentus.*

147 *Dilatio ad agendum quid inferat.*

148 *Clausula sinè præiuditio, non operatur quo ad expressa.*

149 *Resseruatio non prodest quo ad expressa.*

150 *Ex actu impugnato an, & quando, quis commodum capere potest.*

151 *Transactionem non obseruans, ea iuuari non debet.*

152 *Transactionis contractus, est quid indiuiduum.*

153 *Transactione rescisa, omnia in pristinum reducuntur.*

154 *Dotis interesse debetur ab hæredibus viri morosis.*

155 *Dotis interesse, tam damni quam lucri, debetur viduæ negotiari solitæ.*

156 *Amplia, etiam si diues sit mulier.*

157 *Dotis interesse, vt debeatur satis est probare mulierem solitam negotiari, vel pecunias implicare.*

158 *Mulier quæ implicauit iocalia, præsumitur multo magis pecuniam fuisse implicaturam.*

159 *Interesse certum redditur quando implicatio fieri potest in censibus vel montibus.*

160 *Transactione dicitur probata liquidatio.*

161 *Interesse verisimile debetur, licet non plenè probatum*

162 *Verisimile quod est, probatum dicitur.*

163 *Interesse legale, & moderatum debetur.*

164 *Interesse non probatum, potest taxari officio Iudicis.*

165 *Interesse quod solet percipi ex censibus vel montibus, non eget liquidatione.*

166 *Interesse potest iuramento probari in odium morosi.*

167 *Interesse dotis debetur quando dotis restitutio fuit promissa cum omnibus damnis, & interesse.*

168 *Consuetudo præstandi interesse ratione retardatæ solutionis dotis, licita est, & attendenda.*

169 *Statutum decernens interesse dotis propter moram est validum.*

170 *Interesse dotis plerumq; peti potest à Vidua, ad octo vel decem pro centenario.*

171 *Interesse dotis præstandum est ab hæredibus morosis, tamquam sors.*

172 *Interesse alterius interesse deberi, propter moram.*

173 *Interesse debetur ex Stat. Mediolani 43. vol. 1.*

174 *Interesse iam solutum ratione retardatæ solutionis dotis, non potest repeti, quia censetur solutum ex pacto.*

175 *Lapsus anni, constituit hæredes mariti in mora.*

176 *Promissio restituendi dotem inducit moram post annũ.*

177 *Iuramentum in contractu dotis, constituit in mora quia obtinet vim interpellationis.*

178 *Vidua donec habet penes se bona mariti, quæ retinere prætendit, non dicitur moram passa.*

179 *Instrumentum potest acceptari tantum in partibus fauorabilibus.*

180 *Mulier renunciare nequit iuri suo, sine interuentu agnatorum.*

181 Mo-

Mulieri viduæ post annum luctus debentur vsuræ, siuè interesse dotis vbi Dos non restituatur. Cap. LXIV.

1 EX pecunia debita, nihil posse recipi, sine labe vsurarum quæ omni iure sunt prohibitæ, habetur in cap. super eo de vsuris, & tradit Alex. in consil. 178. num. 9. lib. 7. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 11. num. 38.

2 Attamen de AEQVITATE fauore dotis permitti vsuras decidit tex. in cap. salubriter de vsuris Thesaur. decis. 43. nu. 2. & 4. in fine vers.

3 cæterum, Vbi inquit quod de AEQVITATE debet succurri Viduæ orbatæ viro, cum in ea præponderet magna ratio incommoditatis, & damni prout in marito respectu onerum matrimonij.

Quam AEQVITATEM in simili perpendit Nauar. de vsuris nu. 67. & in Manuali Confessariorum cap. 17. num. 213. Giurba ad Stat. Messanæ cap. 15. glo 15. sub num. 23. ac Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 240. nu. 20. & cap. 244. nu. 2. Vbi tamen tradit hoc procedere tantum in

4 marito, qui sustinet onera matrimonij, in quorũ compensationem vsuras licitè recipit, quasi

5 quod vsura tunc sit onerosa non gratuita l. pater ff. de doli except. Alex. conf. 74. nu. 2. lib. 5.

6 Adeo quod soluto matrimonio licitè non posse maritum percipere fructus, siue vsuras dotis dicendum est, quasi tunc cessent onera matrimonij, vt scribit Gratian. n. 15. qui n. 16. tradit quod cum ista onera solum considerentur respectu personæ vxoris, cui maritus subministrat alimenta, quæ cessant ea mortua, debet etiam cessare AEQVITAS, cuius ratione permittitur istud interesse. Tunc enim videtur, quod quasi

7 desierit esse maritus, nec amplius adsit matrimonium idem Gratianus cap. 240. nu. 19. Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de iure dotium resol. 6. sub num. 2. in fine Azor. lib. 7. inst. moral. cap. 9. litt. F. par. 3. fol. mihi 553.

8 Ad tollendos autem omnes nodos concludendum est interesse siuè vsuras deberi mulieri viduæ, data mora debentis restituere dotem,

9 quia cessante mora, cessat AEQVITAS, vt per l. curabit C. de act. empt. probat Gratian. dicto cap. 244. nu. 23.

10 Et interesse dotis tantum debeatur ratione moræ, inquam incidit debitor l. 2. §. nauis ff. ad l. Rhod. de iactu., & l. lecta vbi scriben. omnes ff. si certum petatur, Rimin. iun. consl. 52. nu. 54. & conf. 218. num. 105. & ex professo probat Fachin. lib. 10. controuers. iuris cap. 7. per totum vt in materia dotis non restitutæ post annum luctus scribit copiosè Honded. pleno consl. 36. lib. 2. à nu. 8. vsque ad finem.

Qui Auctor nu. 20. in fine asserit, quod licet facta sit à marito promissio de dote restituenda

11 in casu &c. facta tamen dicitur in diem incertam, cum incertum esset quando matrimonium solueretur vndè cum dies incerta adiecta promissioni de restituendo dotem, reddat disposi-

12 tionem conditionalem l. quibus diebus § quidam Titio, & l. dies incertus ff. de condit. & demonstr. euentus conditionis restituendi dotem ob mortem viri non constituit hæredes in

13 mora, absq; interpellatione Bart. in l. quoties in diem ff. de verb. oblig. quam sententiam se-

14 quitur Franc. decis. 46. num. 2. vbi per Sacrum Concilium ipso refferente ita fuisse decisum testatur, non deberi scilicet interesse dotis, nisi à die petitionis, non obstante consuetudine, Neapol. qua disponitur, quod statim dos reuertatur &c, Quia nu. 7. declarat hoc intelligi debere si is ad quem reuerti debet Dos, eã petijt,

Idem

Idem probat Gratian. dicto cap.244.per totum, & cap. 129.num.29. vbi hoc idem procedere affirmat, etiam si adesset statutum quod Viduis præstari debeant vsuræ dotis, quia illud intelli-
15 gitur quando nõ distulit mulier dotis exactio-
16 nem; Tunc enim mulieri imputandum est, si dotem non exegit, eandem sententiam sequuntur Matiscor.lib.2.var.resol.c.83.n.46.& 48.Peregr. decis.121. nu.10.cum seq. D. Bimius cons. 245.nu.50. cum plur.sequ.lib. 3. abundè Giurba
17 ad stat.mess.cap.15.gl.150.nu.23. Et ita respondi ego superioribꝰ mẽsibus pro Ill.D.Marchione Io. Hieronimo Marino contra D. Virginiã Spinulam, quæ prætendebat interesse dotale post annum luctus etiam si dotem non petijsset;
18 in qua Coaduocatus fuerit Eruditiss. & Ampliss. D.Senator Pe.Paulus Flamenus, & Consultissimus D Petrus Petracinus eximius I.C. post hæc scripta Senator Amplissimus creatus quorum doctissima scripta vna cum laboribus nostris in fine huius capituli per extensum impressa erunt, vna cum pro contraria parte scriptis ab integerrimo, & acutissimo I.C. & Collega meo D.Io.Georgio Baiardo; & cuius causæ cognitio adhuc pendet coram Excellentiss. Senatu, & quæ post hæc scripta amicabiliter fuit terminata, cum non modica vtilitate ipsius Domini Marchionis, in quacausa probaui non resistere huic sententiæ Thesauri traditionem in all. decis.43. licet autem contrariam sententiam
19 tenere videatur contra communem Doctorum opinionem, vt ipsemet fatetur nu.2.& 4. in fine, eo saltem casu, quando mulier non habet vndè se alat, vt subijcit nu.3 & damnata sit illius opinio, præsertim à Gratian.dicto cap.244.nu.4.
20 Tamen potest ea opinio intelligi, vbi sequta sit interpellatio, & sic constitutus sit in mora debitor, cum ibi nec includatur, nec excludatur huiusmodi qualitas.
21 Et ex his concluditur non esse receptam cõtrariam sententiam, quam totis viribus deffendis Eruditissimus D. Merenda, qui post hæc scripta tipis tradidit lib.2.controuers.vbi c. 40. per totum, cuius dictum refferre hic non expedit, & de hac re est tex. in l.si marito §.fin. ff.sol. matr.de qua Surd. de alim.tit. 1.q.42.nu.8.

Pro hæredibus D. Leonardi Spinulæ
Contra
D. Virginiam Spinulam.

Immitte Domine in os meum canticum Iustitiæ.

IN transactione anno 1608. 16. Septembris inita inter nunc quon. Comitissam Deliam vtì administratricem hæreditatis D.Leonardi Spinulæ ex vna, & D.Virginiam Spinulam vxorem ipsius D.Leonardi ex altera, etiam mediante dispensatione Senatus Excellentiss.multa fuerunt posita in creditum ipsius D.Virginiæ cũ damno ipsius hæreditatis, quæ de iure nullo modo admittendæ erant.

Quo circa hæredes pref. D. Leonardi, quib. nõ præiudicabat dicta transactio etiam ex sententia Excell Senatus, prout aperte legitur in memorata dispensatione, rectè instituerunt iudicium coram eodem Excell. Ordine contra ipsã D. Virginiam, vt condemnetur ad restituendũ ipsis hæredibus quicquid indebite habuit ex bonis dicti Leonardi.

Examinanda sunt igitur capita ipsius transactionis, vt exinde manifeste liqueat de bono iure ipsorum DD. hæredum.

Primo ergo loco conuentum fuit, quod ipsi D. Virginiæ soluerentur interusuria eius dotis, quæ dicebatur esse lib.90750. imper. ad rationẽ lib. sex sol. 13. din. 4. pro singulo centenario à die mortis pref. D. Leonardi sequutæ de anno 1598. 22. Februarij vsq; ad diem dictæ transactionis, quod interesse dictum fuit ascendere ad libr. 63861. sol. 2. De hac autem parcella nullo modo constitui debebat creditrix ipsa D. Virginia.

Primo, quia à dicto anno 1598. vsq; ad annum 1602.6.Iulij nunquam petijt sibi satisfieri de ip-
22 sa dote, & propterea cum eo tempore haberet, vnde commode viueret, etiam ex bonis mariti, nullum debebatur interesse dotis. Peregr.cons. 200. nu.10. & seqq.lib.1.vbi sub num.34 deter-
23 minat, id multo magis procedere in augmento dotis, & lucris nuptialib. Alba cons.699.

Ab eo autem tempore quo ipsa institit pro satisfactione eius dotis nullum etiam interesse debebatur.

Primo, quia nõ manifestauit legitime, & sub iuramento tactis corporaliter scripturis omnia & singula bona mariti sui, quæ ipsa habuerat,
24 vel habebat per se, vel alias personas, prout ita facere omnino tenebatur ex forma statutorum Genuæ, secundum quæ statuta dos ipsa fuerat constituta, & erat restituenda ex pacto, & conuentione expressa, vt ex instrumento constitutionis ipsius dotis; Rimin.Sen.cons.314.nu.51.& seqq. lib. 2.

Secundo, quia per compensationem bonorum, rerum, ac iurium ipsius mariti existentium pœnes ipsam D. Virginiam extinctum omnino remanebat eius creditum dotale etiam à tempore mortis mariti, vt ex calculo in petitione distinctè posito,

25 Nec dubitandum, quin compensatio admittatur etiam in causa restitutionis dotis petitæ per vxorem Bart.in l.rei iudicatæ §. hæredi. ff. solut. matr. & ibi cæteri scribentes. Crass.excep. 6.nu. 28. vbi de veriori & communi testatur. Bald.in l. si cui.C.de non num.pecun. vbi inquit, quod fructus percepti per vxorem ex bonis mariti extenuant summam dotis.

26 Quę compensatio maximè admittitur ad impediendum cursum vsurarum ipso iure, l.si constat C.de compensat. & l.eius C.de solut. siue ab vna tantum parte curant vsuræ, & interesse, siue ab vtraq; gl. vnica in dicta l. eius C. de solut.

27 Et fit etiam compensatio de quātitate ad speciem, quando illa redacta est in pecuniam, vel nō extat. Crass. dicta excep. 16. nu. 67. & 68.

28 Immò quando agitur de exclusione vsurarum, & interesse fit retrotractio ipsius compēsationis ad diem debiti, non autem solum à die oppositionis, cùm tunc fiat ipso iure, & declaratio proueniat ab ipsa lege, ita post alios Costa in tract. de retrotract. cap. 9. cas. 4. nu. 13.

29 Idem est, quando opponens compensationem successit in ius alterius, vnde ob probabilē ignorantiam rerum hæreditariarum habitarum per vxorem, tardius fuit opposita compensatio, hoc .n. casu retrotrahitur etiam ipsa compensatio. Costa vbi supra nu. 6.

30 Et in puncto, quod compensatio opponi possit ab hæredibus mariti contra mulierem repetentē dotem suam ob res vxori donatas per maritum constante matrimonio, & ob res viri amotas ab vxore, est tex. formalis in l. rei iudicatæ. §. hæredi ff. solut. matr. & ibi DD.

31 Quin etiam fructus naturales percepti ex reb. à marito vxori donatis, constante matrimonio pertinent ad ipsum maritum, nec fiunt vllo modo ipsius vxoris ad tex. in l. fructus ff. de vsut.

De fructibus autem perceptis per D. Virginiā cōstante matrimonio ex redditu illo annuo lib. 1040. empto per D. Co. Matheum Tabernam vsq; ab anno 1588 vti submissam personam pro D. Virginiæ, vt ipse D. Comes postea protestatus fuit ex pecunijs tamen proprijs ipsius D. Leonardi, prout ita reuera fuit, & præsumitur etiam

32 ex dispositione iuris communis. ad text. in l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter virum, & vxor. & statutorum Mediolani in cap. 269. vol. 1. nemini dubium est, quin illi pertinuerint ad D. Leo-

33 nardum, & postea ad eius hæredes, & sic pro cōcurrenti quantitate extenuauerint summam dotis. dicto §. hæredi, & alijs supra allegatis. Idem dicendum est de alijs annuis redditib. emptis nomine dictæ Virginiæ, constante matrimonio, vnde ex illis, & ex capitali ipsorum annuorum redditnum extinctum remansit creditum illud dotale.

Secundò in dicta transactione conuentum fuit, quod ipsi D. Virginiæ vltra alia soluerentur scuta quinq; mille ad rationem lib. sex pro singulo scuto, & hoc loco, & scontro (sunt verba transactionis) omnium eius prætensionum quas habet, & habere posset contra dictam hæreditatē causa ipsius paratorum, ac omnium ipsius chirographariarum donationum, & donationis propter nuptias contentæ in testamento condito per ipsum D. Leonardum de anno 1575. & omnium, & quarumcunq; aliarum prætensionum ipsius Virginiæ generis cuiuscunq; & ex quacunq; causa &c.

Sed & in hoc capite conuentio fuit vndequaq; iniusta, & contra omnes iuris terminos.

Nam quo ad prætensionem eius causa paratorum palam est, illam nihil horum fuisse lucratā, siue attendamus dispositionem iuris communis, siue formam statutorum Genuæ, siue etiam censuram statutorum Mediolani.

Quoad ius commune sic tradidit Bart. in l. in

34 his in princ. ff. solut. matr. vbi distinxit de vestibus prætiosis, & quotidianis, dicens illa præsumi commodata, vt ornatior incederet, non autem eidem donata, & in l. pri. §. nec Castrense nu. 10. ff. de coll. bonorum, vbi idem de iocalibus, collanis, & alijs prætiosis, & Bart. secuti sunt DD. communiter, vt retulit multos allegando Pereg. cons. 89. nu. 9. & seq. lib. 3.

Et quatenus etiam vellimus ea præsumi donata vxori, adhuc donatio illa à principio non valet, sed morte confirmatur interueniente tamen

35 ipsorum paratorum traditione. Rom. cons. 146. nu. 2. nisi tamen de expressa, vel tacita reuoca-

36 tione mariti appareat, quia tunc morte nō confirmatur Rom. ibidem vbi de communi testatur, sequitur Pereg. dicto cons. 89. sub num. 10. vbi quod est verissima propositio, pro qua est text. expressus in cap. fin. de donat. inter vir. & vxor. vnde cum omnes donationes factæ per dictum D. Leonardum eius vxori reuocatæ fuerint in eius vltima voluntate, & seu ille mandauerit, quod omnes imputarentur in dote, & donatione annui redditus aureorū mille facta ipsi vxori, nullum ius habebat D. Virginia ad eius causa parata.

37 Statuta vero Genuæ adeo in hoc clara sunt, vt nulla possit cadere dubitatio, sic .n. loquuntur.

Declarato, & intellecto, quod raubæ, vestes, ornatus, & alia quæcunq; pro vsu, seu vestitu dictarum intelligantur esse, & sint in bonis, & de bonis mariti.

Nec fieri potest fundamentum super statuto Mediolani cap. 291. vol. pri. nam cum illud factū legatur correspectiue ad lucrum, quod facit maritus de dote ex alio statuto Mediolani in cap. 298. eod. vol. merito sicut D. Leonardus non poterat lucrari ipsam dotem, nec partem illius, ex quo illa erat restituenda secundum dispositionē statutorum Genuæ, quæ prohibent maritum lucrari dotem, ita nec D. Virginia admitti debet ad lucrum paratorum vltra lib. centum, vt ex cap. 9. lib. 4.

38 Quod autem dictum statutum Mediolani cap. 291. sit correspectiuum ad dotis lucrum per maritum faciendum, clare colligitur ex ipsis statuti verbis, & voluit Carp. ibidem nu. 16. in quo quatuor casus ponuntur, & deciduntur.

Primus est, quando maritus prædecedit vxori nullis relictis filijs, siue illius, siue alterius matrimonij; & hoc casu mulier lucratur omnia eius causa parata, sicut & maritus lucraretur totam dotem si vxor sine filijs decederet, vt dicto statuto 298.

Secundus est casus quando maritus prædecessit relictis filijs ex eo matrimonio, & tunc vxor lucratur omnia eius causa parata, exceptis ibi expressis.

Tertius

Tertius est casus quando maritus præmoritur relictis filijs ex alio matrimonio, & vxor nullos habet ex alijs matrimonijs filios, & tunc vxor lucratur ex exceptis vsq; ad summam tantũ duarum partium ex tribus, ad quam ascenderet summa eius dotis.

Quartus est casus, quando vxor habet filios ex priorib. matrimonijs, & hoc casu vxor lucretur ex exceptuatis vsq; ad summam duarum partium ex tribus partibus illius portionis, quam maritus lucratus fuisset ex ipsa dote vbi vxor præmortua fuisset cum filijs alterius matrimonij.

39 Et quod istud statutum sit correspectiuum ad statutum de lucro dotis voluit Carp. in eodem statuto 291. sub nu. 16. & confirmatur ex eo, quod eodem actu, & tempore condita fuere dicta statuta, vt proinde correspectiua omnino dicantur, vt late prosequitur Menoch. præsumpt. 12. lib. 6. & Gratian. discept. for. 692. nu. 42. lib. 4.

Quamquam & illud verissimum existimamus in præsenti casu attendenda esse sola statuta Genuæ, quæ cum aperte disponant vxorem nihil acquirere de rebus earum causa per maritum paratis; vt verba ipsorum statutorum supra relata ostendunt, propterea vana est prætensio D. Virginiæ circa hoc lucrum.

Quod autem sit attendẽdum statutum Genuæ ex eo demonstratur, quod & matrimonium contractum, & dos, ac donatio propter nuptias constituta fuere iuxta statuta, & cõsuetudines ipsius Ciuitatis Genuæ, & facta eodem iure promissio restituendi ipsam dotem, vt apertè legitur in instrumento constitutionis, & restitutionis dotis,

40 & donationis propter nuptias, ergo idem concludendũ quo ad res causa vxoris paratas. Carp. post Osas. & alios in dicto statuto Mediolani cap. 291. nu. 86. eleganter Io. de Anan. cons. 36. & ibi Bologn. qui dicunt statutum disponens de dote

41 extendi, nedum ad donationẽ propter nuptias; sed etiam ad cophanos, iocalia, & alia, quæ vxor portauit ad maritum inæstimata, nec in dotem data, quia illa videntur esse de pertinentibus, & appendicijs dotis, sequitur Curt. Iun. cons. 129. num. vlt. Rol. à Valle de lucro dotis quæst. 50. & Phanuc. eod. tract. in verbo dotis. & Corrad. n. 1. late Surd. decis. 192. nu. 2. & seqq. & nu. 17. & infra, ergo idem dicendũ de pacto circa dotem, &

42 augumentum dotis, & donationis propter nuptias, vt slz. extendatur ad ea, quæ vxoris causa parata sunt, nec est dare rationem cur voluerint partes seruari statuta Genuæ respectu dotis, & donationis propter nuptias, non autem quo ad ipsa parata, cum & de his statuta Genuæ loquantur, ita ratiocinatur Barbat. cons. 4. col. 3. in fine, & col. seq. lib. 2.

Accedat quod dos DD. Virginiæ peti non potest, nisi secundũ dispositionem statutorum Genuæ iuxta conuenta in instrumento dotali, sed statuta Genuæ clare disponunt, quod vxor petens dotem teneatur manifestare omnia, quæ habet de bonis viri, & non lucretur vestes raubas, nec alia eius causa parata, ergo cum ista sint connexa vi-

43 detur etiam actum, & conuentum, quod circa parata ipsamet statuta Genuæ attenderentur, Surd. in allegata decis. 192. nu. 17. & decis. 199. num. 13. nec vllo modo admittat contrariam dispositionẽ qualis est ea, quæ oritur ex dispositione statutorũ Mediol. circa ipsa parata, ad tex. in l. verbis ciuilibus, vbi Alex. in 5. notab. ff. de vulg. Surd. cons. 34. nu. 80.

Nec dubitandum, quin ita conueniri potuerit, vt circa dotem &c. attenderentur statuta Genuæ, vt egregiè docet Bald. cons. 31. sub nu. pri. lib. pri. præserrim cum statuta prædicta fuerint conformia dispositioni iuris communis, nempe, vt dos soluto matrimonio redeœt ad vxorem, vel eius hæredes, & nihil maritus lucretur, cum enim hoc casu dos redeat ad suam primeuam naturam om-

44 nino seruandum est. Bald. ibidem pulchrè Castr. cons 59. sub num. 2. vers. breuiter contrarium. lib. pri. vbi quod per istud pactum efficitur melior conditio ipsius mulieris, & ideo tanquam fauora-

45 bile ipsi doti seruandum est, Alex. cons. 150. nu. 2. lib. 2. quinimò vbi dictum pactum non esset vndequaq; fauorabile ipsi mulieri, sed se habeat ad

46 lucrum, & damnum, adhuc stante incertitudine à principio, validnm esset, Gratian. discept. for. cap. 435. num 13 & 25. Surd. omnino viden. cons. 426.

47 num. 20. vbi quod stante incertitudine lucri, &

48 damni non potest vxor dici læsa. Cum. cons. 72. n. 3. vbi quod vxor non potest conqueri de pactis appositis in restitutione dotis, quando plus illa lucrari debuerat prædecedente viro, quam è contra maritus, ea præmortua, cui adstipulatur, Tiraq. in l. si vnquam in verbo donat. largitus num. 128. C. de reuoc. donat. Gratian. discept. for. cap. 576. nu. 29. vers. accedat par. tertia.

Nec releuat, quod dicto instrumento dotali præsens non fuerit D. Virginia.

Quia vltra quod præsentes fuerunt eius fratres vnde credendum est, quod res ita acta fuerit præsentium cum omnes essent Genuenses, & dictæ Virginię nomine stipulatus fuerit notarius, nec vnquam illa reclamauerit constante matrimonio

49 immò sepius vsa fuerit dicto instrumento, etiam constante matrimonio, vt ex publicis actis, seq; & illud acceptasse videtur in omnib. partib. Gratian. discept. for. cap. 769. nu. 25. cum & in dote vbi confessata verum reperitur, præsumitur & in ipsa possessione, & declaratione verum, Crau. cons. 795. nu. 16. & attendi debet etiam ad commodum

50 heredum ipsius D. Leonardi confitentis. Surd. cons. 311. nu. 64. & Bertaz. cons. 26. num. 20. & cùm potius tenderet in fauorem, & vtilitatem D. Virginiæ, quę moriens poterat de rota dote sua ad libitũ disponere, nec ad tantã summam ascẽdnat parata per maritũ vxori, vt experientia rerũ magistra ostẽdit, & aperte accidit in casu nostro, vbi quod dicta parata non ascendunt ad tertiã partem ipsius dotis et iam ex propria manifestatione D. Virginiæ de qua in dicta transactione, merito attendenda est ipsa declaratio, & protestatio etiã

facta absente ipsa D. Virginia.

Tandem aduertendum, quod non omnia descripta in ipsa transactione sub capite paratorum verè dicuntur talia; Sunt enim ferè omnia ad promiscuum vsum mariti, & vxoris, nec vllo modo sub dispositione statuti prædicti venire possūt vt de se patet, adeo vt quid minimum reperiatur quod dici possit paratum causa ipsius vxoris.

Quo verò ad chirographarias donationes, & donationem propter nuptias, ac alia omnia donata per D. Leonardū ipsi D. Virginiæ, & de quibus in testamento eiusdem D. Leonardi de anno 1575. quorum contemplatione conuentum fuit in dicta transactione, quod darentur ipsi D. Virginiæ librillæ triginta mille, certū pariter est, quod omnes istæ prætensiones erant meræ nugæ, & notitates ea potissimum ratione, quod prædictæ omnes donationes tanquam inter virum, & vxorem, constante matrimonio factæ nullæ, & inualidæ erant, & tantum abest, vt morte ipsius D. Leonardi mariti confirmatæ fuerint, vt potius in vltimo eius elogio illas omnes expresse reuocauerit, & expresse mandauerit, quod vxor esset contenta
51 sola donatione sibi facta aureorum duorum millium annuorum, ad tex. in cap. fin. & ibi DD. extra de donat. inter virum, & vxor. vbi etiam sancitum fuit, sufficere si maritus tacitè reuocet, prout & reuocata videntur omnia alia, quæ ipsa D. Virginia capitulauit fuisse per D. Leonardum alienata.

Respectu vero donationis propter nuptias secundo loco factæ ipsi D. Virginiæ, dicitur illam nullo modo sustineri posse, cùm iam à principio
52 in dotis constitutione facta fuerit donatio propter nuptias iuxta statuta Genuæ per ipsum D. Leonardum, vnde ad aliam venire non poterat nisi & dos ipsa augeretur, quod tamen factum non fuit, ad tex. in l. si constante, & in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 20. tit. 2. num. 19 & seqq.

Tertio loco in dicta transactione cōstituta fuit D. Virginia creditrix dictæ hæreditatis de libris 14110. ex causa legati materni, & eius interesse.

Sed iniustè, & indebirè cum non constet, quod pecuniæ legatæ ad manus ipsius D. Leonardi peruenerint, & interesse aliquod peperérint in præiudicium dictæ hæreditatis, nec dici potest illas pecunias fuisse implicatas in montibus Romæ, & ideò illos ad eam spectasse pro portione, quia ipsamet aliter confessa est in dicto instrumento trāsactionis.

Cum autem de istis omnibus parcellis indebitis satisfactionem receperit D. Virginia ex bonis, & iurib. hæreditarijs ipsius D. Leonardi iure optimo prætendunt hoc tempore hæredes eiusdem coram Excell. Senatu, vt condemnetur ipsa D. Virginia ad earundem omnium restitutionem, non obstante memorata transactione, quæ licet facta fuerit à D. Comitissa Delia vti Administratrice prædictæ hæreditatis, & cum dispensatione Sen. Excell. in ipso tamen transactionis instrumento, & seu in dicta dispensatione leguntur hæc verba.

Sine tamen præiudicio quorumcunq; vocatorū ad dictam hæreditatem, & quorumcunq; creditorum ipsius hæreditatis etiam quouismodo interesse prætendentium.

Nec ex hoc, quod hæredes nunc impugnent ipsam transactionem quo ad memorata capita, & parcellas, prohibentur vti dicta transactione in alijs capitibus eorum fauorem concernentibus, nimirum in illis parcellis, de quib. fuit facta debitrix ipsa D. Virginia dictæ hæreditatis.

Primo, quia cum capita impugnata contineant manifestum iuris errorem, vt abunde supra osten-
53 sum est, possunt hæredes in alijs vti dicto instrumento transactionis, vt est elegans doctrina Bart. in l. post legatum num. 6. ff. de his, quib. vt indign. Felin. in cap. capitulum col. 11. in tertia limitat. de rescript. Butr. in cap. cum alim. pub. nu. 16. ad finem vers. sexto casu, de censib. Gabr. comm. concl. tit. de reg. iur. concl. pri. num. 40. præsertim cum dicta
54 transactio facta sit extra iudicium, & agant hæredes de damno euitando, gl. in l. non fatentur littera B. de confessis.

55 Secundo, quia dicta impugnatio nō fuit à parte acceptata, vnde in alijs afficere non potest. Gabr. vbi supra num. vltimo.

Tertio quando etiam nō possent hæredes iuuari ex alijs capitib. dictæ transactionis, Iudex tamen
56 potest ex officio dicto instrumento transactionis in capitib. non impugnatis credere etiam ad beneficium hæredum impugnantium, ita Bart. in dicta l. post legatum nu. 7. Ruin. cons. 154. nu. 8. lib. 5. latissimè Gab. vbi supra num. 58. & seq. vbi dicit id maxime procedere quando alter locupletaretur cum aliena iactura, quod nullam videtur habere difficultatem in casu nostro, ex quo lis pendet co-
57 ram Excell. Senatu, qui cum iudicet sola facti veritate inspecta, vt cauetur in Nou. Constit. tit. de Senat. nō curat de istis subtilitatib. Guid. Pap. decis. 29. Alc. cons. 301. nu. 10. vbi quod Senatus non
58 habet aliquem respectum ad acta, quæ veritati contrariantur. Menoch. de arbit. Iud. lib. pri. q. 50. nu. 5.

Quarto cum dicta transactio facta fuerit cum Administratrice, & nomine ipsius hæreditatis cū illa clausula, sine præiudicio tātum, quorumcunq; vocatorum ad dictam hæreditatem videtur actū, vt prodesse quidem posset dicta transactio ipsis hæredib., nullo tamen modo præiudicaret, sicq; quod posset illa ab eis in partibus fauorabilibus acceptari, & in præiudicialib. impugnari.

Accedat, quod ferè omnia contenta in dicta transactione ad fauorem ipsorum hæredum, adeo & in facto, & in iure manifesta sunt, vt etiam citra dictum instrumentum transactionis probata remaneant.

Etenim quo ad loca Montium Romę, & annuos census, seu redditus tàm Cremonenses, quàm Papienses in Prouincia Lumellina nemini dubiū est, quin de his publicis constet documentis, cum empta hæc omnia fuerint, constante matrimonio inter ipsam D. Virginiam, & præf. D. Leonardum,

&

& per cōsequens spectabant, & spectant ipsis DD. hæredib., nedum ex dispositione iuris communis, de qua in l. Quintus Mucius ff. de donat. inter vir.
59 & vxor. sed etiam ex dispositione statut. Mediol. cap. 269. vol. pri. vbi quod nec prodest mulieri pro testatio, seu renunciatio in contrarium facta per maritum etiam quocunq; iuramento vallata, & cū idem statutū aperte disponat, quod omnia acquisita per vxorem fiut acquisita marito, palam est, quod etiam in fauorem mariti, & hæredum illius factum, videtur ipsum statutum, & non ad solum fauorem creditorum ipsius mariti, vt perperam ex aduerso contenditur: duo .n. ibi disponuntur. Primo, quod acquisita pertineant ad maritum. Secundo, quod super eis possunt creditores mariti satisfieri modo ibi expresso, vnde non debet illius dispositio ad vnum tantum caput restringi.

Quanquam & vbi ad fauorem creditorum tantum fuisset conditum ipsum statutum cum multi adhuc reperiantur creditores D. Leonardi, & quidem longe anterius ipsa D. Virginia, præsertim verò DD. Marchiones Marini, de quibus infra, nihil poterat super eis prætendere D. Virginia.

Quoad libras 5986. 1 1. Imper. per eam habitorū ex causa eius alimentorum, cum de illis constet per sententias, & publica documenta, non debent in dubium refricari sub prætextu præsentis impugnationis.

Idem dicendum de fictibus Pallatij, & domus; qui sicut spectabant ad hæredes D. Leonardi, ita certum est etiam, quod ad manus dictæ D. Virginiæ peruenerunt, vnde & ipsi compensandi, & seu restituendi sunt.

Quo ad mobilia, cum super eis conscripta leguntur duo inuentaria publica patent aliunde veritas probari, quam ex ipsa transactione.

Respectu verò aliorum mobilium non descriptorum in dictis inuentarijs, cum de illis appareat etiam per alias scripturas, & seu notificata fuerit per ipsam D. Virginiam, etiam pro exoneratione conscientiæ, vt dicitur in dicta transactione, non est, quod eorum, quantitas, & valor iuxta formam dictæ transactionis in dubium reuocetur.

Quod vero pertinet ad secundam transactionē initam inter præf. D. Virginiam, & DD. Marchiones Marinos, certum est illam non officere hæredib. D. Leonardi, quin iura sua prosequantur cōtra ipsam D. Virginiam, cum nullo modo comprehenduntur ista iura sua in dicta transactione, vt sequentibus fundamentis manifestè conuincitur.

Primo, quia in narratiuis dicti instrumenti trāsactionis nulla facta reperitur mentio iurium, & prætensionum dictorum hæredum contra ipsam Dominam Virginiam, sed tantum referuntur iura & prætensiones DD. Marchionum contra dictam Virginiam, & ipsam hæreditatem, ad tex. in l si de
60 certa, & ibi DD. C. de transact. l. emptor §. Lucius & ibi Castr. ff. de pact. idem Castr. in l. Aquiliana nu. pri. de transact. Clarius Io. de Silua in tr. de benefic. p. 3. q. 12. nu. 100. Ludou. decis. 158. per totū vbi latissimè.

Tertio, quia stipulatio, & acceptatio facta per D. March. Io. Hieronymum promissorum, & datorum eidem per D. Virginiam fuit facta solum nomine illius, & præfati fratris, vt lectura ipsius ostendit.

Quarto, quia tunc nulla aderat lis inter D. Virginiam, & hæredes, vnde transactio, quæ fieri solet
61 tantum de his, super quib. lis pendet, l. pri. ff. de transact. & l. a. C. eod. tit. nō debet ad illa extendi.

Quinto, quia in sexto capite dictæ transactionis fuit conuentum, quod in casu molestiæ inferendæ per Reg. Fiscum, vel per ipsos hæredes posset vti D. Virginia iuribus ipsorum DD. Marchionum ad euitandam ipsam molestiam, & excludendū prætensionem tàm Fisci, quàm hæredum, quod manifestè ostendit, non esse in dicta transactione actū de remissione iurium ipsius hæreditatis, & hæredum alias illa conuentio frustatoria fuisset, vt de se patet.

Sexto, quia in octauo capite dictę transactionis fuit expresè conuentum, quod per ipsam transactionem non fieret præiudicium transactioni initæ inter D. Virginiam, & D. Comitissam Deliā, at in illa reseruata erant iura quorumcunq; vocatorum ad ipsam hæreditatem, vt supra etiam relatum est, ergo cum hæc simul esse non possint, merito concludendum est in ipsa transactione non comprehendi iura ipsorum hæredum. Preterea superflua fuisset dicta protestatio, nam si remittebantur omnia iura hęredum in secūda transactione, ad quid protestatio illa circa primam transactionem?

Nec releuat, quod in eodemmet capite 8. præf. D. Marchio Io. Hieronymus etiam vti pater, & legitimus administrator ipsorum hæredum promisserit se non permissurum, quod ipse hæredes inferant aliquam molestiam ipsi D. Virginię.

62 Quia dicta promissio restricta est ad contenta in dicto instrumento transactionis ibi occasione contentorum in ipso instrumento &c. & proinde cum præsens iudicium non fit de contentis in dicto instrumento, nec occasione illorum, vt de se patet, merito dicta promissio non impedit, quin dict. hęredes agere possint eo modo, quo faciunt Surd. consil. 418. nu. 20. vers. pactum autem lib. 3.

Accedat quod dicta transactio videtur restricta ad solam molestiam illatam per D. Marchiones super relaxatione redditum illorum aureorum duorum mille, vt in primo, secundo, quarto, quinto, & sexto capitulis ipsius transactionis.

Insuper quod pretium dictæ transactionis modicum videtur respectu iurium dictarum heredū, vt iam dictis patet, vnde credendum non est dicta iura fuisse in dicta transactione comprehensa, tāto magis cum solum illud fuerit receptum, & stipulatum solo nomine ipsorum DD. Marchionum, & nihil ad commodum, & vtilitatem ipsarū DD. Sororum, vt propterea totalis læsio resultaret, & re ipsa transactio illa concideret si contineret dicta iura.

63 Minus facienda est vis super clausulis, & verbis

L 3 gene-

generalibus appositis in vltimo capite dictę transactionis continentibus mutuam liberationem ipsorum transigentium, Ludouis. dicta decis. 158. latè Surd. cons. 418. lib. 4. præsertim militantib. rationib. prędictis, & maxime quia dicta liberatio non fit nomine ipsorum hæredum, sed simpliciter dicitur, dictæ partes quod non verificatur in dictis hęredibus, quę tunc nullam litem mouerant contra D. Virginiam, nec de iuribus actum erat, sicq; intelligitur de solis DD. Marchionib. & de D. Virginia, qui soli tunc transigebant, & eorum nomina sola in principio transactionis expressa erant. Clausula autem illa, modis vtsupra non potest importare, vt dicta liberatio facta fuerit à D. March. Hieronymo etiam nomine ipsarum hęredum, cum aliud sit fieri nomine alicuius, aliud modo aliquo, cum de se pater, nec sub vno alterū continetur, vnde videmus, quod solet vtrumq; exprimi, & dici nomine, & modo &c. Sicut ergo expressè non continentur dictę hęredes, ita nec tacitè sub dictis verbis generalibus, quę restringuntur ad conuenta in trausactione, nec extendi possunt ad iura aliorum non transigentium, quales erant dictę DD. hęredes. ad tex. in l. Imperatores ff. de transact. & in l. pri. C. eodem. Rot. Roman. in nouiss. penes Farinac. decis. 276. nu. 6. p. 2.

64

Prędicta multo facilius procedunt, stante acceptatione legati habitationis domus, seu partis illius facti per D. Leonardum ipsi D. Virginiæ, vt eius testamento, de qua acceptatione constat instrumento registrato in dicta prima transactione. Quippe qui agnoscere debet etiam D. Virginia onus eidem iniunctum per testatorem in alio legato aureorum duorum mille de redditu, vt in eo, & in dote eiusdem compensarentur omnia per ipsam Virginiam habita ex bonis suis, & acquisitiones per eam factę tàm Romę, quàm Mediolani, ità, vt in totum haberet dotem, & dictum redditum, ad tex. in l. sed duob. vers. Sed si vnum, & ibi Castr. & alij ff. de legat. 2. nec dubitandum quin sub illo verbo habitis, veniunt etiam omnia parata causa ipsius Virginię. Alc. cons. 241. iunctis traditis per Rebuf. in l. 143. id apud Se. col. 3. vers. & sic verbum habere cum seqq. ff. de verb. signific. vbi multis legib. probat. verbum habere, etiam ex propria, & vera sui significatione dici de his, quę quis tantum detinet, vel etiam custodit.

65

Et ex his &c.

Suplicat &c.

L. D. B. q; V. M.

Petrus Petracinus I.C.

Pro DD. Marchion. Marinis.

Adsit virtus Spiritus Sancti.

Transactio inita inter q. Comitissam Deliā Spinolam Anguissolam, & D. Virginiam Spinolam anno 1608. die 16. Septembris expressè continet reseruationem iurium hæredum q. Leonardi Spinolæ mariti dictæ D. Virginiæ; Adeo quod, hæsitari non potest, quin ea transactione non obstante, Comitissa Aloysia, & D. Liuia sorores de Marinis hæredes dicti q. Leonardi, agere valeant contra ipsam D. Virginiam, quæ bona hæreditaria vsurpanit, tùm sub titulo dictæ transactionis, tùm aliter; Hoc autem admisso plures articuli excutiendi sunt in hac causa contra ipsam D. Virginiam intētata, tàm ratione iurium dictarum hæredum, quā ratione iurium DD. March. fratrum Marinorum.

Primus igitur articulus (vt processus ordinem sequamur) in eo consistit. An contractus dotalis dictæ D. Virginiæ celebratus in præsenti Ciuitate Mediolani sub expressa dispositione statutorū Genuæ, validus, & legitimus sit etiam in præiuditium ipsius D. Virginiæ, tunc absentis, sed Notario, & alijs stippullantibus, & consequenter prætendere non potuerit D. Virginia ex causa patata, & lucra dotalia ex dispositione statuti Genuæ prohibita, & debita tantum per dispositionem statuti huius Ciuitatis.

Secundus, an acquisitiones factæ per D. Virginiam constante matrimonio, tum in hac Ciuitate, tùm Romę, tùm alibi pertineant ad dictos hęredes iuxta dispositionem iuris communis, ac stat. Mediolani cap. 269.

Tertius, vtrum interesse dotis constitutum in calculo inserto in dicta transactione deberetur D. Virginiæ à die obitus viri, non obstante, quod penes se retineret tot bona, & effectus quantum capiebat summa integra dotis, & vltra, & consequēter, an mora aliqua contracta esset ex interpellatione legali in dicta dotis restitutione.

Quartus, an promissio facta per D. March. Hieronymum in transactione inita cum D. Virginia anno 1614. die 24. Iulij sit talis potentiæ, vt impediat eius filias hæredes ad agendum cōtra D. Virginiā pro dictis iuribus hæreditatis, maxime cum ad eam promissionem deuenerit D. Marchio, & vti pater, & legitimus administrator dictarum hęredum q. Leonardi stante præsertim iuramento de quo in ipsa transactione.

Quinto, an dicantur dictæ DD. sorores hæredes impugnare dictam transactionem initam inter dictam D. Virginiam, & Comitissam Deliam, petendo restitutionem pecuniarum per errorem admissarum in dicta transactione, & consequenter dato (non tamen concesso) quod transactionem impugnarent, possint super contentis in ea fundare eorum intentionem in hoc iuditio.

Sexto, partellas admissas in calculo inserto in recitata transactione, possit nūc in dubium reuocare D. Virginia, attenta petitione dictarum DD. sororum hæredum, quæ transactionem ipsam impugnare videntur.

Septimo, vtrum non constito de tempore, quo fuerunt exactæ pecuniæ diuersæ per D. Virginiā, contra ipsam militet præsumptio, quod eas exegerit statim sequuta morte dicti q. Leonardi; Itemq; censendum sit de pretio vestium venditarum per eandem D. Virginiam.

Octauo

Octauo, an obtinentibus dictis DD. hæredibus portionibus petitis aduersus ipsam D. Virginiam, & consequenter pretio domus, siue Pallacij relaxato in manibus DD. Marchionum videlicet pro summa lib. 24913. ss 9. d. 5 Teneatur D. Virginia ad consimilem summã versus ipsos DD. Marchiones pro obseruatione nouissimæ transactionis inter ipsos initæ.

Deueniendo ad primum articulum intrepide concludendum est validum esse contractum dotalem in præsenti Ciuitate celebratum, iuxta dispositionem statutorum Genuæ; Namq; cum tàm dicta D. Virginia, quàm ipse D. Leonardus eius vir ef-
66 sent originarij Genuenses, vt notorium est; Secundum statuta originis etiam in præsenti Ciuitate contrahere potuerunt; Immo contraxisse dicuntur, si nihil in nuptialibus tabulis actum fuit Menoch. conf. 672. num. 2. Thesaur. decis. 106. num. 4. & post alios Giurba ad stat. Mess. cap. 1. glo. 7. nu.
67 60. par. 1., Communnis enim & recepta DD. sententia est forenses, nec gaudere, nec ligari dispositione statuti, vt post alios probat Galia ad consuetudinem Alex. in præfat. 8. num. 36., qui sequenti numero probat conclusionem istam procedere etiã
68 si forensis haberet bona in loco in quo viget statutum prohibens, vel fauens.

Idem probat Alder. Mascard. ad Genes. stat. interpretat. concl. 6. præsertim num. 8. & 11. Prout in puncto statuti cuius beneffitium inanitet inuocat D. Virginia etiamsi matrimonium ibi contraxerit probat Carpanus ad stat. 454. nu. 1. lib. 1. qui
68 nu. 5. tradit, quod sicut statutum comprætendit mulierem forensem nuptam Mediolani, ita excludit Mediolanensem nuptam forensi, idem scribit Peregrin. decis. 56. nu. 3. & seq. & decis. 104. num. 9. vbi probat statuta, nec nocere, nec prodesse forensibus; Subditus enim legi municipali, vbiq; est sub-
69 ditus ipsi legi l. ea ff. de postul. Io. Baptista Sancta Seuerina in repet. l. cunctos populos nu. 109. cum seq. C. de summa trini. & fide Catol., Cum itaq; dicti Iugales subditi essent statuto Genuensi ori-
70 ginario; Sequitur dicendum eidem statuto subiacere etiam respectu contractus in præsenti Ciuitate celebrati, etiam si de statuto ipso nihil fuisset dictum; Quanto magis ergo si expresse contractum est secundum dicti statuti Genuensis dispositionem idem Sancta Seuer. loco relato num. 101., vbi proponit casum de duobus Senensibus, qui contraxerunt in Ciuitate Florentiæ, quos propterea secundum statuta Senarum contraxisse concludit.

Et eo libentius hoc admittendum venit in casu præsenti; attento quod mulier nupta extra territo-
71 rium, propriam non perdit originem, sed secum eam retinet Crau. conf. 271. nu. 3. vers. non obstat
72 modo præter quam in his, quę retrahunt eam à seruitio viri, in quibus mariti domicilium assumit vt per l. assumptio ff. ad municip. probat Franch. decis. 416. nu. 4. & decis. 546. nu. 30.

Quod autem etiamsi quondam Leonardus non fuisset originar. Genuensis potuerit valide pacisci
73 in tabulis nuptialibus, vt staretur statuto Genuæ, quamuis instrumentum ipsum fuerit in præsenti Ciuitate celebratum expresse probat Alder. in tr. stat. in 2. part. quęst. 5. in fine, vbi scribit stante statuto Murinę, quod mortua vxore in matrimonio perdat vir totam dotem, & Regij sit statutum quod perdat tantum dimidiam, si mutinensis contraxerit matrimonium, cum Regiensi, & cõtractus dotis celebratus fuerit Mutinæ, in quo conuenit maritus restituere dotem Regij; licet videatur standum esse statuto Mutinę loci originis mariti;
74 & loci contractus; tamen seruãdum esse statutum Regij, concludit Author ipse; fortius ergo quando expresse conuenit, vt seruaretur statutum Regij; Idem probat in puncto statuti Mediolani Dec. conf. 283. nu. 7.

Et sic quia maritus ante matrimonium contr. effectus erat Ciuis Mediolanensis ex priuilegio, vxoremque Mediolani duxerat nulla facta conuentione expressa, sub quibus statutis pacta dotalia deberent regulari Mediolaniq; semper habitauerat,
75 concludit nu. 8. & 9. dictum maritum gaudere beneffitio statuti Mediolani, id quod affirmare videtur etiam in conf. 402. sub num. 1. & 6. cum seq., Cum contractus ex conuentione partium legem accipiant l. contractus ff. de reg. iur. licet sub d. n.
76 6. probare conatur posse maritum in eo casu reuocare promissionem tanquam erroneam, conditione indebiti.

Eandẽ opinionẽ in indiuiduo sequitur Roland. de lucro dotis quęst. 19. num. 8. cum seq. post Bal. conf. 31. sub nu. 1. lib. 3. Purpur. in l. conctos populos sub n. 129. C. de Sum. Trin. & fide Cath. Peregr. conf. 6. nu. 15. lib. 5. Nec mirum esse ait Paris. conf. 53. n. 92. quod in vna Ciuitate habitent Ciues aliarum Ciuitatum, qui differant moribus, & diuersis viuant constitutionibus, iuxta tex. in cap. quoniam de off. ordin., & in cap. in aliquibus de decimis.

Quę cõuentio eo magis tutior redditur, eo quia statuta Genuę non tantum fauent viro, dum disponunt, quod vestes, & alia parata restituantur hęredibus viri, Verum etiam (vt audio) multo magis fauent mulieribus; Dum ipsis decedentibus absq; liberis, dotes nihilominus, restitui debent illius hæredibus, conferunt quæ tradit Alex. conf. 133. sub nu. 15. vers. sed quando lib. 2. Purpur. in alleg. l. cunctos populos sub nu. 123. vers. Tertio etiamsi; Maritus etiam & vxor ad paria iudicantur, & sta-
77 tutum in vno intelligitur de alio vt in simili per l. fin. C. de indic. viduit. toll. probat Peregr. decis. 18. sub nu. 12.

Neq, obstare potest, quod dictus quon. Leonardus haberet domicilium in præsenti Ciuitate, &
78 consequenter secundum illius statuta videatur contractum matrimonium, vt multi voluerunt, inter quos Alex. conf. 100. n. 12. lib. 3. quem sequitur Carpan. ad stat. 298. nu. 192.

Quia id fortassis procedere posset, vbi nihil
79 dictum, vel conuentum fuisset inter maritum, & vxorem; Secus autem quando expresse fuit conuentum vt staretur statutis Genuæ, & sic renunciatum videtur statuto Mediolani, cui in materia lucri

cti dotalis respicientis tàm maritum, quàm vxo-
rem renuntiari posse tàm expressè, quàm tacitè
satis superq; probat Carp. ad d. stat. 298. à n. 122.
vsq; ad num. 212. per Authoritates, & rationes ibi
allegatas, Pett. Pechius de testam. coniugum lib. 1.
cap. 32. sub nu. 1. & sub nu. 5. Giurba ad stat. Mes-
sanæ cap. 1. glos. 8. nu. 21. ac nu. 29. Men. conf. 496.
nu. 61. egregiè Thesaur. quæst. fam. 91. lib. 2.

Maximè cum pactum prædictum adiectum sit
in contractu dotali in quo bona fides plurimum
82 exuberat l. iure sucursum ff. de iure dotium, Non
enim contraxisset matrimonium quon. I eonar-
dus, nisi pactum ipsum fuisset in contractu appo-
situ, Idcirco lex contractus seruãda est, vt in simili
probat Peregr. all. decis. 18. nu. 13. Anneus Robert.
lib. 4. rerum iudicat. cap. 1. Giurba ad stat. Messa.
cap. 1. glos. 8 nu. 25. in fine.

Minus releuat quod ipsa D. Virginia non fuit
præsens dicto contractui, & conuentioni ad for-
mam statutorum Genuæ vt supra probatum fuit,
tum quia cum ambo essent origine Genuen-
ses statuto Genuæ vinculati erant in ipso contra-
ctu matrimoniali, etiam si nihil expressè fuisset
conuentum, & contractus celebratus fuisset in
præsenti Ciuitate; Tum quia cum D. Virginia ad
recuperationem dotis, se fundet in instrumento
ipso dotali; certum est stipulationem, & obliga-
tionem in eo instrumento cõtentam, & per notar.
eius nomine acceptatam de qua Marta voto 135.
83 nu. 4. accipere siue illis vti debere D. Virginiam
84 cum omnibus qualitatibus; cum indiuidua di-
catur eo in casu stipulatio ipsa iuxta l. stipulatio-
nes non diuiduntur ff. de verb. oblig. vt loquendo
de instrumento respondet Polidor. Ripa de indi-
uid. sectione 6. nu. 4 cum seq. & in materia testa-
menti probat Menoch. conf. 195. num. 89. & conf.
1137. nu. 77 post Albam conf. 17. nu. 1. & seq. & de
instrumento emptionis Surd. conf. 104. in fine vers.
in proposito enim casu, idem Surd. decis. 144. nu.
10. Caualcan. decis. 22. nu. 86. part. 2. Becc. conf. 55.
num. 7.

85 Quia agi dicitur de vnico facto cũ suis annexis
qualitatibus iuxta Bal. conf. 79. num. 2. lib. 2. Rom.
conf. 353. n. 11. & Boer decis. 243. nu. 3; Sicuti enim
mulieri absenti acquiritur ius in dote ex speciali
86 beneficio legislatorum etiam si contractus sit in-
ter alios celebratus l. p § aedil. C. de rei vxor act.
l. fin. C de iure dotiũ latissimè Gratian. lib. 4. cap.
729. num 9. ita pactis in dotali instrumento con-
tentis aquiescere debet.

Secundi articuli decisio facilime ellicitur ex
text. in l. quintus ff de donat inter virum, & vxorẽ
per quem scrib. omnes concludunt, quod ad eui-
tandam præsumptionem turpis quæstus, quidquid
87 acquirit vxor constante matrimonio præsumitur
acquirere ex pecunijs, & bonis viri, vt post infra-
scriptos alios probat Surd. conf. 196. nu. 61. & conf.
290. nu. 39. Gamma decis. 236. nu. 2. Ioseph Ludo-
uis. decis. Perus. 22. num. 19. & decis. 28 per totam
Marisc. lib. 2. var. resol. cap. 82. nu. 1. & 2. Carpan. ad
statutum 269. nu. 16. lib. 1. cum innumeris alijs qui
omittuntur breuitatis gratia, Id quod etiam dis-
ponit stat. 269. lib. 1.

88 Neq; releuat quod ipsa D. Virginia acquisiuit
ex bonis aliunde sibi peruentis iuxta glos. in cap.
manifesta vers. probantur 12. q. 1. Bello conf. 17.
nu. 12. quia de hoc non constat pleneq; illud pro-
bare debet D. Virginia, & quatenus probaret sibi
legatum fuisse aliquam pecuniarum summam ab
eius quon. matre; modicissimi momenti esset hu-
iusmodi legatum nõ excedens lib. sex mille sexcẽ-
tum, vt ipsamet explicar habita ratione ad ingen-
tes aquisitiones per eam factas, & consequenter
omni in casu nisi ad raram ipsius pecuniæ extra
dotem habitæ (vbi id plene probaret quod nõ cre-
ditur) aquisitiones facere potuisset conferunt quę
tradit Costa de port. ratæ qu. 21. nu. 9.

Quo ad tertium articulum certum est interesse
tantum deberi etiam pro retardata restitutione
89 dotis, nisi ratione morę, in quam incidit debitor,
quia cessante mora debitoris, cessat omne interes-
se l. 2. §. nauis ff. ad l. Rhodiam de iact., & l. lecta,
vbi scribit ff. si cert. pet. Rim. Iun. conf. 52. nu. 54. &
conf. 218. nu. 105. Cephal. conf. 56. nu. 50. & conf.
398. nu. 14 lib. 3.

Verumtamen hoc in casu ante trãsactionem ini-
tam, contra dictam D. Comit. Deliam, & D. Vir-
giniam considerari non poterat aliqua mora in re-
stituenda dote; Cum nunquam eam petierit D.
Virginiã, nec heredes, siue ipsam Comitissam De-
liam interpellauit ad restituendam dotem, Ergo
erroneum, & indebitum fuit interesse cõstitutum,
& relaxatum in dicta trãsactione ipsi D. Virginię,
ratione dictę dotis sibi non restitutę.

Hanc sententiam in materia dotis post infrascri-
ptos alios egregiè, & latissimè cõprobat Honded.
pleno conf. 56. lib. 2. à num. 8. vsq; ad finem, eamq;
inter alias adducit rationem num. 20. in fine, quia
promissio facta à marito de dote restituenda in
casu &c. facta dicitur in diem incertam, cum dies
incerta adiecta promissioni de restituenda dote,
reddat dispositionem conditionalem l. quibus
duobus § quidam Titio, & l. dies incertus ff. de
90 condit. & demonstr., Euentus conditionis resti-
tuendi dotem ob mortem viri, non constituit hę-
redes in mora absq; interpellatione Bart. in l. quo-
ties in diem ff. de verb. oblig.

Eandem opinionem sequitur Fran. decis. 46. n. 2.
vbi per Sacrum Consilium ipso referente fuisse, ita
decisum testatur, non deberi scilicet interesse do-
tis, nisi à die petitionis, non obstante etiam con-
suetudine Neap. qua disponitur, quod statim dos
reuertatur &c. quia nu. 7. declarat hoc debere in-
telligi, si is ad quem reuertere debet dos, illam pe-
tijt, post Tiraquell. in l. si vnquam verbo reuertatur
nu. 10. de reuoc. donationibus, Prout ex professo
sententiã ipsam deffendit contra mulierẽ Gratian.
lib. 2. discept. forens. cap. 244. per totum, ibiq; nu. 1.
& seq. probat non posse mulierem, ob sibi non re-
stitutam dotem, recipere aliquod interesse, sine la-
be vsurarum; prout idem affirmat lib. 1. cap 12. à n.
29. vbi id procedere tradit etiam si adesset statutũ
quod

quod viduę prętari debeant vsurę dotis, quia il-
91 lud intelligitur, quando non distulit mulier dotis
exactionem idem scribit Marescot. lib. 2. var. resol.
cap. 83. num. 46. & 48. vbi interesse tantum deberi
92 mulieri viduæ concludit ob sibi non restitutā do-
tem, quando post adhibitam diligentiam, eam cō-
sequi non potuit transacto anno luctus, prout ean-
dem sententiam comprobat Gabr. cons. 143. nu. 1.
lib. 1. Pereg. decis. 121. num. 10. cum seq. Menoch.
cons. 293. nu. 9. & cons. 883. nu. 21. In puncto D. Bi-
mius cons. 245. nu. 50. cum seq. pluribus lib. 3. Ren-
diu. recept. senten. lib. 1. tit. de dotibus, & iuribus
dotalibus nu. 7. Borgon. decis. 8. n. 33. part. 3. Surd.
de Alim. tit. 1. qu. 41. nu. 4. & 51. ac qu. 44. nu. 71. &
93 qu. 45. num. 1. cum plur. seq., Vbi expresse probat
interesse dotis non deberi cessante mora; Copiose
Giurba ad statuta messanæ cap. 15. glo. 15. part. 1.
nu. 23. fol. 799. qui infinitos in hanc sententiam re-
94 fert, plusq; affirmat teneri mulierem in sortem
computare, si quid recepit ab hæredibus per Albā
cons. 699. nu. 3. Ceph. cons. 133. num. 130. Schol. ad
decis. Farin. num. 85. Rebell. de oblig. inst. part. 2.
lib. 6. qu. 11. nu. 12.

Prout neq; etiam ab ea dissentit Thesaur. decis.
43. qui licet contrarium tenere videatur contra
communem Doct. opinionem, vt ipsemet fatetur
nu. 2. & 4. in fi. Eo saltem casu quando mulier non
habet vnde viuat, vt subijcit nu. 3. & damnata sit
ab alijs eius opinio, præsertim à Gratiano recit.
cap. 244. nu. 4.

Tamen intelligi potest illius sententia, vbi secu-
ta sit interpellatio, cū ibi nec includat, nec exclu-
dat huiusmodi qualitatem; lapso enim anno, cum
95 mulier possit petere dotes; Sibi imputandum est si
non petijt, quasi habens facultatem repetendi sor-
tem non agat, ad interesse futuri temporis l. 1. C.
de sentent. quæ sine certa quantitate Gratian. all.
cap. 244. nu. 7.

Et eo magis procedere debet hoc in casu recita-
ta opinio, attento quod D. Virginia tot bona pe-
nes se retinebat, quorum valor excedebat dotem
ipsam; Adeo quod incongruum valde fuit retinuis-
se penes se dotem, siue illius valorem, & conse-
qutam fuisse illius interesse, quia recepta sorte, nō
posset interesse peti Bal. in l. 4. C. depositi Paris.
cons. 5. nu. 203. lib. 4. Surd. de Alim. tit. 1. qu. 43. nu.
12. vers. hanc partem si teneas Gratian. recit. cap.
244. nu. 34.

96 Quinimo quod quando mulier habet penes se
multa bona mobilia magni valoris, non possit cō-
sequi alimenta, nec interesse dotis non repetitæ
probat expresse Surd. de Alim. d. tit. 1. qu. 44. num.
43. quicquid in contrarium procedat, quādo bona
mobilia tantum tenui valoris, quę fructus non so-
lent reddere, haberet mulier, vt ex Bal. in cons. 30.
vol. 2. docet Surd. loco relato nu. 41., Pro hac con-
clusione faciunt quę scribit Marisc. d. lib. 2. var. re-
sol. cap. 83. n. 20. cum plur. seq., vbi cōcludit, quod
maritus qui accipit in dotem nomen debitoris, nō
97 potest habere alimenta, dum agit ad dotem, quia
sibi imputandum est, qui nomen debitoris accepit
in dotē, id quod applicari potest D. Virginię, quę
dotis restitutionem non petijt, & eius loco tot bo-
na pęnes se retinuit.

Quo ad quartum articulum si recte perpendan-
tur verba promissionis D. Marchionis Hieronymi
eiusdemq; promissionis substātia; luce meridiana
clarius apparebit, promissionem ipsam restrictam
esse ad casum tantum, quo DD. eius filię hæredes
qu. Leonardi vigore conuentionis de qua in ipso
instrumento molestare vellent D. Virginiam, Non
autem ob alia iura sibi extra dictam cōuentionem
competentia; Quandoquidem primo conuenerunt
dictus D. March. Hieronymus, & D. Virginia, vt
per contenta in ipso instrumento, non intelligatur
pręiudicatum, vel derogatum conuentionibus, &
transactionibus initis inter ipsam D. Virginiam,
& dictam Comitissam Deliam, Secūdo dum dictus
D. Marchio etiam vti pater, & legitimus admini-
strator DD. Comitissę Aloysię, & Liuię eius filiarū
hęredum dicti qu. Leonardi, promisit, quod non
permittet per dictas sorores eius filias inferri mo-
lestiam ipsi D. Virginię occasione contentorum in
pręsenti instrumento &c. sunt hęc pręcisa verba
dicti instrumenti.

Constat itaq; voluntatem partium fuisse, ne di-
ctę sorores occasione contentorum in ipsa vltima
transactione molestare possent D. Virginiam, non
autem, quod earum iura aliunde sibi competentia
exercere non valerent; Idcirco promissio ipsa non
98 potest aliquo pacto ampliari, cum verba etiam
vniuersalia prolata, respectu certæ causę finalis,
restringi debeant ad ipsam specialem causam, vt
probat Bal. in l. iubemus nu. 1. in 1. notabili C. ad
Vell. Dec. cons. 379. col. 2. in fin. & cons. 551. nu. 9.
Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 292. nu. 1.

99 Quinimo sicuti vbi constat creditorem renun-
tiasse tantum, respectu certæ personę, vel causę, tūc
standum est textu l. si creditor §. fin. ff. qui pot. in
pignor. habentur Gratian. d. cap. 292. num. 10. Ita
cōcludendum est in hoc casu in quo liquet promi-
sisse tantum D. March. eius filias molestiam non
esse illaturas D. Virginiæ occasione contentorum
in dicto instrumento, & consequenter non posse
promissionem ipsam D. March. extendi ad iura
aliunde competentia dictis DD. sororibus hęre-
dibus. Prout sunt iura in hoc iuditio per dictas
DD. sorores deducta, quæ desumuntur ex veris, &
certis erroribus contentis in prima transactione,
in qua eorum ius expresse fuerat reseruatū; Actus
100 etiam non debet operari vltra intentionem agē-
tium l. non omnis ff. de reb. cred. Reboff. in l. la-
beo 19. vers. siue actus ff. de verb. signif. fol. 120.

Neq; releuat aliud capitulum dictę conuentio-
nis, quod primum subsequitur continens amplis-
simam, & reciprocam liberationem; Quia ea libe-
ratio respicit tantum personas contrahentium, nō
autem dictarū DD. hęredum, de quibus nec aliqua
fit mentio in ipsa cōuentionali liberatione, neque
quidquam ꝓ eis promisit in ea Dominus March.
Hieronymus.

Ex deductis autem supra in tribus prioribus
arti-

articulis sublata videtur omnis hæsitatio circa 5. articulum; Tum quia cum ius dictarum DD. hære-
101 dum fuerit expresse reseruatum in dicta prima transactione dici non potest se contra eam nunc venire Scrib. in cap. 1. §. præterea quibus modis feud. amit. Rol. conf. 2. num. 35. lib. 1. Menoch. consi. 87. nu. 71. & cons. 204. nu. 28.

Tum quia proprie non dicuntur ipsæ DD. sorores hæredes venire aduersus ipsam transactionem sed tantum agere ad tollendos manifestos errores in ea contentos de quibus supra in dictis tribus prioribus articulis, qui errores semper & quocun-
102 que tempore tolli possunt, cum errantis nullus sit consensus vul. l. error C. de iur. & facti ignorant. Surd. cons. 28. num. 122. Paris. cons. 150. num. 22. lib. 2., diciturq; error probatus, vbicumq; ap-
103 paret rem aliter se habere Bar. in l. cum fateatur ff. de confess. Crau. cons. 157. nu. 7. & cons. 188. nu. 9. qui error potest etiam allegari in facto proprio
104 nedùm in actu per alios gesto vt probat Crau. allegato cons. 157. nu. 8 & cons. 188. num. 10. Farin. quæst. 81. nu. 343. cum seq.

Tum quia quatenus etiam dici posset ipsas DD. hæredes impugnare memoratam transactionem respectu errorum in ea contentorum non propterea, prohibitum sibi esset pro fundamento eorum intentionis deducere parcellas per D. Virginiam admissas in ipsa transactione, quandoquidem Doctores, qui tradiderunt, quod ex actu quem quis impugnat, commodum consequi non potest;
105 Intelliguntur quando quis commodum sentire, vellet ex dispositione eiusdem actus impugnanti;
106 Vt pote, si quis diceret testamentum nullum; mox legatum sui fauore in eo contentum consequi vellet, quia tunc repellendus esset vt declarat Menoch. cons. 395. nu. 89. & cons. 1137. num. 77. Alba cons. 17. nu. 1.

Secus vero circa alia contenta, & confessata in actu impugnato, quæ subsistere possunt, non obstante impugnatione facta cum aduersus ea non fiat vis, quia tanquã diuersa à dispositione actus, qui impugnatur, subsistunt Menoch. rellato cons. 1137. nu. 77. cum seq. Vt in specie quod impugnans instrumẽtum emphiteusis, vel locationis tamquã nullum possit eo iuuari, circa bonorum identitatem in eo contentam probat D. Marius Anton. var. resol. lib. 1. resol. 36. n. 6. & Gallia cons. 99. nu. 5. post Ossascum decis. 101. nu. 40. Quia non agitur ibi de destruenda transactione sibi præiudiciali ad quã non deuenerunt, & quam nec obseruare tenentur; sed de tollendis erroribus in ea commissis.

Præterquod vt distinguit Viuius decis. 370. in fi. impugnans instrumentum, vel quodlibet aliud ius alienum, sibi nullatenus præiudicare videtur vbicunq; quis impugnat lege suadente, ac permittente, secus verò, quando contra legem, atq; indebitè impugnaret, scrib. in cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescrip. Cagnol. in auth. ex causa num. 17. C. de liber. preter. Quinimo, quod etiam huiusmodi cõ-
107 fessio in actu impugnato contenta, valeat, & faciat ius inter partes etiam si facta sit in contractu nullo probat Milanes. decis. 16. nu. 3. lib. 2.

Rursus quia transactio ipsa continet plura ca-
108 pitula separata possunt dictæ DD. hæredes pro parte capitula approbare, & pro parte impugnare adeo quod locum non habebit regula cap. ex ea de reg. iur. in sexto ita concludit Bart. in l. quidam §. numularios ff. de edendo, & in l. Aurelius §. idem quæsiuit ff. de libert. legata Buir. cons. 66. Purpur. in l. Admonendi vbi Ripa nu. 125. ff. de iure iurando Rim. iun. cons. 48. nu. 46. cum seq.

Quoad sextum articulum quidquid controuer-
109 tant DD. de potestate reuocandi confessionem nec ne, omnes concludunt reuocationem ipsam fieri non posse re non integra, idest postquam à parte fuit acceptata, vt hoc in casu, in quo DD. hæredes acceptarunt confessionem D. Virginiæ circa res hæreditarias ad ipsam peruentas in dicto instrumento transactionis emanatam, Adeo quod vlterius locus non est reuocationi, vt cumulatissime post multos alios ibi relatos probat Costa de re integra distinct. 41. num. 6. cum seq. idem ante eum probauit Ang. cons. 137. nu. 3. dum dicit, quod quando quis approbauit aliquod instrumẽtum tamquam verum, vigore illius approbationis omnes quorum interest poterunt agere contra approbantem, licet non fuerint præsentes tempore approbationis, id quod repetit in §. si verò expressio nu. 45. vers. & hoc patet in Auth. de hæred. & falcid. nec à sententia Costæ dissentit Pacian. cons. 79. nu. 43. & 47. ac Franch. decis. 694. nu. 3. & 4. vbi loquitur de confessione facta in instrumento quæ præiudicat confitenti, quoad omnes, quãdo confessio fit de eo, quod esse potest.

In hoc autem casu iam DD. hæredes acceptarũt confessionem ipsam cum super ea se fundent in libello; E contra vero D. Virginia eam reuocare neq; adhuc tentauit, Itaq; locus vlterius non relinquitur ipsi reuocationi, Cui etiam locus non fuisset attenta stipulatione notarij acceptantis ipsam confessionem in eodem instrumento transactionis nomine quorum interest &c.

Si verò distinctionem quam facit Costa memorata dist. 41. in fin. sequi velimus; dum inquit, aut
110 confessio tendit ad obligandum, & tunc non nocet confitenti in tertij fauorem; Aut ad probandum, & confirmandum, & tunc confitenti nocere statuit Curt. Iun. cons. 168. num. 10. Felin. in cap. 1. num. 18. Vt lite non constet, & Papon. cons. 52. col. 1. Ad huc in tuto res est, cum confessio ipsa D. Virginia, qua nititur DD. hæredes, concernit probationem, & confirmationem rerum ad ipsam peruentarum.

Quanquam alia etiam ratione eam reuocare nõ posset D. Virginia; Obstante scilicet iuramento de quo in ipso instrumẽto quod iuramẽtũ omnino
115 seruari debere, vbi potest, absq; interritu salutis æterne, habetur in cap. quendam, & cap. si vero de iure iurando Menoch. cons. 292. nu. 10. iusiurandũ enim dicitur delatum ad Deum, qui præsens est, & pro absente recipit, licet nec notarius, nec alius pro illo recepisset; Seraphin. de priuil. iur., priuil. 24.

34.nu.2. Rol.conf.30.nu.29. cum feq.lib.4. Gratian.lib.2.difcept.forenf.cap.297. nu.22. Marif. in materia tranfactionis cap.8. num.2.lib.2.var. refol.Nifi manifefte eam confefsionem erroneā
112 effe probaret D. Virginia; vt cumulatè probat Mafcardus de probat,concluf.379.per totū, & Marif d.cap.84.nu.3.

Deueniendo ad feptimum articulum; Cum D. Virginia penes fe haberet veftes,& alia mobilia vendita; Certum eft in iure, quod ftatim defuncto quon.Leonardo illius viro cenfetur,&
113 mobilia vendidiffe,& fibi fatisfeciffe iuxta l. filius familias §.diui ff.de leg.1. Quia ficut vendendo bona ad huiufmodi effectum habuiffet prætium illius temporis; Ita etiam retinendo dicta bona pro fuo credito prout lex præfumit retenta fuiffe; dicendum eft fub eadem eftima-
114 tione retinuiffe; Cum talis retentio habeatur pro folutione fui crediti Caftr.in l.peculium in principio ff.de peculio Socin.Iun.conf.170.nu.7. lib.2.Menoch. conf. 183. num. 34. cum feq. Por. Imolenf.conf.99.nu.94. quos fequitur Gratian. lib 2.cap 214.nu.6. & 27. cum feq.

Ifta enim fictio, & imaginatia folutio, quam lex ex fua poteftate inducit non minus valet, quam vera; quafi legis præfumptio fit liquida
115 probatio glof.in l.non impofsibile ff.de pactis Peregr. de fideicom.art. 35 nu.16. & 17.

Et licet Gratian. fupra citatus cum alijs per eum adductis loqui videatur de hærede, qui fingitur ftatim fibi foluiffe, idem etiam procedere affirmandum eft in vidua, quæ bona de-
116 functi penes fe retinuit, cum eadem militet ratio, vt etiam in vidua probat idem Gratian. lib.1.cap.29. nu. 21. cum feq. plur. per l. quoties §. ficut autem ff. de adminiftr. tut. & allegato cap.214. nu. 2. probat Gratian. eam conclufionem procedere etiam in negotiorum geftore,&
117 fimilibus adminiftrantibus curam, & tutellam aliorum, quia ea quæ fiunt in proprio negotio, cenfentur facta in alieno, quod quis adminiftrat Bal.in l.gefsit in fine ff. de acquir. hered. æs enim alienum minuere hæreditatem de tēpore quo debita foluta fuerunt iudicauit Rota decif.680. in principio.

Præfertim quando agitur de mobilibus, vt hoc in cafu; Quemadmodum etiam in executione quę fit ad inftantiam creditorem in bonis
118 debitoris incipiendum eft à mobilibus l.à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudicata; Ita præfumendum eft quod creditor ad cuius manus bona defuncti peruenerunt, fibi foluit eo modo quo ius difponit Bar. in l. fi fundus ff. de rei vend. Gratian.d.cap.214.nu.16.

Idem concludendum eft de parcellis exactis
119 per ipfam D. Virginiam, quia non probato tēpore præcifo exactionis, præfumendum eft exactas fuiffe ftatim fequta morte dicti eius mariti, Tum quia impropriè nomina debitorū veniunt fub nomine mobilium l. fi ita legatum ff. de legat. tertio.

120 Tum etiam quia folutio, fiue exactio præfumitur fecuta ftatim cum potuit fieri, vt probat Gratian.d.lib.2.difcept.forenf.cap.370. num.8. & ab initio dicitur facta,cum debitor fciebat fe poffe cogi Gratian.cap.217. nu.14. Prout folu-
121 tio facta præfumitur ab eo, ad quem foluere fpectabat Calcan.conf 23. fub n.5. quem fequitur Hector. Felic. allegat. 15. nu.102. par 1 Menoch.conf.611.nu.22. Adeo quod vbi D. Virginia contrarium prætenderet id probare teneretur,cum habeat præfumptionem contra fe,dum tempus certum folutionum non annotauit vul. iurib.

Octauus, & vltimus articulus carere dicitur omni difficultate,quandoquidem indubitatum eft,quod cum obligationis afsignatio facta per D. Virginiam verfus DD. Marchiones irreuocabiliter facta dicatur,vbi fumma lib.24913.afsignata fibi euincatur per dictos DD hæredes, tenebitur D. Virginia ad tantundem verfus ipfos DD.Marchiones; cum vicifsim promiffe-
122 rint partes ipfe obferuare, & manutenere cōuenta,ac ipfis promifsionibus, & obligationibus attentis,facta fit amplifsima liberatio per dictos DD.March.tex.eft in l.2.C.de euictionibus latè Menoch. conf. 1211. nu. 17. cum pluribus feq.vbi in fortioribus terminis probat quod
123 datum etiam ex caufa donationis, vel alio titulo, debet manuteneri à dante qui id circo tenetur de euictione, quando ex tali datione aliquod fuit confequtus donans fiue alius Prout in hoc cafu dicta D. Virginia fuit confequta liberationem, & cefsionem iurium à DD. Marchionibus Promiffum enim debet ad vn-
124 guem obferuari,& manutenéri,vt fcribit poft alios Menoch. conf.55.nu.6.& conf.445.nu.18. vbi agit de promifsione facta in tranfactione.

Nec refiftit quod adhuc euictio ipfa non fuit
125 fequta, quia paria funt, quod res fit euicta, vel euictio immineat, & iam iuditium de ea fit captum, vt refpondit Alciat. conf.36.nu.2.lib.2. & Cofta conf.52.n.3. quos fequitur Giurba decif.
126 100. num. 27. Immo emptor expectare, neq; tenetur moleftiam,fed ante moleftiam illatam, & multo magis ante fequutam euictionem agere poteft aduerfus venditionem,fine cefsion, vt late probat Alex. Galua. conf.21. fub n.13. verf: ex præmifsis Cofta de clauf. conuentionali clauf. 7.

Reconuentiones vero per D. Virginiam propofitas quid quam non releuare creditur, & primo circa valorem aurei, Si verum eft in facto, quod tā tempore legati quàm mortis teftatoris aureus Italiæ valebat folum libras fex, quodq; ita fe declarauerit D. Virginia in recitata tranfactione, ac in eius caput defcribi voluerit redditū ipfum in eam rationem lib.fex pro fin-
127 gulo fcuto, Vtriq; declaraffe dicitur valorem ipforum aureorum, iuxta tradita per Caftr. cōf. 363. in 2. dub. lib. 1. Ludouif.decif.502.num.9.
128 quia obferuantia fubfequta, potifsima eft ad decla-

declarationem mentis testatoris legatarij, vt post alios probat Mantica de tacitis, & ambig. conuent.lib.2.tit.1.num.5. Ludouis. loco relato num. 10.

Nec propterea in dubiũ nunc reuocare posse videtur valorem ipsum per D. Virginiam, quidquid in iure habeatur, quod quando in obliga-
129 tione fuit positus aureus in aureo, tunc precisè debetur aureus in auro, siue illius integer valor Berteтта cons.58 Surd.cons.742. nu. 5. & cons.405.nu.32.Thesaur.decis. 174.in fine, vna cum alijs relatis per Costam tr. de claus. conuention.claus.5.idem probat Gaspar Bollet. in cons.impresso post tr. de monetis diuers. sub n. 13. cum plur. seq.fol.610.

Secundo quoad summam red. lib. 3000. per ipsam D. Virginiam relaxatum DD. Marchionibus ex summa legata per dictum D. Leonardum, pro qua prætendit resarciri debere ab ipsis DD. hæredibus; Duplici ratione obaudiendam esse D. Virginiam creditur, quarum altera est, quia vt in replicatione deducitur; legata, & donationes debētur, semper deducto ære alieno, vt notissimi sunt iuris termini; Vnde cum solutis debitis dicti q. Leonardi; Nihil penes ipsas DD. hæredes remanere debeat, ad resaciendum dictum debitum minime teneri DD.hæredes dicendum videtur, tum quia hæ-
130 res quominus potest grauandus est Laderch. cons. 32. num. 4., Eugen. cons. 16. num. 4. quos sequitur Giurba decis. 28. num. 5.

Tum quia hæres non tenetur vltra vires hære-
131 ditarias Bar. in l.cum quis decedens § 1. ff. de leg. 3. vbi apostilla, Giurba ad statuta Messanæ cap. 9.glos.5.nu. 30 part. 1. maxime confessor intentio de qua tamē materia abunde Carpan. ad stat.272.lib. 1. q. i adiri potest.

Altera ratio est, quia cum nec monitæ, nec citatæ fuerint dictæ DD. hæredes in ea causa, pro qua memoratam summam relaxauit D. Virginia mediante transactione inita cũ DD. Marchionib. indubitati iuris est, non potuisse D. Virginiam nocere iuribus dictorum DD. hæredum, quia si voluit, & potuit ipsa iactare
132 suum iuxta l. in re mandanti C. mandanti, hoc præiudicare nequit iuribus tertij, non moniti neq; citati.

Sicuti enim non tenetur venditor de euictio-
133 ne, quando ea sequuta fuit ex laudo laro ab arbitro electo per emptorem l.si dictum §.si compromissero vbi glos. ff. de euictionibus, Pract. Papiensis in forma libelli in causa venditionis verbo promittens nu.9. Rebuff. ad const. regni tit.de dilat.art.5.glos.vnica nu.2.& Gozad. cõs. 63.nu.9.quos in fortioribus terminis seq. Menoch. cons. 161. nu.2. & 3. Ita multo magis non tenebuntur DD. hæredes in hoc casu in quo per transactionem voluntariam partem dicti redditus relaxauit ipsa D. Virginia.

Et ex his constat teneri D. Virginiam ad restitutionem parcellarum petitarum, maxime vero interesse dotis, ac augumenti sue lucri pariter dotalis vna cũ illius interesse, & acquisitionum factarum constante matrimonio vna pariter cum eorum fructibus ex actis, Quod iuris esse censeo, sub correctione &c. Mediolani die 12. Iulij 1624. Ad l. on. Dei atq; Deip. semper Virgine Mariæ.

Iul. Cæsar Caluinus I.C. Coll. Derthon.

Pro D. Virginia Spinula Rea conuenta
Contra
DD.Marchiones Marinos, & Comitissam Aluisiã, & Liuiam sorores hæredes q. D. Leonardi Spinulæ.

INITIVM A DOMINO.

Victoriam canere videntur ante triumphum DD. Marchiones Marini, dum ex personis Comitissę Aluisię & Liuiæ sororum, præsentem controuersiam à somno annorum quindecim nuper excitatam ità intrepidè, festinanter, & tam assidua celeritate expediri contendunt In tantum, vt id nos valdè sollicitos redderet, ni, vel cognosceremus agi de infringendis duabus transactionibus, tum bona fide, tum solemni Senatus auctoritate celebratis, vel non liqueret ream conuentam esse potius in casu repetendi, quod iam soluit, quam metuendi, quod quidquam, ab ea legitimè queat vindicari, vel demum res non ageretur coram tanto ordine coram quo nobis fortasse tam expedit, quam DD. aduersantibus ad articulorum excitatorũ ressolutionem properare, quoniam de sententia Excellentiss. Senat. magis speramus, quam vereamur.

Facilis est autem resolutio primi articuli, in quo quæritur,

An DD. sororibus Marinis venientibus contra transactionem anni 1608. obstet secunda transactio anni 1614.

Re ipsa enim liquet, nedum hanc secundam, sed, & primam, & sic vtramque transactionem obstare.

Obstat siquidem transactio anni 1614. ex multis.

Ac quidem primò cum D. Marchio Hieronymus Pater dictarum sororum, in ipsa transactione anni 1614. facta mentione, ac inserta substantia tenoris alterius transactionis anni 1608. renunciauerit cuicunq; liti, quę verti posset tunc de præsenti, & item in futurum, ex causa suprascriptorum omnium, & causa narratorum, & deductorum in dicta requisitione facta coram Perillust. D. Senat. Madio, & dependentium, & quauis alia causa, & occasione, vt legitur in primo capitulo conuentionis vers. primo conuenerunt, & item deuenerit ad liberationē amplissimam, non est dubium quia eidem ità obstet

obstet hæc ipsa transactio, vt contra primam
nequeat insurgere, Quamobrem sicut nō potest
contendere ex persona propria, ita nec tamquā
pater, & legitimus administrator eius filiarum,
quamuis pro illis expressè non fuisset stipula-
tus, vt in simili respondit Ruin. cons. 47. num. 11.
134 lib. 2. vbi dicit, quod si pater promittat aliquē
non molestare ratione vsusfructus, talis mole-
stia inferri non poterit per filium, tum quia pa-
ter & filius censentur vna, & eadē persona, tum
etiam quia persona filij præsumitur interposita
per patrem in fraudem, Ruinum autem sequutus
est Menoch. cons. 322. nu. 28.

Secundò quia in capitulo 8. transactionis D.
Marchio Hieronymus vlterius promisit vti pa-
ter, & legitimus administrator ipsarum sororū
hæredum vniuersalium quon. Leonardi, quod
non inferret, nec permittet inferri per ipsas so-
rores molestiam occasione cōuentorum in ipsa
transactione, & dependentium; Cæterum con-
uenta inter ipsas partes ita sonant, nimirū, con-
uenerunt, quod dictæ partes tenerentur renun-
tiare, prout renunciarunt cuicunque liti inter
eas vertenti, & pendenti, & quæ etiam verti, &
pendere posset causa, & occasione suprascripto-
rum omnium, & causa narratorum &c. & quauis
alia causa, & occasione; & in capitulo nono ite-
rum ipsæ partes cōuenerunt, se se liberare, prout
liberarunt ab omni, & toto eo, quod contra se
se vicissim, & ad inuicem exigere, & consequi
possent ratione premissorum omnium & singu-
lorum, & dependentium, & alia quauis de cau-
sa, & occasione, etiam incognita. Quæ sanè ver-
135 ba in dictis capitulis conuentionalibus appo-
sita, omninò vniuersalia existimantur, vt per
Crau. consil. 9. nu. 2. lib. 1. Morot. cons. 43. n. 19.
Rimin. Iun. cons. 889. nu. 80. lib. 7. Menoch. cons.
989. num. 9. omnes causas tàm cogitatas, quàm
incogitatas complectuntur. Menoch. cons. 498.
nu. 178. & seq. cons. 1126. nu. 44. Becc. cons. 176.
nu. 7. & seq. lib. 2. & ante eum. Bal. in l. tres fra-
tres, ff. de pact. iterum. Menoch. cons. 561. nu. 30.
Mantic. de tac. & ambig. conu. lib. 3. tit. 2. nu. 11.
& seq. Itaque si D. Marchio promisit ipsas so-
rores non illaturas molestiam occasione con-
uentorum, & conuentum fuit, partes ipsas cen-
seri liberatas cum clausulis amplissimis ex cau-
sa tàm cogitata, quàm incogitata, & per conse-
quens etiam ex causa transactionis anni 1608.
superius plenè narratæ, vtique clarissimum est,
præsentem molestiam ratione dictæ transactio-
nis directò pugnare conuentionibus, & pactis
in postrema transactione expressis, quibus cō-
136 trauenire non licet, cum pater potuerit de bo-
nis aduentitijs filiorum transigere, vt post alios
firmat Iacob. Gall. cons. 84. num. 6. vel in omnē
casum tenetur ex propria promissione, & ex suo
iuramento.

Tertiò, cum inter D. Virginiam, & DD. soro-
res nulla quæstio verteretur, nec verti posset,
quam occasione memoratæ transactionis; Planè
non erat opus, quod ipsæ obtinerent liberatio-
nem à D. Virginia, & vicissim ipsam D. Virgi-
niam liberarent: Cum autem reciproca inter
eas liberatio emanauerit, non quidem ad alium
finem emanasse concludēdum est, quam vt finis
imponeretur omnibus litibus, & quæstionibus,
quæ ex causa memoratæ transactionis oriri po-
tuissent, si enim alium sensum admitteremus,
137 vtique inclusio ipsarum sororum esset super-
flua, quod non est dicendum, vt per Natt. cons.
113. num. 3. Crauet. cons. 135. num. 24. Menoch.
cons. 323. num. 47. Tanto fortius dicendum est
quanto D. Virginia nihil prætendebat, nec præ-
tendere poterat contrà D. Marchiones Mari-
nos, & ideò ipsi non egebant liberatione ab ea,
sed quidem cum ipsis Sororibus hoc agendum
erat contra quas tanquam hæredes Leonardi
illa poterat id prætendere, quod Marchionibus
pro dicta hæreditate præstiterat, & propterea
omninò dicendum est per illam liberationem
amplissimam renunciatum fuisse cuicunque cō-
trouersiæ, quam occasione transactionis anni
1608. mouere potuissent ex persona propria tā
DD. Marchiones Marini, quàm ipsæ sorores hæ-
redes D. Leonardi; Maximè verò quoniam li-
beratio facta est, modis vt supra, nempè tàm ex
persona propria DD. Marchionum, quam no-
mine dictarum sororum, illa enim clausula mo-
dis quibus suprà, tamquam concepta in numero
plurali, non potest salua ratione recti sermonis
138 in singularitatem resolui, ideoque vtrumque
casum potius, nempè duas personas complecti
debet, quam quod recti sermonis ratio vitietur
ad ea, quæ tradunt. Natt. cons. 113. num. 1. cons.
546. nu. 22. & seq. Valasch. consultat. 39. num. 3.
latè Honded. cons. 13. nu. 8. & seq. Apostill. ad
Sanctiss. Ludouis. decis. 158. num. 7. decis. 286.
num. 7.

Alia etiam transactio anni 1608. quæ præ-
textu erroris ab ipsis sororibus heredibus, tam-
quam quod eas non afficiat impugnatur, omni-
no eis obstare debet.

Primo, quia ad eam deuentum fuit cum di-
spensatione Senatus Excellentiss. & interuentu
Perill. recolēdæ memoriæ Senatoris Madrj, qui
tamquam ab eodem amplissimo ordine dele-
gatus iura partium non semel in contradictorio
iudicio intellexit, & excussit, vt in ipsa transa-
139 ctione enunciatum legitur. Quamobrem ta-
lis transactio celebrata dicitur cum decreto, &
cognitione Senatus, quo sanè casu rata esse de-
bet, ne quis sub eius fide decipiatur l. 1. C. de his
qui ven. ætat. impetr. Odd. de restit. in integr. q.
23. num. 14., indeq; erroris prætextu nequit re-
tractari Cranet. cons. 5. num. 2. Cephal. cons. 77.
n. 9. confert. Bertaz. cons. ciuil. 53. n. 26. & seqq.
Gratian. disceptat. 846. num. 7. Immò nec etiam
140 prætextu læsionis, vt per Mantic. de tac. & am-
big. conu. lib. 26. tit. 9. nu. 32. Alioquin enim di-
spensatio Excellentiss. Senatus deuentò serui-
ret, interuentus, & delegatio Senatoris in eiu-

sorios actus desineret, quia nec administratrix,
quæ ex ære proprio noluit se obligare, nec hæ-
redes, nec creditores, nec quisquam alius ad il-
lius obseruationem teneretur, quod nō est cre-
dendum fuisse mentis eiusdem amplissimi or-
dinis, & ideo illa reseruatio videtur intelligen-
da, quo ad ea, quæ non essent comprahensa in
dicta transactione, vt infra dicemus.

Secundò accedit, quod talis transactio per
multorum annorum nempè 14. aut quindecim
obseruantiam, & successiuè per vltimam tran-
sactionem censetur approbata, quæ quidem ob-
141 seruantia, & approbatio impedimentum præ-
stant, ne ea rescindatur, aut retractetur prætex-
tu erroris, vel defectus consensus. c. contingit
extr. de transact. ibi transactionem, quam fe-
cit, si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac
si non consenserit in eam, non poterit reuocare
Crauet. cons. 151. nu. 30. Decia. cons. 28. num. 11.
lib. 3. Rim. Iun. cons. 483. nu. 65. lib. 5. Rot. Rom.
in nouissimis apud Farinac. decis. 715. in fine
vers. & demum facit part. 2. Ratio est, quia talis
142 approbatio, seu obseruantia habet vim ratifi-
cationis, & sic gemminationis cōsensus, ex qua
tollitur error Dec. cons. 185. nu. 13. Decia. cons.
39. num. 95. vol. 2. cons. 91. nu. 15. lib. 3. atq; etiam
remedium læsionis enormissimæ Rimin. Iun.
cons. 480. nu. 10. lib 4. cons. 483. nu. 63. lib. 5. Cra-
uet. cons. 151. nu. 30. & seq. l. pr. & cons. 886. nu.
11. vers. secundo vol. 5. Cephal. cons. 51. num. 18.
Et quamuis conclusio non habeat locum, quan-
do idem error concurrit in ratificatione, tamen
cum ratificatio in casu isto inducatur ex multo-
144 rum annorum obseruantia, quicunq; error ex
tali temporis cursu omninò purgatur d. c. con-
tingit, ibi aliquot annis, & confert Dec. cons. 181
satis nota quæstio nu. 5. vers. secundum est.

Tertiò suffragatur, quod errores allegati non
145 sunt errores facti, sed iuris, quorum prætextu
transactio non retractatur, aut rescinditur, nisi
illi ità demum læsionem, habito respectu ad
dubium litis euentum inferant enormissimam,
vt per Farinac. decis. Rot. Rom. diuers. decis. 539
nu. 3. prolatè Torniol. cons. 79. nu. 70. Quamobrē
imprimis articulandū erat, & probandū, quod
146 euentus litis esset parum dubius, & solū tanti
æstimandus, vt seclusa illius æstimatione nihi-
lominus resultarent errores, qui læsionem infe-
rant enormissimam, late tradit post alios De-
cian. cons. 56. nu. 72. & seqq. lib. 4. Mantic. de tac.
& ambig. conuent lib. 20. tit. 29. n. 41. Bardelon.
cons. 2. nu. 19. Hoc autem nedum non fuit arti-
culatum, nec probatum, vt potius probationes,
quæ ab aduersantibus ad impugnandam tran-
sactionem afferuntur, ex ipsa transactione desu-
mantur, contra notissimam iuris regulam, de
qua infra in secundo articulo.

Demum non est verisimile, nec credendum,
quod DD. Marchiones, viri tam cauti, tàm sa-
gaces, aut eorū procuratores, si errores à prin-
cipio euidenter ex ipsa transactione resultas-
sent, tàm diu negotium, quod eis nunc tanto
curæ est, tacuissent, ipsam verò transactionem
per aliam anni 1614. approbassent. Non enim
erat necesse præsens tamdiu differre iudicium,
Mortem Senatoris delegati, & de causa tàm be-
nè edocti expectare, deinde statim, non anteà
insurgere. Nec demum attendere, quod D. Vir-
ginia propter bonam fidem obdormiens scrip-
turas deperdiderit, causidici verò, & aduoca-
ti de causa edocti ipsam deseruerint, Immò ve-
147 rò ex simili dilatione quid aduersus actorem
sit statuendum ostēdunt. Crauet. cons. 298. antè
num. 17. Neuizan. cons. 57. num. 9. Caball. resol.
crimin. 288. num. 51. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 407.
nu. 14. lib. 4. Menoch. cons. 267. nu. 27. & seq. lib.
3. cons. 422. nu. 40. lib. 5. vbi dicit præsumendum
esse aduersus eum, qui cum potuisset agere tē-
pore, quo factum erat recens, & extabant pro-
bationes, voluit tamen differre, donec perirent
probationes.

Non obstant adducta in contrarium, quod
nimirum in dispensatione Excellentiss. Sena-
tus apposita fuerit clausula sine præiudicio hæ-
redum, qua attenta, hæredibus ius agendi ad-
uersus ipsam transactionem preseruatum cen-
seatur.

Respondetur enim implicare simul, quod
Excellentiss. Senatus velit ad transactionem
posse deueniri, & item, transactio facta dicatur
cum hæreditate, & non præiudicet hæredibus,
quandoquidem ea semper fit de re dubia, & ne-
cesse est, quod aliquod inferat præiudiciū, quia
semper per eam aliquid ab vtraque parte ex
transigentibus aufertur: sequeretur enim, quod
delegatio, & interuentus Senatoris, ac dispen-
satio Excellentiss. Senatus, & item deputatio
Comitissæ Deliæ in administratricem hæredi-
tatis, qui omnes actus ad hunc tantum finem
tendunt, vt ad transactionem validè deueniri
posset, frustratorij essent, & omninò inutiles,
quod quidē nec auctoritati Senatus, nec æqui-
tati causæ conuenire arbitramur: Igitur, vt om-
ne inutile, superfluum, aut æquiuocum euite-
148 mus, omninò concludendum est, clausulam
illam sine præiudicio hæredum non intelligi de
præiudicio, quod tūc inferri diceretur per trā-
sactionem, sed de eo quod in ipsa transactione
non esset comprahensum, & sic non operari cir-
ca contenta, aut in ipsa transactione expressa,
sed præseruare ius solum, quo ad alia extranea,
& in eadem transactione non comprahensa.
Oldrad. cons. 330. in fine, vbi dicit, quod clau-
sula sine præiudicio non operatur circa obiectū
specificatum, Dec. cons. 185. nu. 14. versic. secun-
do respondetur, vbi dicit, quod si dominus in
inuestitura apposuerit clausulam reseruatiuam,
reseruatio intelligitur facta de alio iure, quod
Domino competeret extra inuestituram, quam
expressè facit, & hoc ne instrumentum inuesti-
turæ sibi contradicat. Paris. cons. 70. n. 12. lib. 1.
& ita sentiunt ex communi Honded. cons. 86.
nu. 45.

num.46.& seq.lib.1. Io. Franc. apont. conf. 55.
nu.56. Gabriel conf.167.nu.57.lib.2. Marefcor.
var.refolut. lib.2. cap.137.num.5.& feqq. vbi fi
dominus declarata caducitate receperit cano-
nem,cum claufula fine præiuditio caducitatis,
quod huiufmodi proteftatio tanquam cõtraria
facto nihil operatur,cum incõpatibile fit, quod
penfio recipiatur,& faluum fit ius caducitati,&
quis eodem tempore habeatur pro emphiteuta
& non emphiteuta, ideoque factum præualet
verbo, cum vtrumque faluari non pofsit, & ait
ita iudicatum, Matt.decif.185.n.24.& in tract.
de clauful. claufula 158.nu.3.9. Seraphin. decif.
756.nu.2.p.1.& decif.1445.n.4.par.2.vbi in ere-
ctione collegiatæ appofita fuit claufula fine
præiuditio, & tamen fuit iudicatum claufulam
illam intelligendam refpectu non expreſſorum
tantum, fecus quoad expreſſa, & idem fatetur
Gratian.difcept.forenf.578. nu.4. verf.non ob-
ftat, latè Appoftil. ad Sanctifs. Ludouif. decif.
332.nu.6.verf.& in his terminis iuncto nu.feq.
vbi teftatur Rotam pafsim fequi Oldradi conf.
330. proximè allegatum Cæfar Angeli tracta.
de contradict.legit.quæft.12.n.9. fol. 116. alio-
quin contractus non effet æqualis, & claudica-
ret, contra omnes iuris terminos.

Hæc autem adeò vera funt, vt etiam procedãt
in cafu, quo quis contrahendo fibi referuat ius,
149 quoniam talis referuatio contrà expreſſa non
operatur, vt per Decian.conf.12.num.25.lib.2.
vbi dicit, quod referuatio in emancipatione,
quæ fit contrà naturam emancipationis nihil
operatur. Huiufmodi autem eft cafus nofter,
nam, fi volumus per tranfactionem nullum cen-
feri illatum præiudicium hæredibus, vtique eft
contra naturam tranfactionis, quæ tamquam de
re dubia ab vtraque parte fẽper aliquid aufert,
vt diximus, fi verò dicimus præiudicium effe ni-
mis graue, tunc competit ordinarium remediũ
non ex referuatione, fed ex difpofitione iuris
communis, fecundum quod neceſſe eft articu-
lari, & probare læfionẽ habito, refpectu ad du-
bium litis euentum enormifsimam, vt fupra fa-
tis demonftratum credimus.

SECVNDVS ARTICVLVS.

**An præfatæ DD. forores defumere pofsint pro-
bationem ex inftrumento dictæ primæ tranfa-
ctionis ad fundandam eatam intentionem,
non obftante, quòd ex prædictis caufis dictæ
tranfactioni ftare non intendant.**

CОntra regulam, quod ex actu impugnato quis
commodum capere non pofsit, & Gratian.
difcept.199.nu.35. Giurb. decif.55.nu. 14. affe-
rebantur, tres potifsimum limitationes, pofitæ
150 per Gabriel.com. conclu.tit. de reg.iur. con-
clu.1. quarum prima eft nu.35. quando nimi-
rum, actus eft feparatus ab eo, in quo quis intẽ-
dit fe fundare. Secunda eft fub nu.49. quando
impugnatio fit ex caufa, quæ continet manife-
ftum errorem. Tertia eft fub nu.58. vbi habe-
tur, quod iudex poteſt ex officio fe fundare in
actu impugnato.

Quo ad primam refpondetur hic agi de actu
connexo non feparato, ex quo afferta confefsio
feu admifsio D. Virginiæ facta eft fub vnico fẽ-
fu, & eadem qualitate, nempè contemplatione
tranfactionis, & illius validitatis, quoniam fi
cogitaſſet tranfactionem non valituram, du-
bio procul ab afferta confefsione, & ab ad-
mifsis abftinuiſſet; licitum erat enim D. Vir-
giniæ, dum Comitifs. Delia nomine hæredi-
tatis inficiebatur debitum dotis, & augmenti
excitando controuerfias, & lites celare etiam
hæreditati mobilia, & alia, quæ pœnes fe habe-
bat: cum autem agatur de negotio connexo, il-
lud non patitur feparationem, nec pro parte
impugnari poteſt, pro parte autem approbari,
151 vt in materia confefsionis qualificatæ tradit
Bart.in l.Aurelius §. idem quæfijt.ff.de liberat.
legat. Tum etiam, quia hoc eft fpeciale in tran-
factione, vt eam non obferuans eidem inniti nõ
pofsit.l.cum proponas.C.de pact.Laderch.conf.
62.nu.2. Surd.conf.459.nu.12.lib.4. Mar. Muta.
decif.Scifcil.53.num.23.& duobus feqq. Ratio
eft, quia contractus tranfactionis eft infepara-
152 bilis, & indiuiduus, ac per confequens eidem
parere, eft quid indiuiduum, vt profequitur
Laderch.d.conf.62.nu.6.

Quoad fecundam, refpondetur, non adaptari
cafui noftro, quoniam hic non apparet de fup-
pofitis erroribus, & vbi aliqui refultarent erro-
res, hi quidem cum fint errores iuris, nõ debent
hoc modo emendari, nempè impugnando actũ
pro parte, & pro parte non, fed refcindendo to-
tam tranfactionem. Quarè fi pars aduerfa do-
cuerit de erroribus, qui læfionem inferant enor-
mifsimam, iam planè habebit intentum ad re-
fcindendam tranfactionem, fed tamen non po-
terit fe fundare in ipfa tranfactione, quia faluũ
153 remanet ius partibus, & omnia in priftinum
debent reduci.d.l.cum proponas.C.de pact.La-
derch. d.confil.62.nu.9.verfic.fecundum hæc.

Quo vero ad tertiam, refpondetur Iudicem
teneri fequi mentẽ confitentis, vnde, dum vult
fe in actu impugnato ex officio fundare, debet
etiam actum illum ponderare cum qualitatibus,
nempe, fi facta fuit confefsio contemplatione
folutionis dotis, augmenti, & omnium conten-
torum in tranfactione, non debet fieri funda-
mentum in vno, nifi alia fubfiftant, tum quia
confefsio per iudicem debet cum qualitatibus
acceptari, tùm etiam quia alioquin maxima in-
ter ipfos contrahentes fequeretur inæqualitas,
quod nullo pacto à iudice eft permittendum,
ne ipfe iniquitatis minifter appelletur.

Opponebatur item, quod aliter etiã poſſunt
aduerfantes probare ea, quę vt dicitur, confeſſa
eft D. Virginia in ipfa tranfactione. Si hæc via
eis patet, hanc aggrediantur, vndè multo minus

Iudex debet se fundare in actu impugnato, quia
illud fundamentum conceditur in subsidium
iuris.

TERTIVS ARTICVLVS.

**An D. Virginia iure potuerit constitui, creditrix
libr. 63861. pro interesse suę dotis à die mortis;
D. Leonardi ipsius mariti, tàm pro anno luctus
quàm post, vsq; ad tempus factę primę transac-
tionis.**

NON esset de meritis agendum in præsenti,
nec per consequens de hoc articulo, qui cir-
ca merita versatur, obstant enim binę transac-
tiones superius commemoratę: Quoniam verò
Excellentissimo Senat. merita placet degustare
ad ea citrà prçiudicium, & cum protestatione
progrediemur.

Planè autem certum est interesse dotis fuisse
debitum, & proindè rectè solutum, ex multis.

Primo si quidem, cum statim post mortē Leo-
nardi D. Virginia eius dotem petierit, & nedū
ea non fuerit soluta, sed immò diu fuerit litiga-
tum, vt ex actis omninò liquet: Hinc sanè he-
redes (seu eorum loco administratrix) consti-
354 tuti fuerunt in mora, & in eorum odium orta
est obligatio ad dotis interesse Barbos. in l. 2. n.
44. post medium ff. solut. matrim. Lup. tract. de
vsur. comment. 1. § 4. nu. 88. Bursat. cons. 9. n. 48.
Franch. decis. 513. quem sequitur latè Molses.
cons. 29. nu. 13. Manent. de contract. libell. pact.
15. nu. 41. Giurb. ad stat. Messen. cap. 15. glos. 15.
num. 24. 30. & 37. f. 801. Intrigliol. de feud. art.
7. nu. 130. & de materia nouissimè Antonin. de
Amat. resolut. 49.

355 Secundo, quia agitur de muliere solita pecu-
nias implicare, easq; super cambijs exercere,
quo sanè casu interesse fuit debitum, nedum
ratione damni emergentis, sed etiam lucri ces-
santis, Thesaur. decis. 43. n. 3. Lanar. cons. 26. n. 1.
Rot. Genuæ. Mercat. decis. 28. nu. 3. Sesse. decis.
regn. Aragon. 68 nu. 27. Manent. pact. 15. nu. 42.
Barbos. in d. l. 2. nu. 44. vers. si antem ipsa dotem
petijt ff. solut. matrim. Giurb. ad stat. messan. d.
cap. 15. gl. 15. nu. 39. vbi plures refert.

Neq; obstant duo, quæ ex aduerso affereban-
tur, & copulatiuè requiri dicebantur.

Alterum, quod mulier sit inops, & nō habeat
vndè se alat: Alterum, quod tale interesse pro-
betur sit verè, non præsumptiuè.

Ad primum respondetur magis communem
esse in contrarium, vt nimirum, mulieri nego-
tiari solitæ debeatur tale interesse, nedum si sit
356 inops, sed etiam, si diues sit, & ità post alios
tradunt Afflict. decis. 284. nu. 4. Thes. decis. 43.
nu. 4. latissimè Viu. decis. 424. n. 18. Sesse decis.
68. nu. 27. Castillo. decis. 61. num. 23. Accedunt
Barbos. in d. l. 2. nu. 44. Lup. d. commentat. 1 § 4.
nu. 89. Manent. d. pact. 15. nu. 45. Giurb. ad stat.
d. cap. 15. gl. 15. nu. 33. vers. ex his constat. in ﬁcto
nu. 39. vers. licet diues sit mulier. Quinimmò
fatusi videtur velle, quod mulier sit solita exer-
cere pecunias super cābijs, & quod sit pauper,
qui enim pauper est, non potest pecunias im-
plicare aut sic exercere, vt ex se patet.

Ad secundum respondetur, esse etiam magis
communem sententiam in contrarium, vt nimi-
rum opus non sit probare tale interesse verè,
hoc est effectu, sed satis esse, quod de eo constet
157 prçsumptiuè, nēpè mulierem solitam esse ne-
gotiari, vel pecunias implicare, vt testantur
Barbos. in l. 2. num. 5. & 2. sequentib. ff. solut.
matrim. Lup. de vsur. d. commentar. 1. § 4. n. 89.
omnino Castill. decis. 61. n. 23. Giurb. ad statut.
d. cap. 15. glo. 15. num. 31. 33. Manent. d. pact. 15.
nu. 42. & seqq. Igitur in casu nostro cum D. Vir-
ginia solita sit exercere pecunias, easq; impli-
care, & item facilis sit implicatio, vel in tot cen-
sibus, vel in montibus Romę, insurgit prçsum-
ptio, quod idem fecisset de pecunijs dotalibus,
si eas recuperare potuisset: Implicauit n. prç-
158 ter legatum maternum prçtium iocalium, quę
mulieres admodum inuitę solent alienare, aut
vendere, ergo multò magis alias pecunias fuis-
se implicaturam credendum est, vt prosequitur
Manent. d. pact. 15. nu. 43. Giurb. d. gl. 15. nu. 33.
159 Cum autem certi sumus de verisimili implica-
tione interesse certum redditur, ex quo vnicui-
que notum est, quantum præstare soleant, seu
reddere census, aut loca montium, vt inquit
Gratian. discept. forens. 579. n. 19. lib. 3. Castill.
decis. 29. nu. 5. Io. Philip. Testaij allegat. 14. num.
72. & seq. quod etiam constat ex ipsa transa-
160 ctione anni 1608. per quam dicitur probata
liquidatio, vt per Giurb. decis. 114. nu. 15.
161 Immò verò sufficit tale interesse verisimile
esse, licet non plenè probatum ad effectum, vt
debeatur. Grammat. decis. 103. num. 99. & seq.
Lup. d. tracta. de vsur. comment. 1. § 6. num. 128.
Surd. tract. de aliment. tit. 1. quęst. 45. num. 45. &
seq. cons. 327. nu. 54. Hond. cons. 39. n. 13. & seq.
vers. minus in casu isto Peregr. consil. 77. nu. 10.
lib. 2. videndus, qui loquitur etiam in nobili, &
non solito negotiari, Menoch. cons. 7. num. 16.
162 verisimile enim quod est, illud probatum di-
citur, Oldrād. cons. 13. in fine. Crauet. cons. 61.
nu. 9. cons. 135. nu. 33.
163 Contraria autē vel procedunt in interesse in-
solito, & excessiuo, secus in interesse legali, &
moderato, vt per Cavalch. decis. 35. nu. 23. p. 1.
Rip. obseruat. 168. nu. 4. Farinac. cons. 162. nu.
35. lib. 2. Rot. Genuen. decis. 194. n. 3. vbi etiam
164 dicit tale interesse non probatum posse taxari
Iudicis officio, & prosequitur Lup. d. § 6. num.
118. Vel non procedunt in solito negotiari, &
implicare pecunias in censibus, vel locis mon-
tium Romę, nam cum implicatio sit probabilis,
& interesse, quod percipi potest sit certum, alia
165 liquidatio non requiritur Gratian. vbi supra,
nu. 19. In omnem casum attenta mora iuramen-
166 tum supplebit, vt per Bursat. cons. 68. nu. 38.

confert Bocell.fumm decif.tit.54.nu.36.
Tertio cum in testamento maritus ipsi D. Virginiæ dotem legauerit, Dubio procul hære-
167 des ita fuerunt constituti in mora, vt dotis interesse fuerit omnino præstãdum, Surd. decis. 240.num.15.vers.sed,& super hoc Castill. decis. Sciscil.7 num.24. & seqq. Burs.conf.68.num.38. consf.184.num.29. vers. quarto videmus confert Thes.Iuu.in addit. ad eius patris decis. 43. vers. quarto quid si maritus.
Quartò obseruandum, quòd Mediolani, vt in facto mihi certissimum supponitur, extat con-
168 suetudo præstandi interesse ratione retardatæ solutionis dotis,ea autem attendenda est,quia dicita, & omnino iusta existimatur, latè Aldouin. consf.84.n.9. Appostill.ad Sanctiss.Ludouis. decis. 93. in litt. A. accedit Lup. de vsur. d. §.4.
169 n.91.vbi dicit valere statutũ præbẽs tale interesse propter morã, Sesse decis.68.n.47. Brunor. à sol.quæst.46.nu 20. Manent.d.pact. 15. nu. 23. latissimè Giurb. dicta gl. 15.nu. 36. & de communi testatur post multos, cum distinctione tamen Molin. de pact. nuptial. lib. 3. quæst. 39. num.71.& seqq. vbi probat valere statutum, vel consuetudinem,quod viduæ ratione retardatæ solutionis dotis annuum certum interesse præstetur, dummodò tamen ad iustam quantitatem possit adiudicari, secus si immoderatam quãtitatem determinet,quia tunc esset iniquũ, Cæterum in casu nostro consuetudo est licita non immoderata,ergò seruanda, multo magis, quia, petita dote, & pendente lite potest
170 vidua petere dotium interesse, vsque ad octo, vel decem pro centenario, vt post multos tradit Giurb.vbi supra nu.30. Immò verò eo casu inte-
171 resse ab hæredibus existentibus in mora præstandum est tamquam fors. Bursat. conf.184 nu. 29. Schenard. conf.62.nu.121. fuit etiam debitũ
172 interesse alterius interesse Giurb.decis.24.nu. 35.confert Scheuard. conf. 62. num. 28. Et hæc
173 consuetudo est fundata super statuto Mediolani,cap.43.vol.1. vbi in fine loquitur, etiam de dote,& excipit solum tempus, quo mulier præcipiat alimenta ab hæredibus viri, ita vt vnius temporis exclusio,aliud includat, & cũ habeamus casum à statuto decisum non sit vlterius quærendum,maximè cum dictum statutum sẽper fuerit seruatum,& in praxi seruetur, vt iuramentum sufficiat,tàm ad probandam substantiam,quàm quantitatem damni, & si aliud aliqui senserunt, praxis antiqua est in contrarium.
Demum, vbi memoratum interesse non fuisset à principio præstandum (quod negamus)
174 cum tamen illud fuerit solutum, non potest repeti,quia videtur solutum, ex pacto, quod licitè fieri potuit, Barbos.in d.l.2.n.48. vers.quod verum intelligas.ff.solut. matrim. Surd. d. tract. de Aliment.tit.1 quæst.45.n.76. Brunor.à Sole. d.quæst.46.nu.20. & seq. Sesse.d.decis.68.nu.18. latè Manent.d.pact.15. num.19. vers. at circumscriptis, iunctis num.21. 22.24. 58. & multis sequentibus. Giurb.d.glo.15. num.39. versic. quo in casu.
Non obstant in cõtrarium adducta, & primo quod viduæ moram passæ non debeatur dotis interesse Peregrin.cons.71.nu.6.lib.4.
Respondemus,negando moram in D. Virginia,verum eam deprehendi in ipsis hæredibus,
175 Tum, quia lapsus anni eos in mora constituit Castill.decis.61.nu.22.& 27. vbi ità iudicatum, Lanar.conf.26.num.10. Surd.conf.221.num.40, Schenard.conf.62.nu.52. Giurb. vbi supra n.37. Tum, quia maritus legauit dotem, & præterea adest promissio in instrumento ad fauorem D. Virginiæ licet non præsentis, ad instantiam eorum,qui dotem soluerunt, de ipsa restituenda,
176 quæ morã post annum inducit, vt iudicatum testatur Thes.in addit.ad dictam decis.43. Tum
177 quia in ipso contractu appositum fuit iuramẽtum,quod hæredes in mora constituit, cum habeat vim interpellationis, latè Osasch.decis.49. num.7. & latius Schenard.conf.62.nu.44. Marta decis.135.nu.5. Tum quia statim dotem petijt, vt initio diximus, Tum demum, quia habebat
178 bona pœnes se, quæ cogitabat retinere pro interesse, quo casu non dicitur saltem moram passa, vt per Surd.conf.190.nu.52.
Non obstat secundo, quod contractus fuerit celebratus ad formam statutorum Genuæ, secundum quæ mulier tenebatur manifestare quidquid retinuit ex bonis viri, ante quàm adiretur ad eius dotes petẽdum, & proindè hæredes non fuerint in mora.
Nam primo respondetur, instrumentum dotis fuisse celebratum absente ipsa D. Virginia, & pactis preiudicialibus non cõsentiente, quæ tantum postquam fuit à parte productum illud acceptauit in partibus fauorabilibus,quod etiã
179 admittitur ex Statut. Mediolani cap.52.vol. 1. ex qua acceptatione non censetur renunciatum
180 iuri suo,cui neque renuntiare potuisset absque interuentu agnati, vel Iudicis ad formam Stat. Mediolani in cap. 328. vol. 1. quia aliunde ex publicis documentis habet probationem ipsius dotis.
181 Secundò respondetur,quod actus manifestãdi respicit modum,quo quis vti debet, ad obtinendam dotis restitutionem, & sic concernit ordinatoria iudicij, ad ea, quæ tradit Surd. conf.204.num.6. vers. secundo moueor,& num.
182 seq. & in ordinatorijs attenditur statutum loci Iudicij, ita DD. communiter in l. cunctos populos.C.de summa trinit.& fide Cathol. Anchar.quæst.fam.3. num.2. lib. 2. & prosequitur Surd.d.conf.204.num.7. dicens hoc esse verum, siuè agatur de ordine processus, siue exeqnt ionis.
Tertio respondetur, tale statutum cẽdere ad fauorem hæredum, & sic verba illa teneri propalare, intelligenda esse volentibus hæredibus, quia dicit teneatur propalare ad instãtiam hæ-

M 3 redis,

redia, ergo hæredes, qui non interpellarunt, tenebantur prius interpellare, alioquin præsumuntur non velle, & sunt in mora, nec ideò minus potest vidua eius dotes consequi, Idem dicimus in materia caducitatis, quamuis ipso iure incurratur non obsit, nisi domino volente.

Demum respondetur, hanc exceptionem debuisse ab ipsis hæredibus opponi antequam ipsa
vidua audiretur ad petēdas dotes, cum autem
183 non fuerit opposita, non potest post transa-
ctionem executioni missam, & obseruatam vl-
terius opponi ad tex. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & per Surd. decis. 332. nu. 3. & seq. lib. 2.

Non obstat, quod, cum D. Virginia habuerit plura bona penes se, ex quibus percipi poterāt fructus, eaq; declarauerit velle retinere, quod inquam illud interesse perceptum, vel quod verisimiliter percipi potuit, fuerit compensandū tamquam de quantitate ad quātitatem, vel saltem debuerit sistere cursum vsurarum.

Primo respondetur: Aut loquimur respectu locorum Mōtium Romæ, & redditruum emptorum in caput Co. Tabernæ, & cessabat compensatio, quia omnia hæc possidebantur tamquam propria, & eorum fructus lucrabatur D. Virginia, vt in sequenti articulo demonstrabimus;
184 Aut respectu pallatij; & cum esset creditrix
potuit in causam aliorum creditorum retinere
similiter absq; onere compensationis in dotem ad ea, quæ tradunt Sesse. decis. 68. n. 28. Castill. decis. 61. num. 27. & seq.

Secundo respondetur, quòd cum maritus dotem legauerit ipsi D. Virginiæ, vt inferunt illa verba (vltra dotem) Planè ea quidquid percepit, potuit percipere ratione interesse dotis, &
185 in eam causam imputare citrà obligationem
compensandi, Manent. d. pact. 15. nu. 55. Giurb. ad stat. d. glos. 15. nu. 41. Sesse decis. Regn. Aragon. 68. nu 39. 51.

Tantò fortius, quantò quod regulariter ad-
186 uersus viduam eius dotem repetentem non
possunt obijci tales compensationes, vt per Mastrill. decis. 189. nu. 10. & seq. vbi pluries itā iudicatum.

Sed sic est, quod pro interesse dotis nihil retinuit, ex quo omnia compensauit hereditati in ipsa transactione anni 1608. vsq; à die mortis Leonardi. Ergo æquum omninò fuit, quod sicut restituit ea, quæ potuit percipere ratione interesse dotalis, eorum loco aliud simile interesse præstaretur, ne maxima inter ipsas partes sequeretur inæqualitas. Immò cum interesse de-
187 beretur tamquam sors, fuit præstandum inte-
resse alterius interesse, vt diximus, ex Giurb. decis. 24. num. 35. Si omnia itaq; semel fuerunt compensata, inutiliter de compensatione iterū opponitur.

Quòd verò attinet ad interesse pro anno luctus non est, cur plura adducamus; nam, cū ipsa compensauerit pecuniam pro alimentis solutā, nullo iure debuit denegari interesse dotis, cum siuè vnum, siuè aliud præstari æquum esset, & autem magis vnum, quam alterum præstare cōuentum fuit, nullus vt patet nunc est conquerendi relictus locus &c.

QVARTVS ARTICVLVS.

An eadem iure potuerit constitui creditrix lib. 30000. ex causa paratorū, virtute stat. Mediol. 291. Et tàm ex causa donationis ob nuptias, quàm aliarum donationum sibi à viro factatū: non obstante, quod dotis eius instrumentum sit celebratum ad formam statutorum Genuæ, & quod donationes dicantur factæ, constante matrimonio, & reuocatæ in vltimo testamento D. Leonardi eius viri, & vbi negatiue resoluatur, an teneatur ad restitutionem fructuum ab ea perceptorum, & qui percipi potuerunt, ex dictis rebus donatis.

TAM ex censura iuris municipalis Mediolani in cap. 291. quàm ex dispositione iuris communis, certum est D. Virginiam potuisse, immò declarari debuisse creditricem lib. 30000 ex causa paratorum. Si quidem ex dispositione iuris municipalis cautum est, quòd mulier, mortuo viro, lucretur omnia eius causa parata.

De Iure autem communi, quæstio insurgit, &
188 dubium in eo versatur, sanè an iocalia tradita
vxori, donata præsumantur, cum de donatione non apparet, cum verò de ea liquet, nemò dubitat; quin pro illius validitate sit pronunciandum, ita distinguit Clar. §. donatio, quæst. 10. circa finem. vers. aut constat, quod voluit donare, Bertaz. consil. ciuil. 59. num. 27. Mantic. de tac. & ambig. conu. lib. 21. tit. 6. nu. 14. vers. præterea Farinac. decis. Rot. Rom. diuers. decis. 133 nu. 1. part. 1. dicens non referre, quòd sint pre-
189 tiosa, quia etiā in pretiosis tenet donatio ir-
reuocabiliter, nec dissentit Honded. cons. 30. n. 7. iuncto nu. 36. lib. 2.

Cæterum in casu nostro constat de donatione, quia Leonardus protestatus est in illo chirographo se iam donasse iocalia, & sic vsus est verbis tempus præteritum importantibus. Igitur succedit, & habet locum præsumptio, quòd
190 ea donata censeantur antè matrimonium,
prout tales donationes eo tempore fieri consueuerunt, vt probat Honded. cons. 4. nu. 52. lib. 2. & per consequens donatio valet à principio, vt per eundem Honded. d. cons. 30. num. 36. quo
191 casu mansit irreuocabilis l. si antè matrimo-
nium C. de donat. antè nupt. l. cum hic status §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 2. C. de reuoc. donat. Mantic. de tac. & ambig. conu. d lib. 21. tit. 6. nu. 14.

Tantò magis, quanto, quod Iocalia ex se capiebant talem summam, vndè nedum aliquid plus debito accepit, vt multo minus, quàm deberetur eidem D. Virginiæ fuerit solutum.

Non

Non obstat, quòd contractus subiaceat dispositioni Statutorum Genuæ, secundum quæ vir non potuisset lucrari dotem; Ergo nec etiã vxor iocalia ad æqualitatem seruandam.

Respondetur D. Virginiam non renuntiasse statutis Mediolani; Immò in eo contractu non interuenisse: In omnem casum, cum renunciatio sit stricti iuris, & restringatur ad expressa, renunciatio quo ad quędam, non arguit renunciationem quoad alia, Barr. in l. si domus ff. de seruit. vrb. prædior. Rom. cons. 168. num. 1. Rol. de lucr. dot. q. 19. n. 4. Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 15. num. 235. & seq. quamobrem respectu qualitatis non renunciatæ erit attendendum statutum domicilij viri, vt supra diximus.

192

Respondetur secundo, quòd cum iocalia fuerint donata antè matrimonium, ea dicitur lucrata vxor saltem vigore donationis, vt etiam diximus, cum statutum Genuæ non impediat Virum donare vxori iocalia ante nuptias.

Nec inæqualitas exaduerso considerata debet attendi, quoniam de iure nouissimo valent pacta inæqualia inter dotem, & donationem propter nuptias, vt latissime p Mantic. de tac. & ambig. conu. lib. 20. tit. 4. nu. 15.

193

Non obstat, quòd ficta dicatur reuocatio in vltimo testamento D. Leonardi.

Primo, respondetur donationem ipsam non potuisse reuocari, vt supra diximus.

Secundo respondetur, immò non fuisse reuocatam, nec de tali expressa reuocatione constare; quandoquidem in ipso testamento nullum verbum fecit testator de reuocatione augmenti, sed tantum voluit computari ea, quę iam habuerat D. Virginia, quæ quidem imputatio reuocationem non arguit, sed potius confirmationem, vt de se patet.

Non obstat, quod talis donatio careat insinuatione, & iuramento, & sic solemnitatibus à Nouis Const. requisitis, quo casu nulla sit.

194 Respondetur enim, quod cum donatio propter nuptias dicatur donatio ob causã, ea planè non subiacet solemnitatibus Statutorum. Surd. decis. 224. num. 14. Mantic. de tac. lib. 13. tit. 4. num. 11.

Nec obstat, quod Constitutiones loquantur 195 per verba generalia: Quia cum valeat argumẽtum de dote ad donationẽ propter nuptias, Honded. cons. 48. num. 6. & seq. Sicut statutum 196 generaliter loquens non comprahendit casũ dotis priuilegiatum, ita nec donationem propter nuptias. Amat. decis. 42. per totã. Gratian. discept. forens. 498. num. 36.

His firmatis consequens etiam est, non esse agendum de aliqua fructuum restitutione, Maximè verò, quia quamuis vxori maritus donauerit pecunias, ex quibus emerit prædia, & do-197 natio sit nulla, nihilominus ipsa tenebitur tãtum ad pecuniam, seu capitale, & lucrabitur fructus Lanar. cons. 26. nu. 21. Ioseph. Ludouic. decis. 28. nu. 9. Molfes. ad consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst. 19. nu. 5. Farinac. decis. 607. num. 2. part. 2. Idem dicendum respectu transa-198 ctionis, quæ tamquam bona fide facta mulierem potissimum excusat à fructuum restitutione, vt per Mastrill. decis. 73. num. 25. vbi ita iudicatum.

199 Neque obstat, quod cum titulus sit à principio nullus bona fides resistat, quæ ad fructuum restitutionem omninò cogit l. fructus, l. domũ. ff. de rei vind.

Quia negamus malam fidem: In omnem casum hoc esse speciale in vxore, vt lucretur fructus, vt proximè diximus.

QVINTVS ARTICVLVS.

An eadem constitui potuerit creditrix lib. 14110. pro legato materno, & eius interesse.

CVM obuenisset constante matrimonio D. Virginiæ Spinulæ legatum maternũ, illudq; ipsa exegisset, vt publicis constat documentis, eam summam statim implicauit in tot locis montium Romæ, quæ deinde compensauit hæreditati, vna cũ interesse percipi solito, Quamobrè, si ipsa illud compensauit, æquum erat etiam, quòd eidem eius legatum restitueretur, vnà cũ memorato interesse, debito tamquam ratione damni emergentis, ne detrimentum pateretur, & hæreditas cum eius locupletaretur iactura contra notissimas iuris regulas.

200 Non obstat, quod quid quid acquirit vxor, constante matrimonio, censeatur acquirere ex bonis viri. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Respondetur, hoc non habere locum, quãdò mulier habet aliundè, nẽpè bona extradotalia, 201 talis enim tunc præsumptio excluditur, & alia eius fauori assistit, quod nimirum ex proprijs bonis acquisiuerit. Salicet. in l. si mater. C. de contrah. empt. Natt. cons. 543. n. 20. Surd. decis. 55. num. 4.

Secundo respondetur, quod mulier hæc ex eius pecunijs superlucrata erat egregiam pecuniarum quãtitatem, ea propter implicatio redditur verisimilis, in tantum, vt cesset hoc casu præsumptio dictæ l. Quintus, latè Surd. cons. 459. num. 18 lib. 4. vbi plures in hanc congerit 202 sententiam. In omnem casum, deficiente probatione, esset locus iuramento in supplementũ aduersus d. l. Quintus, vt per Menoch. cõs. 1102. nu. 22. lib. 12.

Cõstat igitur nullos resultare errores in præiuditium D. Marchionis Marini vel fororum; Verum multos deprehendi in præiuditium D. Virginiæ, quæ non modicam hucusq; patitur læsionem, tàm ex vna, quàm ex altera transactione.

Ex prima, quia compensauit hæreditati redditum emptum in caput Com. Tabernæ vnà cũ maiori parte eius interesse, ad quod non tenebatur:

batur: Quia compensauit creditum Paronæ, & creditum Pinelli, quæ sunt inexigibilia, & ascēdunt ad egregiam pecuniarum summam.

Ex secunda alij etiam resultant errores: Nam datum fuit eisdem DD. Marchionibus palatiū modico pretio, slz. pro tertia parte minus iusto pretio, quàm ipsa D. Virginia ex lapsu temporis redimendi lucrata erat: Prætereà eadem, D. Virginia ammittit redditum librarum 3000. omni anno, & libras 25. mil. vel circa occasione litis motæ in actione hipothecaria, de cuius euictione ob donationem à Leonardo stipula-
303 tam tenētur illius hæredes, ad ea quæ tradit. Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 10. nu. 41.

His suo tempore addendum erit augmentum monetæ aureorum bis mille auri in auro, quod quidem deberi opinamur.

Indè coacervatis omnibus in vnū clarissimè apparebit errores quidē resultare ad præiuditiū D. Virginiæ tantum, non item DD. Marchionū, aut dictarum Dominarum sororū, quas proindè confidimus esse obaudiendas.

Suppleat tamen &c. Mediol. die 21. Aprilis 1625.

Io. Georgius Baiardus
I.C. Coll. Dcrth.

Sub hoc cap. erant imprimendæ iuris allegationes ad materiam suprascriptam in prædicta causa exaratæ per celeberrimum I.C.D. Petrum Paulum Flamenum, nunc ex Amplissimo ordine Supremi sacriq; Senatus Mediolani, & quę cum per errorem, & absente auctore, omissæ reperiuntur, post vltimum caput huius libri primi, locum sibi vindicabunt.

S V M M A R I A.

1 *Fructus percepti computantur in omni debito.*
2 *Contraria opinio Crau. & aliorum.*
Conciliantur opiniones nu. 6.
3 *Fructus computantur de AEQVITATE in quasi debito non in omni debito.*
4 *Mulier tenetur cōpensare super dotibus quid quid percepit ex bonis viri prædefuncti, si dotes non petijt.*
5 *Viduæ imputatur si negligens fuit in repetitione dotis.*
7 *Compensatio fructuum fit deductis alimentis.*

Fructus percepti compensantur in quasi debito. Cap. LXV.

1 Contendunt scribentes, an fructus cōputari debeant in omni debito, & affirmatiuam partem per l. cum quis §. mulier ff. de dot. prælegat. & l. quod de bonis §. quod autis ff. ad l. falcidiam tenuerunt inter cæteros Riminal. fen. conf. 518. nu. 1. Menoch. de arbitr. casu 256. nu. 21., & cons. 183. sub nu. 41. vers. quinto, tamen, Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10. nu. 22. Quamuis contra-
2 riam opinionē approbauerint Crau. cons. 195. nu. 3. Rol. cons. 65. in fin. lib. 2. Port. cons. 92. nu. 94. Gabr. cons. 124. nu. 7. lib. 1.

De AEQVITATE tamen compensatio hæc fit tantum in quasi debito, non in debito vero.
3 tex. in l. mulier §. cū proponeretur ff. ad Trebell. Rota decis. 680 n. 5. p. 1. in nouiss. Gratian. lib.
4 1. discept. forens cap. 214. num. 15. Et sic mulier tenetur compensare quidquid percepit ex bonis viri defuncti, si dotes non petierit super eius doribus, vt concludit Alba. conf. 699. nu. 3. qui tradit imputari viduę, si negligens fuit in dotis
5 repetitione. Idem probat Ceph. conf. 133. nu. 130. lib. 1. quem sequitur Giurba ad stat. Messanę cap. 15. gl. 15. nu. 23. quem retulimus in prę-
6 cedente capitulo. Et sic conciliando Doctores, distinguitur, opinionem affirmatiuam, procedere in quasi debito, negatiuam autem in vero debito.

Aduertendum tamen arbitror, compensationem fructuum cum dote fieri debere detractis alimentis ipsius mulieris, itaut si ex bonis viri
7 centum percepit, sufficientesq; essent sexaginta pro eius alimentis, habita ratione quantitatis dotis, & qualitatis ipsius mulieris, & viri prędefuncti iuxta tradita. Reliquos tantum quadraginta super dotibus compensare teneretur mulier, aliter cum alterius iactura locupletari diceretur, quod non adest admittendum, vt probauimus supra in c. nu.

S V M M A R I A.

1 *Soluens vt ingrediatur locum prioris creditoris in præiuditium aliorum creditorum, expreßè conuenire debet cum priore creditore de ingrediendo in eius locum, & cessionem reportare.*
2 *Soluens primo creditori, & ab eo emens rem obligatam diuersis creditoribus, ingreditur in eius locum absq; alia cessione, vel solemnitate.*
3 *Soluens primo creditori, & possidens pignus dicitur tutus aduersus posteriores creditores.*
4 *Possidens pignus emptum à priori creditore nō tenetur relaxare rem, nisi à secundo creditore ea offeratur pecunia soluta.*
5 *Creditoribus posterioribus nullum damnum allatum dicitur, ex pecunia soluta priori creditori in cuius locum successit soluens.*
6 *Creditorum posteriorum conditio, in eius statu conseruata dicitur, per solutionem factam priori creditori.*
7 *Emptori qui soluit priori creditori; non fuit acquisitum ius agendi, sed tantum ius retinendi.*
8 *Cessio, & pactum sunt necessaria soluenti priori creditori ad agendum, non autem ad retinendum.*
9 *Multa iustè retinentur, quæ iniustè petuntur.*

Mutuans

4 *AEQVITAS naturalis, nihil distinguit inter nudam pactionem & stippulatione corroboratum.*
5 *In pactis versatur factum, in stippulatione vero versatur ius.*

Mutuans pecuniam super certare habet illius retentionem in præiuditium aliorum creditorum si pecunia fuit soluta priori creditori. Cap. LXVI.



D hoc, vt tertius soluens ingrediatur locum prioris creditoris in præiuditium aliorum creditorum, casus
1 est in l. Arist. ff. quæ res pign. obligat. pos., & in l. 1. C. de ijs, qui in prior. cred. locum succes. vt expresse conueniat cum priore creditore, de ingrediendo in eius locum, & cessionem obtineat Crau. consf. 582. Barbos. in l. post dotem nu. 61. ff. sol. matri., & post eos Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 269. nu. 2. 4. & 5. & in decis. Marc. 66. num. 7. hoc idem probat Petri Gregor. Sintag. iuris lib. 23. cap. 12. nu 2. p. 3. Et quod necessaria sit cessio, anterioris creditoris, probat etiam Surd. consf 444. nu. 8. & Mar. Ant. var. resol. lib. 2. resol. 50. per totum.

2 De AEQVITATE tamen, si quis emit rem obligatam creditoribus diuersis, cuius prætium peruenit ad priorem creditorem, non obstante quod actum non fuerit de ingrediendo in eius locum, nec sit obtenta cessio, competit ipsi emptori retentio rei in præiuditium aliorum creditorum l. qui AEQVITATE ff. de doli mali except. Adeo quod talis emptor, seu mutuans
3 possidens pignus erit tutus aduersus posteriores creditores, etiamsi non habuerit cessionem à primo creditore, cui soluit, vel ad quem peruenit pecunia mutuata. Neq; tenebitur rela-
4 xare rẽ, nisi à secundo creditore, ei offeratur pecunia soluta primo creditori Fran. de Ponte consf. 87. sub num. 4., & 6. lib. 2. Gratian. d. cap. 269. nu. 8. cum plur. seq. & nu. 38. iuncta all. decis. 66. per totam.

Considerat enim Lex, quod ex huiusmodi pecuniarũ solutione facta priori creditori, nul-
5 lum allatum fuit damnum posterioribus creditoribus, quibus deterior non est effecta condi-
6 tio, Ideirco AEQVITATEM amplectendo, nec etiam melior eorum conditio effecta esse debet, sed in eius statu cõseruata, dũ ius agen-
7 di non fuit acquisitum emptori, sed tantum ius retinendi.

8 Et sic patet cessionem, & pactum esse necessaria ad agendum, non autem ad retinendum,
9 multa enim iuste retineri possunt, quæ iniuste peruntur, vt diximus supra in cap. 51. n. 6. & cap. 55. nu. 4. per Gratian. cap. 269. nu. 15.

S V M M A R I A.

1 *Pactio nudam actionem non parit, sed tantum exceptionem.*
2 *De AEQVITATE omnia pacta etiam nuda sunt obseruanda.*
3 *Fidei humanæ nil tam congruum est, quam seruare pacta.*

Pactum, tàm nudum, quàm stippulatione corroboratum pari passu obseruandum esse vult ratio naturalis. Cap. LXVII.

Licet de iure Iudex ipse deficiat obligationibus stipulatione corroboratis, vt stipulatione
1 constrictum condemnet, de nudo pacto appellatum absoluat, cum nuda pactio actionem non pariat, sed tantum exceptionem l. iuris gentiũ § sed cum vbi gl. ff. de pactis.

Attamen AEQVITAS naturalis suadet nos
2 ad obseruatiam omnium pactorum, & qui nudo pacto promissum fecerit, diceretur congruerer naturæ fecisse, vt scribit Vlp. in l. 1. de pactis dũ
3 ait, Quid etiam tàm congruum est humanæ fidei, quàm ea quæ inter eas placuerint seruare, & sic vel stipulatione corroboratum, vel nuda pactione promissum sit, eodem modo AEQVI-
4 TATE naturali inspecta seruandum est, vt scribit Conan. tit. de AEQVITATE sub nu. 5. litr. C. in fin. fol. mihi 68., licet in pactis versari fa-
5 ctum, in stipulatione versari ius habeatur, in l. si vnus §. pactus ne peteret, vbi Bar. num. 2. ff. de pactis.

S V M M A R I A.

1 *Sententia retractari debet per instrumenta de nouo reperta.*
2 *Falsa causa vitiat non solum rescriptum, sed etiam sententiam.*
3 *Falsam ob causam rescinditur transactio, & sententia. L. Admonendi de iure iurando, dispositio circa iuramentum ob deffectum probationis videtur requirere restitutionem in integrum n. 4. & 5. contr. nu. 6.*
6 *Sententia lata in casu l. Admonendi. vlz. vigore iuramenti necessarij per instrumenta de nouo reperta retractatur absq; restitutione in integrum.*
7 *Sententia lata super probationibus priuilegiatis, vt in casu l. Admonendi, nunquam transit in iudicatum.*
8 *Sententia lata vigore iuramenti delati in deffectum probationum censetur lata ex præsumptis, & fictis probationibus.*
9 *Probatione vera superueniente cessat hæc ficta.*
10 *Restitutio in integrum tantum peti debet, vbi iure ordinario deficimur.*
11 *Iudex num iudicauerit habita ratione iuramenti necessarij dum reum absoluit.*
12 *Stante probatione semiplenè facta, tàm per actorem, quàm per reum, si Iudex delato iuramento in supplimentum absoluit reum, præsumitur tunc motus ad absoluendum propter iuramentum ipsius rei.*
13 *Iudex in dubio præsumitur, quod absoluerit ex causa quæ colligitur ex actis.*

14 Sen-

14 *Sententia lata vigore iuramenti à parte parti delati, non retractatur per instrumenta de nouo reperta, nec ab ea appellatur.*
15 *H c procedit etiam ſi iuramentum à Iudice delatum ſit conſent iente parte.*
16 *Iuramentum neceſſarium parti in ſupplementum probationis quando non defertur.*

Ex inſtrumentis de nouo repertis retractatur ipſo iure abſque reſtitutione ſententia lata ſuper probationibus, priuilegiatis, ideſt in caſu l. Admonendi de iure iurando. Cap. LXVIII.

PApir. I.C. in l. Imperatores ff. de re
iud., & Imper. in l. rem publicam C.
de iure reipub. lib. 11, clariſsimè di-
1 ſponunt in negocio publico per in-
ſtrumẽta de nouo reperta retractari ſententiã,
2 ſicuti falſam cauſam vitiat non ſolum reſcriptũ,
ſed etiam ſententiam l. ſi Prætor §. Marcellus ff,
3 de Iudic. & l. 2. c. ſi ex falſ., Quinimo tum ſen-
tentias, tum tranſactiones ex falſis cauſis latas,
& initas reſcindi ſolere ſcribit Ampliſs. D. Sen.
Bellonus lib. 1. de ijs quæ in conti. fiunt cap.
116. num. 2.
Hinc perpendunt Scribentes propter inſtru-
menta de nouo reperta de an in caſu l. Admo-
4 nendi de iure iuran. vbi quia mediante iura-
mento obtinuit ſententiam, opus ſit in integrũ
reſtitutione, vt ſententia retractari poſsit, an
autem ipſo iure reſciſſa dicatur ſententia ex
productione inſtrumentorum de nouo reper-
5 torum, Et opus eſſe reſtitutione ſcribit Iaſ. in
d. l. Admonendi nu. 12. Odd. de reſtitut. in inte-
grum qu. 74. art. 5.
6 De AEQVITATE tamen abſq; reſtitutione
ipſo iure retractatur ſententia lata ſuper præ-
textu iuramenti neceſſarij in ſupplementum,
sla. probationum, Quia ſententia huiuſmodi
7 dicitur lata ſuper probationibus, priuilegiatis,
quæ nunquam tranſit in iudicatum ſecundum
Iñoc. in cap. tua nos de chetabit. mul. & Cler.
quem ſequitur Caccialup. in repetit. d. l. Admo-
nendi nu. 29., vbi ſubijcit, quod ſententia lata
ex iuramento delato in deffectum probationis,
8 cenſetur lata ex præſumptis, & fictis probatio-
nibus l. cum qui ff. de iur. iur. Idcirco ſuperue-
niente vera probatione, ceſſat hæc ficta l. filio
quem Pater ff. de liber. & poſthum., Hanc eam-
9 dem ſententiam ſequitur Iaſ. in eadem l. Admo-
nendi quem ſequitur Odd. cit. qu. 34. art. 5. Ea
præſertim ratione quia tex. eiuſdem l. Admo-
nendi dicit Conſtitutionibus Principum per-
miſſum hoc fuiſſe, quæ Principum Conſtitutio-
nes in hoc ſequuntur Præferi AEQVITATEM.
Si enim ex Conſtitutionibus Principum hoc
permiſſum eſt, ergo fruſtra auxilium reſtitutio-
10 nis in integrum poſtulatur l. 1. C. de Theſaur.,
Cum reſtitutio peti debeat tantum vbi iure or-
dinario deſſicimur Fach. lib. 9. controuerſ. iur.
cap. 27. verſ. contrar. Igitur per totum poſt Boſs.
tit. de remed. contra bannitos nu. 4.
11 Et quia hæſitari aliquando poſſet, an Iudex
iudicauerit habita ratione iuramenti neceſſarij
dum aliquem abſoluit à petitis; Aduerti debet,
ſi Actor, & Reus probauerunt ambo ſemiplenè,
& Iudex delato iuramento reo ipſum abſoluit,
præſumitur tunc Iudex motus ad abſoluendum
12 propter iuramentum ipſius rei, & conſequẽter
propter falſas probationes in dubio enim Iudex
præſumitur, quod abſoluerit ex cauſa quæ col-
13 ligitur exactis l. ſi quis ad exhibendum ff. de
exceptio. rei iud. Caccialup. in d. l. Admonendi
ſub nu. 28. verſ. Tu aduerte.
14 Hæc tamen concluſio locum non habet in iu-
ramentis à parte parti delatis, quia tunc nec
datur appellatio, nec retractatur ſententia ſub
prætextu inſtrumentorum de nouo repertorũ,
vt poſt Bal. Ang. & alios probat Caccialup. in
repet. d. l. Admonendi num. 16. vbi ſubijcit hoc
15 idem procedere ſi iuramentum neceſſarium
delatum fuit per Iudicem parte conſentiente,
quod notatu dignum eſt, Caſus autem in qui-
bus iuramentum neceſſarium, ideſt in ſupple-
mentum probationis non deffertur ponit Iaſ. in
d. l. Admonendi nu. 109. cum ſex ſeq. ad quæ re-
mittitur Lector.

SVMMARIA.

1 *Clerici non ſuccedunt in feudis num. 1. 29. 40. & 41.*
Excipiuntur Clerici prima Tonſura nu. 15.
2 *Monaci, & alij Religioſi ſunt incapaces feudorum.*
3 *Feudo ſunt incapaces ij, qui feudo ſeruire non poſſunt.*
4 *Milites Hyeroſolimitani ſunt religioſi, & regulares, ſolemniterq; Vota Caſtitatis, Paupertatis, Obedientiæ emittunt.*
Milites Hyeroſolimitani ſuccedere non poſſunt in feudis nu. 5. Et hoc de vigore iuris nu. 6.
Contrarium verius de AEQVITATE nu. 9. & 11.
7 *Milites Hyeroſolimitani militiæ ſuæ adeo vacare tenentur, vt Domino feudi debita ſeruitia præſtare nequeant.*
8 *Milites Hyeroſolimitani non poſſunt ſe aſtringere alicuius homagio, vel iuramento quod præſtatur in feudis.*
10 *Doctoris dictum prolatum in ætate maturiori verius reputatur, quam primum dictum in ætate minori, ſiue minus matura.*
12 *Doctor aſſerens quid quam de rigore, ſentire videtur quod aliter ſit ſeruandum de AEQVITATE.*
13 *Milites Hyeroſolimitani dicuntur mutaſſe ſtatum in melius, & in melius concitaſſe arma.*
14 *Militum Hyeroſolimitarum inſtitutum, eſt ad arma potius quam ad diuinam operam dare.*
15 *Clerici primæ tonſuræ non excluduntur à feudis.*
16 *Milites Hyeroſolimitani feudo inſeruire valent per ſubſti-*

subſtitutum, vbi perſonaliter ſeruire non poſſunt.

17 *Vaſſallus ex probabili, vel iuſta cauſa ſeruire poteſt Domino per ſubſtitutum, vel per fructuum contributionem.*

18 *Durum eſt vaſſallum aliquando non poſſe alijs inſeruire; maximè quando Dominus bellum non habet, cum ex feudo vt plurimum alimento conſequi non valeat vaſſallus.*

19 *Vaſſallus non poteſt habere à diuerſis Dominis diuerſa feuda; contrarium verius.*

Nemo poteſt eſſe ligius duorum Dominorum num. 20. Contrarium verius de AEQVITATE nu. 21.

22 *Vaſſallus duorum Dominorum ſeruire debet perſonaliter ſeniori, Poſteriori verò per ſubſtitutum.*

24 *Niſi poſterior præueniſſet.*

23 *Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure in obligationibus facti.*

25 *Perſonæ quæ ſint incapaces feudorum remiſſiuè.*

26 *Hermafroditi ſunt feudi incapaces.*

Feudi incapaces ſunt demens à natura, mutus, cæcus, & alij perpetuò imperfecti nu. 27. & 31.

28 *Feudorum liber antonticus in hoc dominio eandem auctoritatem habet in cauſis decidendis quam leges, & Conſtitut.*

Clericus, Monacus, & Conuerſus non ſuccedunt in feudo recto, etiam ſi religionis habitum dimiſſerint nu. 29. & 32.

30 *Miles Chriſti qui factus eſt, deſijt miles ſeculi.*

Clara vbi ſunt iura, ceſſat omnis interpretatio nu. 33. & 34.

35 *Caſus vbi eſt in iure expreſſus, ibi ceſſat omnis dubitatio.*

36 *Lex quamuis dura ſeruanda eſt.*

37 *Lex vbi pedes figit, non licet vltrà tranſgredi.*

38 *Legem quando habemus, fruſtrà quærimus rationē.*

39 *Lex ante omnia ſeruanda eſt.*

42 *No. Conſtit. prohibens ſucceſſionem feudorum in fœminis.*

43 *Feudali in materia, equiparantur Feminæ, Clerici, & Monaci.*

44 *Lege veteri, duo equiparata, noua diſpoſitio edita in vno, comprehendit etiam aliud.*

45 *Feudorum iura dicuntur ſingularia, quæ non poſſunt extendi ad deciſionem aliarum cauſarum.*

46 *Domino vtilior eſt, vt fœmina ſuccedat in feudo, quam Clericus.*

Feudorum incapaces ſunt omnes Religioſi præter Epiſcopus, & Abbas nu. 47. & 49.

48 *Cardinales ſuccedunt in feudis.*

Contrarium probat Thom. de Aminad.

49 *Clauſula non obſtante quacunq; conſuetudine in decreto appoſita habet vim derogatiua, non ſolum ad conſuetudines præſentes, ſed etiam ad futuras.*

50 *Exceptio in caſibus nō exceptuatis confirmat regulam.*

51 *Conſuetudo per quam admittuntur Clerici ad feuda dicitur irrationabilis.*

52 *Conſuetudo irrationabilis, nulla præſcriptione etiam immemorabili conualeſcit.*

53 *Conſuetudo non inducitur, niſi accedente Principis ſcientia, & patientia.*

54 *Maximè in his quæ Principi reſeruata ſunt in ſignum ſupremi Dominij.*

55 *Officiales inferiores nō poſſunt nec tacitè, nec expreſſè præiudicare iuribus Principi.*

56 *Feuda concedere, vel alienare ſolum ad Principem ſpectat.*

57 *Eius eſt nolle, qui poteſt, & velle.*

58 *Reſeruatio conſeruat ius, & actu, in quo facta eſt reſeruatio, nullum præiudicium affert.*

59 *Mediolani Duces inueſtiuerunt Clericos de feudis.*

60 *Clericorum fauore ſæpe iudicatū fuit per Sen. & Mag. circa feudorum ſucceſſionem.*

61 *Legibus non exemplis eſt iudicandum.*

62 *Conſuetudo induci non poteſt, niſi ab habente poteſtatē legis condendæ.*

63 *Mulieres quæ legem condere nequeunt, neq; etiam cōſuetudinem introducere valent.*

Clerici admittuntur ad Feuda ſi Domino placuerit nu. 64. & 65.

Clericus in Sacris Conſtitutus non pugnabit, propter ſanguinis effuſionem, & timorem irregularitatis nu. 66. & 78. & 87.

67 *Volūtas Principis circa admiſſionem Clerici ad feuda, expreſſa eſſe debet non tacita.*

68 *Feudo conceſſo Clerico, valebit conceſſio, ſi Dominus ſciebat illum eſſe Clericum.*

69 *Conceſſio huiuſmodi dicitur fieri per gratiam.*

70 *Probatio nulla eſt maior, quam ea quæ à parte deſumitur.*

71 *Doctoris Doctrina intelligenda eſt ſecundum legem quam allegat.*

72 *Feudatarius ſi in publica expeditione perſonaliter non venerit vocatus à Domino vel alium pro ſe Domino acceptabilem, mittere contempſerit, feudo priuatur.*

73 *Religioſis prohibitum eſt arma bellica exercere.*

74 *Clerici, & Religioſi indifferenter admittuntur in ſucceſſione feudorum Eccleſiaſticorum.*

75 *Feudo temporali, conceſſo Clerico, cenſetur tacitè cōuentum, vt per ſubſtitutum ſeruiat, ob qualitatem perſonæ cui conceſſum eſt.*

76 *Feudatarij huius Dominij iurant ad formam fidelitatis nouæ, & veteris in vſibus feudorum.*

77 *Feudatarius iurans ad formam nouæ, & veteris fidelitatis, tenetur ad ſeruitium perſonale, & etiam militare.*

79 *Conſuetudo admittens Clericos in ſucceſſione feudorum dicitur inducere proximitatem ad peccandum.*

80 *Lex debet eſſe rationabilis, ſancta, & honeſta.*

81 *Clerici admiſſi ad feuda tenentur iurare fidelitatem Domino ſicut laici.*

Eccleſiaſtica perſona ob feuda ſibi conceſſa in hoc Dominio iurant fidelitatem Domino nu. 82. & 83.

84 *Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica.*

85 *Iuramentum ſeruari debet etiam damnoſum vbi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.*

86 *Iuramentum non poteſt mutari de vno ad aliud propria auctoritate cum factum ſit Deo.*

88 *Opinio tutior tenenda eſt pro anima.*

89 *Anima pretioſior eſt Corpore.*

90 *Anima præferenda eſt cæteris rebus corporalibus.*

91 *Fidelitatis iuramenti multi, & mirabiles ſunt effectus.*

92 *Læſæ maieſtatis pœna in primo capite eſt, quod ſcindatur*

tur in fruſtra, & affingatur in eminentioribus locis Ciuitatis ex Now. Conſt.
93 *Laſe maieſtatis in ſecundo cap. pæna mortis.*
Clericus feudatarius non poteſt à Domino tẽporali puniri corporaliter, ſed tantũ feudo priuari, & in exilium mitti nu. 94. & 97.
95 *Exemplum Salamonis, qui ob crimen laſe maieſtatis in exilium miſit Abyatat Sacerdotem.*
96 *Exemplum Ludouici Regis Francorum qui Card. Belnã ob crimen laſe maieſtatis in Carceribus intrufit mox è Regno eiecit.*
98 *Pæna Corporalis etiam leuis in nobili maior eſt quacunq; pecuniaria magna.*
99 *Domini intereſt ne feuda Clericis conferat.*
100 *Exemplum Franciſci Secundi Ducis Mediolani qui à Pallauicino Vicecomite vaßallo Clerico vulneratus fuerat.*
101 *Feudi in ſucceßione equiparantur Clerici, Monachi & Conuerſi.*
102 *Decretum Senatus in ea materia.*

Mliites Hyeroſolimitani ſuccedunt in Feudis non obſtante, quod ſint Religioſi, & Fratres nuncupentur. Cap. LXVIIII.



Onſtitutionibus feudalib. cauetur,
1 Clericos in feudo nõ ſuccedere c.
1. §. qui Clericus ſi de feud. fuer. contr. inter domi. & Vaſſal. & cap. 1. de mil. Vaſſal. qui arm. bell. depoſ., quam regulã in Monaco, & alijs Religio-
2 ſis procedere tradunt ſcribẽtes præſertim Dec. in cap. in præſentia num. 74 de probationibus
3 Clar. in §. feudum qu. 78. Si etiam non ſuccedunt in feudo qui feudo ſeruire non poſſunt cap. 1. an mutus vel Surdus, Anchar. conſ. 420. col. 2., quem ſequitur Cran. conſ. 303 num. 8.

Adeo quod cum milites ſiue Equites Hyeroſolimitani ſint Religioſi, & regulares, ac ſo-
4 lemniter vota Caſtitatis Paupertatis, & Obedientiæ, emittant vt tradit Roſental. de feud. cap. 7. conc. 30. num. 10 par. 1. & ante eum Natta conſ. 507. num. 1. & Oſaſch. dec. 27. num. 18. quos ſequitur Gratian. lib. 2. diſcept. for. cap. 363. num. 20. cum plur. ſequ. quorum laudes, & inſtitutos recenſet, & cumulat D. Bimius conſ. 229. nu. 10. lib. 3. ſuccedere eos minimè poſſe in Feudis dicẽdũ eſt, vt anteſignanus probat Bal.
5 in conſ. 170. ſub nu. 2. lib. 2. & poſt eum Barbaria quos ſequitur Bonon. conſ. feudal. 17. in fin. qui
6 ex Baldo opinionem hanc de rigore iuris veriorem tradit eandem ſequuntur Cran. d. conſ. 303. num. 1. Rol. conſ. 23. num. 39. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 231. n. 9. qui in Addit nu. 28. cum ſequ. infinitos cumulauit, Prout idem copioſius ſcriptum reliquit in conſ. 54. per totum, & conſ. 519. num. 8. Roſental. dicto cap. 7. conc. 30. num. 10. par. 1. qui eam adducit rationem, quod militiæ ſuæ vſq; adeo vacare tenentur
7 Hyeroſolimitani milites, vt Domino Feudi debita ſeruitia præſtare nõ poſſint. Oſaſch. dicta deciſ. 27. nu. 18. per totam, vbi verſ. ſi erga ſcribit quod ſi alicuius homagio, vel iuramento nõ poſſunt ſe aſtringere iſti milites Hyeroſolimi-
8 tani conſequens eſt vt non ſuccedant in feudo, cuius occaſione præſtatur Homagium, & iuramentum fidelitatis toto tit. qualiter iurare debeant Vaſſal. fidel. Caner. in extrauagan. Volentes feu. 68. ſed an poſsit in militem per totum fol. mihi 187.

9 De AEQVITATE tamen admittuntur ad feuda milites Hyeroſolimitani vt probauit idẽ Bald. & cæteri in cap. 1. de milit. verſ. qui arma bel. depoſ. cuius dictum vt in ætate maturiori
10 prolatum eſſe ſcribit Neuizan. conſ. 30. ſub nu. 2., qui ſub num. 3. in fin. declarando eumdem Bal. in all. conſ. 170., inquit quod non immerito ſcripſit ibidem Bald. contrariam opinionem
11 procedere de rigore feudorum, quaſi ſentiret, quod alia debeat ſeruari in practica, tanquam AEQVA. l. placuit C. de iudic. Curt. ſen. conſ. 1. col. 6. verſ. modo ſic, vbi habetur, quod quan-
12 do Doctor aſſerit iſtud de rigore, ſentire videatur, quod aliter ſit ſeruandum de AEQVITATE n. 121. & n. 4 cum ſequ. tradit Neuiz. multa exempla, quibus inducta dicitur conſuetudo, vt Hyeroſolimitani milites in Feudis ſuccedant Neuiz. ſequitur Scapitr. de iure non ſcripto tit. de Princip. & illorum pot. cap. 11. per totum
13 Natta conſ. 507. præſertim nu. 9. & conſ. ſequ. per totum, quia mutatio ſtatus dicitur facta in melius, & etiam in melius commutaſſe arma dicuntur tex. in l. quod dicitur ff. de teſtan. mil. Natta dicto conſ. 508. nu. 7.

Præter quod vt animaduertit Roſental. cit. cap. 7. concl 30. ſub nu. 11. in fine, cum iſtorum
14 militum inſtitutum præcipuè ad arma, non autem vt diuinis pluſquam laici operam dare debeant, ſpectare videtur, in ijs locum habere nõ dicitur diſpoſit. cap. 1. de mil. Vaſſal. qui arma bel. depoſ. ſicut enim Clerici primæ Tonſuræ
15 non excluduntur à Feudis, ita milites Hyeroſolimitani, qui planè diuinis non ſunt dedicati repellendi non ſunt. Roſental. dicta concl. 30. nu. 6. in fin, & nu. 12.

Et eo magis de AEQVITATE procedere debet affirmatiua concluſio eſto quod milites
16 Hyeroſolimitani feudo ſeruire valent, per ſubſtitutum, vbi perſonaliter ſeruire non valerent
17 ad inſtar Vaſſalli, qui vbi per ſe Feudi capax eſt, non prohibetur, an probabili, aut iuſta cauſa per ſubſtitutum, aut fructuum contributionem ſeruire ten. in cap. 1. §. firmiter, vbi gloſ. In verbo alium per ſe, de prohibit. feud. alien. Roſental. dicto cap 7. concl. 30. num. 16. & cap. 8. conc. 8. num. 8. & ſequitur qui dicto nu. 16. ſubiungit, Durum, & iniquum fore, Vaſſallum ob Feudum vnum, ex quo ſe aut ſuos vt plurimum nequit alere, adeo ſeruituti debere ad-

dictum

18 dictum esse, vt nunquam fieri commodiq; sub censura magis pro Republica Christiana alio militat um aliquandiù, Domino bellum non habére abire, aut à Domicilio abesse illi foret integrum.

19 Hinc enim sequitur nullum Vassallum à diuersis Dominis, diuersa posse habere feuda quod permissum esse tradunt gl. & Doct. in cap. caeterum de Iudic. Cum rationi AEQVITATIQ; valdè consentaneũ hoc sit, vt subijcit, Rosental. d. nu. 16. in fi., & scribit in cap. 2. qu. 4., Vbi licet

20 nemo posit esse ligius duorum Dominorum gl. in Clem. Pastoral. §. rursus de re Iudic. Tamen de AEQVITATE, & benignitate hoc potius indulgendum, quam ex rigore denegandum esse

21 tradit Rosental. d. cap. 2. qu. 4. in princip.

22 Tunc enim seniori in persona seruire debet, posteriori verò per substitutum, etiam si bellum inter priorem, & posteriorem Dominum agetur cap. Imperialem §. illud quoq; vbi scribit de prohibit. feud. alien. in obligationibus enim

23 facti, qui prior est tempore, potior est in iure l. in operis ff. loc. l. 2. Cod. qui potior in pign. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feud. contra debitorem nu. 3. Rosental. cap. 8. qu. 16. in princip. p. 1.

24 Nisi posterior Dominus iam preuenisset, & Vassallus eidē iam inseruiret, Rosental. d. cap. 7. qu. 30. nu. 17. & cap. 8. qu. 12. Quae aliae vero per-

25 sonae sint incapaces feud. latiss. referuntur à Rosent. d. cap. 7. qu. 29. & 30. ex Petr. de Grego-

26 rij de conu. feud. praesertim parr. 4. quaest. 7. per totam, vbi nu. 66. scribit Hermafroditum es-

27 se feudi incapacem. Item dementem à natura, vel aliter in perpetuò imperfectom, vti mutum caecum. Rosent. d. cap. 7. qu. 29. & 28. eamdem materiam plenè examinat Fachin. contr. iur. lib. 7. cap. 34. per totum, & Azor. par. 2. Instit. moral. lib. 11. cap. 2. vers. quinto quaeritur fol. mihi 669.

Et quia alias quaestio haec, an in feudo recto admittatur Clericus in sacris constitutus Eruditissime trutinata fuit Corã hoc Excellentiss. Senatu in causa feudi Castellatij, & Castri Leonis, à quibus excludendum esse D. Don Thoma. de Aualos subdiaconum praetendebat Fiscus, eiusdem Fisci fundamẽta, hic subnectare statuí.

Pro Fisco Regio, & Ducali ne Clerici, et alij in sacris constituti ad feuda recta in Dominio Mediolani admittantur.

IN causa, quae apud Excellentiss. Mediolani Senatum agitur inter DD. Don Cesarem, & Don Carolum fratres de Aualos parte vna, & D. Don Thomam Subdiaconum itidem de Aualos parte altera pro successione feudorum, quae vltimus Marchio Vasti dicti D. Thomae frater, & dictorũ DD. Caesaris, & Caroli olim ex fratre nepotum, tempore eius obitus in hoc Mediolani dominio possidebat, Fiscus, animaduertit non parum agi de suo interesse si à tam amplissimo ordine declaretur, & Clericus ad feuda recta in hoc dominio admittatur, cum huiusmodi decisio maxime considerationis, & exempli sit futura. Siquidem resistere videntur tàm aperti iuris feudorũ textus, quam enixa, & praecisa Suae Maiestatis iussio, quae mandauit Senatui, vt in decidendis causis ius commune, Nouas Constitutiones ordines, & statuta huius dominij Mediolanensis, non obstante quacunq; consuetudine seruet. Rursus animaduertit Fiscus, quòd vbi ita declaretur Suae Maiestatis auctoritas in signum Supremi Dominij reseruata vsurpabitur, cum inuestire inhabiles ad feuda, vel permittere, vt in eis succedant de reseruatis Principi sit. Insuper animaduertit Fiscus, quod si ita declarabitur diminuetur seruitium Suae Maiestatis, causa peccãdi, ac periurandi ansa dabitur; cum Clerici nõ possint ad vnguem obseruare, ea quae in iuramento fidelitatis, per eos secundum formam fidelitatis praestando, promittunt, prout Feudatarij istius dominij solent promittere. Animaduertit etiam Fiscus, quod iustitia suas omnes partes non habebit, nec Sua Maiestas, & eius Illustriss. & Excellentiss. per tempora L. T. ex toto secuti non videbuntur, & quod plura sequi possunt absurda, & inconuenientia. Quae omnia Fiscus à longè prospiciens, vt suo tantum satisficiat muneri, credit expedire infrascripta antè oculos Excellentiss. Senatus proponere eorum solummodo habeos rationem, quae vtilitatem ipsius Fisci, & seruitium Suae Maiestatis concernunt. Si quidem Fiscus non sua interesse putat, vt potius supra sc. DD. Don Caesar, & D. Carolus, quã ipse D. Don Thomas succedant, modo ille qui successurus est, sit capax, & habilis, modo non violentur leges, non prosternatur iussio Regis nostri, & alia mala de quibus supra sequantur. Itaque pro suprascriptorum omnium intelligentia maiori Fiscus considerauit, quod illi qui tenẽt, Clericum posse succedere in feudo duobus potissimum fundamentis eorum opinionem nituntur colorare. Quorum primum est ex asserta consuetudine, quam asserunt in isto dominio obseruari, quod Clerici succedant indistinctè in feudis rectis.

Secundum est ex cap. 1. §. firmiter de prohibitione feudi alie. per Federicum, in vsib. feud. quod Feudatarij poterunt Domino seruire, vel personaliter, vel per substitutum Domino acceptabilem, vel soluendo Domino medietatem redditus feudi vnius anni.

Quibus fundamentis non attentis Fisco videtur in isto dominio Clericum de iure in feudo recto minime succedere posse, iactis prius quinque praemissis,

Primum praemissum est, quia liber feudorum est autenticus, & non minorem auctoritatem in decidendis causis habet, quam leges, & Constitutiones Imperiales, & ità est obseruandum non solum in foro contradictorio causarum feudalium, sed etiam in foro conscientiae, vltra omnes

N Ias.

28 Iaf. in præl. feudi, qui post Bal. de communi
attestatur, nisi quatenus vigeret periculum ani-
marum, & de iure sicut aliæ leges ligant omnes
Reges, omnes Gentes, & Populos nu. 4. & ideo
Fiscua asserit de iure feudorum Clericum, Mo-
29 nacũ, & Conuersum in feudo recto succedere nõ
posse, & de hoc sunt quatuor Textus ad litterã.
Primus est textus in c. 1. §. qui Clericus, si de
feudo fuerit contro. inter Dominum, & Agna-
tos ibi, qui Clericus efficitur, aut votum Reli-
gionia assumit, hoc ipso feudum amittit.
Secundus est in c. 1. de Vassallo, qui arma bel-
lica deposuit, Miles qui beneffieium tenebat, cũ
esset sine liberis venerabilem domum intrauit,
& seculo renuntiando, arma bellica deposuit,
habitumq; Religionis assumpsit, & sic Cõuersus
factus est, & in fine dicti capituli legitur, sed iu-
dicatũ est Domini, vel Agnati conditionem esse
potiorem ' eo quod desijt esse miles seculi, qui
30 factus est miles Christi, nec beneffieium perti-
net ad eum, qui non debet gerere officium.
Tertius est in cap. 1. an mutus, vel alius im-
perfectus feudum retineat, ibi quidam autem
31 dicunt, eum, qui talis natus est feudum retinere
non posse, quia ipsum seruire non valet. Sic dici-
mus in Clerico, in fæmina, & in similibus.
Quartus est in cap. 1. de feudo fæminæ ibi ex
hoc illud descendit, quod dicitur Clericũ, nullo
32 modo in beneffitium paternum debere succe-
dere, etiam si posteaquam habitum Religionis
assumpserit, postposuerit; Idem in omnibus, qui
habitum Religionis assumunt, vt Conuersi, hie
enim nec postea, in feudum succedunt, etsi quod
habent perdunt. Ex his enim quatuor Textibus
clarè apparet Clericũ nullo modo debere succe-
dere in recto feudo, quæ iura Curt. Iunior in suo
tract. de feudis in p. 3. qu. 10. nu. 16. vers. pro ista
opinione, & num. 17. & 18. alijs iuribus, & ra-
tionibus exornat, ac corroborat, & ne Fiscus
transcribat ea quæ dicit ibi Curt. ad eius
dicta se reffert. Et præter Curtium, nec non
etiam Capic. decis. 32. per tot. qui ex supra-
scriptis iuribus tenent intrepidè Clericum in
feudo recto nullo modo succedere debere. Fis-
cus addit, quod dicta iura sunt clara, adeo quod
33 non est opus aliqua interpretatione §. fin. in
Auth. de restitut. dot. & ea quæ parit, in. vnde
mens l. continuus §. cum ita, cum concordantijs
ibi adductis in glo. in verbo nullus ff. de verb.
obligat. verba enim quando clara sunt necesse
non est iuris interpretationem obijcere, sed
prout cantant ita seruari debent Alex. cons. 100.
34 nu. 4. lib. 4. Roman. cons. 126. nu. 1. Crauet. cons.
239. nu. 14. præsertim quando sunt clara, & ex-
35 pressa, prout sunt supra allegati Textus, & quã-
do casus est in iure expressus ibi nulla dubitatio
36 vulg. l. ancillæ C. de furt. & lex; & si sit dura, &
iniqua, est seruãda l. prospexit ff. qui & à quibus
37 manu. fieri potest, nam vbi lex pedes figit, non
licet vltra transgredi. Glos. pen. quæ est ordina-
38 ria in l. si non fuerint ff. pro soc. Cæpol. de simul.
contract. num. 29. quia quando habemus legem
frustra quærimus rationem arg. l. non omnium
ff. de legib. probatur in l. Gallus § si eius, & ibi
notant Doct. omnes Imola in 3. notab. num. 49.
Alex. not. 2. nu. 2. Ias. 5. not. n. 16. vbi id verũ dicit
licet neget probari in illo tex. ff. de lib. & posth.
Et licet Fiscus habeat suprascriptos textus ita
claros, & expressos quod non egeat pro eius in-
39 tentione fundanda aliqua auctoritate Doctorũ
cum lex ante omnia sit seruanda l. leges vt ge-
nerales de legib. c. 1. & ibi tradunt Doct. omnes
de constitut. instit. de offic. Iudi. in prin. tamen
ad tollendam omnem hesitationem dicit, quod
huius opinionis scilicet, quod Clericus ad feu-
40 da recta non admittatur; Fuit Bart. in l. de qui-
bus nu. 40. ff. de legib. authen. ingressi nu. 35. C.
de Sacros. Ecclesijs Curt. Iun. d. 3. p. quæst. 10. vbi
hanc quæstionem pulchrè ad partes disputat, &
tenet partem negatiuam, vbi dicit esse de iure
veriorem, & communiorem num. 22. hanc dicit
esse communem Clarus in §. feudum quæst. 78.
vers. & hæc omnia circa fin. Osas. decis. pedem.
27. nu. 4. vbi ait, quod vera, & communis legista-
rum, & Canonistarum conclusio, est, Clericum,
vel alium qui religionem nouerit, præsertim si
in sacris constitutus sit, regulariter feudum re-
tinere, vel in eo succedere nõ posse, quia textus
sunt admodum aperti, qui citra cauillationem
tolli non possunt, & allegat ibi Osas. suprascrip-
tos textus, & quamplures Doctores Canonistas,
& Legistas qui hanc opinionem tuentur, com-
munem esse etiam asserunt Io. Baptista Vince-
mala in 1. cons. primi vol. Consiliorum diuers.
feud. nu. 122. & 123. Ioan. Gallicus, cons. 2. num.
102. eo vol. Ioan. Scheneiduuini in suo epitome
feud. c. de success. descen. Mascul. nu. 24. fol. mihi
150. Thomas Aminad. in suo tract. feud. super
Constit. Reg. in verbo filiorum nu. 5. Nicolaus
Intrigoli. in suo tract. feud. qu. 30. nu. 3. 4. & se-
quen. Io. Bolognet. in cons. 5. num. 26. & sequen.
lib. 1. hanc eamdem opinionem tanquam verio-
rem, & magis communem Camera Imperialis
obseruat, & secundum eam iudicatur per eam-
dem Cameram Imperialem teste Mysinger. sin-
gularium obseruat. Cent. 5. concl. 48. num. 8. &
prædicta iura, & communis non solum proce-
41 dunt in Clerico, idest Sacerdote, verum etiam
in quolibet in Sacris constituto, prout est sub-
dicemus ità Bald. in d. §. qui Clericus in prin. re-
fert, & sequitur Curt. Iun. in d. 3. parte qu. 10. nu.
16. vers. pro ista opinione negatiua.
Secundum præmissum est, quod etiam ex No.
Constit. sub rubrica de feud. c. ne beneffitiorum
42 vbi fæminæ prohibentur succedere in feudis
rectis, & quia ibi nulla mentio fit de alijs inca-
pacibus ad feuda prout sunt Clerici, Monaci,
Conuersi, & alij similes, & sic ex identitate ra-
tionis secundum Nou. Constit. est de eis sicut
43 de fæmina iudicandum siquidem in materia
feudali, fæmina Clericus, Monachus, Conuer-
sus, & alij similes incapaces æquiparantur per
tex.

fex. in d. c. 1. an mutus Alex. cons. 10. nu. 16. vers. pari ratione, ergo dicendum est idem in fœmina, quæ in materia feudali æquiparatur Clerico vol. 5. Natta cons. 507. nu. 14. lib. 3. Osas. d. decis. 27. nu. 15. Io. Bologn. d. cons. 5. nu. 13. & 14. Lauren. Siluan. cons. 3. nu. 59. vol. 1. communem dicit Intrigl. qu. 29. num. 55. post Menoch. cons. 443. nu. 33. & 66. lib. 5. & quando duo in lege veteri sunt æquiparata dispositio nouiter edita in vno
44 extenditur ad aliud l. quod verò ff. de leg. l. si quis serno C. de furt. & hoc procedit, quando illa noua dispositio emanat propriè in eadem materia, in qua erat facta æquiparatio à veteri lege alias non, c. 1. cum glos. in verbo declaramus Ne Clerici, vel Monaci in 6. cap. licet Canon. & Glos. in verbo Parochialis Ecclesia de elect. in 6. Alex. cons. 207. nu. 26. lib. 6. Ias. in l. si constante nu. 29. & 30. & Ripa nu. 69. ff. soluto matrimonio, idem Ias. in §. ex maleficijs nu. 43. institut. de action. Paris. cons. 49. nu. 59. 85. 86. & 87. lib. 3. hanc dicit esse communem opinionem Osas. decis. 147. post Ripam d. nu. 69., & quod ab hac opinione non est recedendum in consulendo, & iudicando.

Quapropter cum ex dicto cap. ne benefficiorum, fœmina excludatur à successione feudi recti, ita est dicendum de Clerico, cum sint equiparati à lege veteri, & præsertim quia licet iura
45 feudorum sint singularia quod non possint extendi ad decisionem aliarum causarum, tamen ad decisionem similium causarum feudalium possunt extendi ita Isern. post Bart., & alios in d. l. de quibus nu. 26. ff. de legibus, & Fisco nulla videtur differentia inter Clericum, & fœminam, quia sicut Clericus est de agnatione, & ex descendentibus, ita & fœmina, imo fœmina aliquando poterit Domino esse vtilior, quia poterit occasione feudi, & eius diuitiarum, matrimonio copulari cum aliquo strenuo milite, etiam inimico, ob quod matrimonium seruitium ingens, & vtile Domino poterit redundare, & de hoc
46 poterunt quam plura exempla adduci, quę breuitatis causa omittuntur.

Tertium præmissum est, quod de iure feudorum non legitur aliquem religiosum esse habilē
47 ad succedendum in feudo præter Episcopos, vel Abbates, vel ratione personarum eorum, vel Ecclesiæ in c. 1. §. fin. de Capit. Corrad. Thomas de Marinis in suo tractat. de feudis in verbo ammittitur nu. 144. vers. concludendum est igitur quod Episcopi, vel Abbates permissu Domini possunt possidere feuda temporalia pag. mihi 176. Clar. in §. feudum d. quæst. 78 in fin.
48 vbi etiam loquitur de Cardinalibus. Contrarium tamen quo ad Cardinales tenet Thomas Aminador. in d. suo tractat. de feudis vers. filiorum nu. 5. & 6.

Quartum fundamentum est ex ordinibus Suæ Maiestatis diei 7. Aprilis 1581. editis in Canobio Thomar. in c. 4. quod incipit sotto colore di arbitrio, che le dette Constitutioni coll cedono al Tribunal vostro, S. Maiestas in eo capitulo mandat, quod in decidendis causis tàm ciuilibus, quàm Criminalibus obseruarentur ius cōmune Nouæ Constitutiones, ordines, & statuta istius Dominij antiquara quacunq; consuetudine ibi, vt ordiniamo, & espressamente vi cōmandiamo, che di quà auanti nel giudicare le cause Ciuili debbiate seguire, & guardare la ragione commune, le Constitutioni, gli ordini, & li statuti di coteſto Stato, senza alontanaruene in alcun modo, dechiarando, che nostra mente nō è, ne vogliamo, che per virtù delle dette Constitutioni potiare nell'auenir vsare de altri Arbitrij, che di quello, che la ragione vi permette, & in fine eiusdem capituli legitur, non ostante qualsiuoglia costume, ò possesso nel quale siate stato, perche quello più propriamente è di chiamarsi abuso, e corrotella, onde come tale deue cessare, & in fine dictorum ordinum Sua Maiestas mandauit prædictos omnes ordines ad vnguem; & in concursu debere obseruari per hæc verba, & tutto questo che in questa nostra lettera si contiene, terrete, guardarete, & compirete per inanzi, senza eccedere, ne in tutto, ne in parte (come è detro, & voi douete fare) per legge, instruttione, & decreto inuiolabile, che per tale ve lo diamo. & vogliamo che da voi sia preso, tenuto, & fedelmente essequito.

Quintum, & vltimum præmissum pro exradicando primum fundamentum tenentium contrariam opinionem, viz. Clericum in feudo recto posse succedere, dependet ab illa quæstione, an si lege, vel statuto simpliciter dicatur, non obstante quacunq; consuetudine in contrarium faciente, prout in memorato ordine S. Maiestatis ibi non obstante, & ibi; onde come tale debba cessare, an ista clausula non obstante habeat vim clausulæ derogatiuæ ad consuetudines non
49 solum præsentes; Verum etiam ad futuras Castren. in d. l. de quibus nu. 18. ff. de legibus dicit, quod ambas consuetudines tollat per auth. Nauigia. C. de inst. auth. Cassa. C. de Sacrosi. Ecclesijs, auth. Itaque C. communi success. cōmunem dicit ibi Ias. nu. 55. post Doct. in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat. 1., vbi Barr. nu. 4., & ibi Barbat. in addit. in littera C. Bald. nu. 3. vers. extra, & hanc decisionem esse veriorem, & magis communem dicit Alex. in d. §. in legatis nu. 8. Paris. cons. 10. nu. 8. lib. 4. & in terminis feudorum Petrus de Rauena in suis allegationibus in materia feudorum vers. si præcedat pag. mihi 467. præsertim quādo dicta consuetudo est irrationabilis, cum sit contra ius commune, & sic contra ius feudorum scriptum, & sic dicitur corruptella Antonius de Butrio in c. fi. col. 10. vers. ex his concluditur differentia consuetudinis de consuet. Milus in suo repertorio in verbo consuetudo irrationabilis fol. mihi 89.

His itaq; quinq; præmissis factis ad Fisci fauorem, vtpotè quod Clericus in feudo recto nō succedat elliciuntur quatuor conclusiones.

Prima est, quod de iure feudorum, & ex veriori, & magis communi Doctorum, tàm Canonistarum, quàm legistarum sententia Clericus in feudo recto succedere non potest vtsupra in primo præmisso probatum fuit.

Secunda conclusio est, quod attenta æquiparatione, quam in successione feudi ius feudorū facit inter fœminam, & Clericum, & in No. Constit. in tit. de feudis in c. ne beneffitiorum fœmina prohibetur in feudis succedere, nec ibi de Clerico vllum verbum legitur, prout in secundo præmisso est probatum Fisci iuditio est dicēdum de iure No. Constit. Clericum nullo modo succedere posse in feudo.

Tertia conclusio est, quod de iure feudorum, vt in primo præmisso est dictum Clericos in sacris constitutos etiam Subdiacones nullo modo in feudis succedere debere, vt in primo præmis-
49 so, & in prima conclusione est dictū præter Episcopos, & Abbates, & cap. 1. §. fin. de capitulis Corrad. vt in tertio præmisso est probatum, &
50 exceptio in casibus non exceptuatis confirmat regulam Dec. in l. 1. n. 21. & ibi cōmuniter Doct. ff. de reg. iuris, & regula est quod Clerici non possunt succedere in feudis rectis, & exceptio est de Episcopis, & Abbatibus, igitur quo ad alios Clericos, Monacos, & Conuersos firma regula remanet, quod in feudis non succedant.

Quarta, & vltima conclusio est, quod attento recitato capitulo quarti ordinis S. Maiestatis de quo supra in quarto præmisso, & ijs quæ dicta sunt in quinto, & vltimo præmisso per dictū capitulum quartum dicti ordinis S. Maiestatis de Thomar omnes consuetudines, quæ erant introductæ in iudicando, & decidendo causas ab Excellentiss. Senatu contra id, quod disponebat ius commune No. Constit., ordines, & statuta fuerunt abrogata, irrita, & cassa, & secūdum dictas assertas consuetudines à die publicationis dict. ordinum citrà nullo modo Sen. Excellentiss. potest, nec debet causam aliquam decidere.

Quapropter cum in præsenti casu de iure feudorum sit clarum, prout in primo præmisso est demonstratum, & in prima conclusione dictum, quod Clerici in feudis non possint de iure succedere post promulgationem dictorum ordinū S. Maiestatis Senatus Excellentiss. attenta quacunq; consuetudine non potest iudicare, nec declarare Clericos in feudis rectis de iure posse succedere, demptis Episcopis, & Abbatibus, maximè quia ipsa asserta cōsuetudo, ob quā dicunt Clericos in isto dominio in feudis rectis
51 posse succedere, est irrationabilis, quia est contra ius scriptum feudorum, quod ligat omnes, vt in principio primi præmissi ex Iaf. fuit ostensū tum etiam quia consuetudo, quæ est contra ius irrationabilis est, prout supra est dictum ex Butrio, & Milio, & dicitur quoq; corruptella. Adeo
52 quod nulla præscriptione iuuatur, etiam si sit tanti temporis, cuius memoria hominum non extat in contrariū Petrus de Rauen. d. suo tract. vers. damnata consuetudine post Doct. in c. si consuetudinem 8. distinct. pag. mihi 449.

Ex hac quarta conclusione infertur, quod licet de præsenti Sen. Excellentiss. attento præcitato ordine Suæ Maiestatis non possit iudicare, nisi secundum ius scriptum, & non secundum aliquam consuetudinem, stāte abrogatione omnium consuetudinum. Tamen si rectis oculis actus præcedentes dictum ordinem S. M. inspiciantur, non potest dici aliquam consuetudinem legitimè fuisse introductam ad admittendum Clericos ad feuda in præiuditium S. M. ignorātis de dicta consuetudine.

Quia ad inducendam consuetudinem requiritur inter alia, quod de Principis supremi sciē-
53 tia, & patientia constet, ita Inno. in c. 1. num. 4. vers. Item vbi populi est iurisdictio. Anto. de Butrio in c. fin. 10. carta col. 1. de consuet. Milus in d. verbo consuetudo fol. mihi 89. & præsertim in his quæ sunt reseruata Principi in si-
54 gnum Supremi Dominij ita Rol. à Valle cons. 2. num. 124. lib. 1. & feudistæ omnes, & præcipuè Aluarotus Præpositus in c. Imperialem §. præterea. de prohibit. feudi aliæ per Federicum. Ratio est in promptu, quia sicut nō possunt Offi-
55 ciales inferiores Principi expressè preiudicare, ità nec etiam tacitè consentiēdo, quod consuetudo inducatur, & quemadmodum nec Excellentiss. L. T. S. Maiestatis in isto dominio non habent auctoritatē infeudandi aliquem de feudis istius dominij, nec etiam ea alienandi sine expresso eius ordine, in scriptis, quia inuestire de feudis, & ea alienare, etiam si alias inuestita bona feudalia fuerint, vel alienata solum spectat
56 ad S. Maiestatem in signum supremi Dominij, argumento eorū quæ tradit Boss. in tit. de Princip. nu. 87. ita etiam permittere, & declarare, vt inhabiles in feudis succedant, spectat etiam ad S. Maiestatem in signum supremi Dominij, nec Illustriss. eius L. T. nec Senatus, nec aliud Tribunal habet hanc auctoritatem, quia talis admissio, & declaratio fit per Principem superiorem ex eius pura, & mera libertalitate, vt infra dicetur.

Quapropter cum Excellentiss. L. T. non possint inuestire aliquem de feudo, nec feuda alienare, nec etiam possunt declarare incapaces ad feuda admitti debere per regulam, quod eius
57 est nolle qui potest, & velle, & qui non potest velle, nec etiam nolle ex regula eius est nolle ff. de reg. iur.

Et ob hanc causam Excellentiss. D. Antonius à Leiua anno 1536. Don Ferrandus Gonzaga anno 1548. & Cardinalis Tridētinus anno 1556. considerantes, quod ad eos non spectabat admittere ad feuda incapaces in fine iuramenti fidelitatis in manibus eorum præstiti, per tunc omnes Feudatarios istius dominij fuit apposita clausula in fine formæ iuramenti, vlz. reseruatis quibuscunque iuribus S. Maiestatis, & tertij. & ipso-

ipsorum N., & citrà ipsorum iurium aliquam
approbationem, vel improbationem, per quas
reseruationes nullo modo potest dici prædictos
Excellentiss. L. T. habuisse animum ad inducen-
dam consuetudinem aliquam effectus, vt inca-
paces, prout sunt Clerici ad feuda admittantur,
58 quia per tales reseruationes nullum præiuditiū
infertur ita tex. in l. litibus §. sin autem C. de
agri. & censi. lib. 10. Doct. in l. non solū §. mor-
te ff. de operis noui nunria., & in c. cum M. Fer-
rariensis de Constit. Paris. cons. 13. nu. 12. lib. 1.
cons. 70. nu. 19., & 20. lib 3.

Minusq; inducta fuit consuetudo aliqua ex
exemplis adductis de Inuitiss. Imperatore Ca-
rolo Quinto, & de alijs retroactis Illustrissimis,
& Excellentiss. Ducibus Mediolani qui inuesti-
59 uerunt Clericos in feudis rectis, seu promisse-
runt, vt in eis succederent, quia id ex mera gra-
tia fecerunt habilitando incapaces ad feuda,
prout infra probabitur.

Ac tandem non est habenda ratio exemplorū
aliorum, quod Senatus, & Magistratus Extraor-
60 dinarius aliquando declarauerint ad fauorem
Clericorum, vt in feudis rectis possint succede-
61 re. Quia vltra quod legibus, & non exemplis est
iudicandum. l. nemo Iudex cum concordantijs
ibi adductis in gl. in verb. sed legibus C. de sen.
& interloqut. omnium iud. Per dicta exempla
nullo modo potest dici, quod aliqua legitima
consuetudo fuerit inducta, vt Clerici in feudis
rectis succedant, quia non apparet de scientia,
& patientia S. M. prout supra est dictum, quod
requiritur cum consuetudo non possit induci,
nisi ab habentibus potestatem legis condendæ l.
62 de quibus ff. de leg. Hinc est, quod dicit Bart. in
63 l. 1. in fin. ff. de legib., quod mos, & consuetudo
mulierum non introducunt consuetudinē, quia
mulieres non possunt legem cōdere, & sequitur
dictus Petrus de Rauena d. tract. pag. mihi 463.
vbi etiā dicit si caueatur statuto Ciuitatis, quod
Sindici Villarum teneantur denuntiare mallefi-
cia, & quædam Villa stetit per centum annos,
quod in ea non fuerunt denunciata malleffitia,
tamen ista consuetudo est inualida, cum illi de
Villa non habeant potestatem condendi statu-
ta, nisi ista consuetudo esset expressè approbata
per superiorem, tum etiam quia concedere feu-
da, vel alienare, vel vt quis in eis succedat est de
reseruatis S. M., & quod ista asserta consuetudo
est irrationabilis cum sit contra ius scriptum
feudorum, & corruptella, adeo quod consuetu-
dinis nomēn non meretur, nec super ea fieri po-
test aliquod fundamentum ad declarandum, vt
Clerici in feudis succedant, prout supra est de-
monstratum.

Pro confutatione secundi fundamenti partis
affirmatiuę, quod Clerici in feudis possint suc-
64 cedere ex cap. 1. §. firmiter de prohibit. feud.
alien. per Feder. est prēmittendum, quod Curt.
Iun. in dicto tract. de feudis parte tertia qu. 10.
sex argumenta pro parte affirmatiua adducit,
& quintum est sequens, inquit ibi igitur Curt.
nu. 14. vers. 5. pro eadem opinione vltra allega-
ta faeit secundum aliquos alios modernos text.
in c. 1. §. fin. de capit. Corrad. Idem etiam tenuit
Ioan. Raynaldi in suo compendio feudorum in
c. Imperialē §. firmiter circa 18. col. de prohibit.
feud. alienat. p Federic. vbi dicit Clericū admitti
65 ad successionem feudi, si Dominus velit. c. 1. §.
fin. de capitulis Corrad. Postea instat, quomo-
66 do seruiet Domino in bello. Respondet, quod
Clericus in sacris non pugnabit propter sangui-
nis effusionem, & propter timorem irregulari-
tatis c. 1. de Cleric. pugnan. in duello, sed horra-
bitur alios pugnatores in arie belli allegat Ioan-
nam Blanc. Marsiliensem in sua summa in tit.
quibus modis feud. amittat vers. sed quid si
Clericus, vel poterit seruire per substitutū Do-
mino acceptabilē, vt vulg. glos. in c. 1. de benef-
fitio fæminæ hæc Curt. istud argumentum indu-
citur pro parte negatiua ponderatis verbis il-
lis, vbi dicit Clericum admitti ad successionem
feudi si Dominus velit, quod Clericus admitta-
67 tur ad successionem feudi recti, si ita Domi-
nus voluerit, quæ voluntas debet esse expressa,
ita Felin. in c. in præsentia nu. 47. ibi Nihilomi-
nus si expressè actum est, quod in feudo succedat
Dec. nu. 84. & 85. ibi quia eo ipso fæmina habili-
tata reperitur, de probat. Alex. d. cons. 10. n. 16.
vol. 5. ibi quod quando conceditur feudum ei,
qui iam est Clericus, et sic ei qui consueuit re-
putari inhabilis secundum naturam feudi con-
cessio valebit, si Dominus illum esse Clericum
68 sciebat, sequitur Osas. d. decis. 27. num. 15. & In-
trigliol. in sua centuria feudi qu. 54. nu. 61. post
Curt. in d. qu. 10. nu. 30. ibi 3 limita, nisi Cleri-
cus de nouo inuestiretur à Domino sciente ipsū
Clericum esse, quia tūc posset feudum retinere,
& talis concessio, quæ fit per Dominum Cleri-
69 co, vel alij inhabili ad succedēdum in feudo di-
citur per gratiam fieri, & eo in casu per substitu-
tum poterunt Domino seruire, ita Andreas de
Iser. in d. §. qui Clericus num. 6. Osas. d. decis. 27.
nu. 16. Bolognet. d. cons. 5. nu. 27. lib. 1. Intrigliol.
d. qu. 54. nu. 60 & 78. Iacobutius de Franchis ad
titulū de his qui feud. dare possunt vers. & quia
vidimus nu. 58., & 59. ex quibus omnibus colli-
gitur, quod dictus §. firmiter. non procedit in
Clerico, nec in alio inhabili, nisi ex gratia Prin-
cipis fuerit inuestitus de feudo recto, vel quod
promiserit scienter in eo succedere, prout ostē-
dunt verba suprascripti argumenti partis affir-
matiuę, ibi, si Dominus vellit, & nulla est maior
70 probatio, quam ea quæ desumitur à parte
Mascard. de probat. qu. 10. nu. 51. & sequen., Nec
possunt aliter dicere tenētes affirmatiuam, quia
per verba illa si Dominus vellit approbant d. §.
firmiter in Clerico non posse procedere, nisi Do-
minus vellit scienter in feudo recto admittatur,
quia allegant d. §. firmiter, & doctrina Doctoris
71 est intelligenda secundum legem, quam allegat
iurib. vul. idem dicit Thomas de Marinis d. tr.

de feud. in verbo constit. Regni versic. ammittitur etiam feudum num. 144. ibi quod verior est opinio contraria, & magis obseruata, & allegata per ipsos leuia sunt, quibus respondere minimè necessarium fuit visum, nisi vnico tantũ fundamento, quod fit de tex. in c. 1. in d. §. firmiter de prohibit. feudi alie. per Feder., vbi in publica expeditione vocatus à Domino suo si non
72 venerit, vel alium pro se omnino acceptabilem mittere contempserit feudo priuatur, in quo textu concedi videtur seruitium fieri per substitutum. Nam respondere possumus dicta in d. §. firmiter procedere, quando Vassallus de per se est habilis, idoneusq; erat ad seruiendum, nimirum si sibi conceditur facultas mittendi substitutum, prout colligi potest ex traditis in c. 1. vers. Si de minori si de feud. fuerit controuers.
73 Secus vero in Clericis, alijsuè religiosis, quibus prohibitum est arma bellica exercere, nec spes vlla est, vt habiles de cætero fiant, vt dicitur in c. 1. in fi. an mutus, vel alius imperfectus, vbi huiusmodi personæ Ecclesiasticæ mutis, & surdis à natura equiparantur, qui nec etiã per substitutum seruient.

Concludendum est igitur non obstante consuetudine in contrarium veriorem esse opinionem, Clericos in sacris constitutos, aliosq; Religiosos minimè seruire posse per substitutum, Et aduertant iuniores, ne decipiantur sub intelligentia terminorum, siquidem multa sunt intra feudalia permittẽtia Clericos, Religiosasq; personas posse feuda tenere, vt dicitur in tit. Episc. vel Abb., & in tit. de Clerico qui inuestituram fecit, & in c. 1. qui succed. ten., & in c. 1. §. fin. de capitulis Corrad., & in alijs iuribus, quæ omnia
74 intelligenda sunt, vel procedere in feudis Ecclesiasticis quæ ab Ecclesia dependent, vel de feudis temporalibus, quæ ab Ecclesiasticis personis permissu Domini possidentur; si quidem Dominus ex certa scientia potest permittere, sua feuda per Religiosos teneri, illosq; admittere ad seruiẽdũ per substitutum, censentur enim tacitè conuentum inter dantem, & accipientem concessionis tempore, vt seruitium per substitutum fiat ob qualitatem, conditionemq; personarum, quibus concessum fuit benefitium, vt traditur in c. 1. in prin. de feudo feminæ Felin. in c. in præsentia nu. 46. de probationibus hactenus Thomas de Marinis, & quod ita intelligatur d. §. firmiter tantum de habili ad feuda, tenent Bald. in l. quisquis vers. primo casu, & Salic. nu. 2. C. de Episcopo, & Cler., Ex his alijs colliguntur quatuor conclusiones.

Prima est, quod nec Clerici, nec alij inhabiles in feudis rectis secundum feudi naturam succedere possunt, nisi Dominus voluerit eis gratiam facere, & de incapacibus capaces reddere, vt in feudis possint succedere.

Secunda est, quod habilitati per Dominum scienter ad feuda poterunt per substitutum seruire.

Tertia est, quod dictus §. firmiter procedit in habilibus ad feuda, & in feudis Ecclesiasticis, non autem in temporalibus, nisi Dominus sciẽter velit admittere incapaces ad feuda.

Quarta conclusio est, quod nullus habet auctoritatem admittendi incapaces, vt in feudis rectis possint succedere, nisi Dominus ex gratia sciens talem esse inhabilem, eum gratiando habilem reddiderit.

Vltra suprascripta Fiscus his sex argumentis tenet Clericos de iure admitti nõ posse ad succedendum in feudis rectis.

Primum est, considerata forma fidelitatis iuramenti, quod solent præstare Feudatarij istius
76 dominij, quia iurant ad formam fidelitatis nouæ, & veteris in vsibus feudorum, propter quas dicunt Curt. iun. d. quæst. 10. n. 18. vers. 6. & vlt. & Thomas de Marinis in dicto vers. Ammittitur num. 139. pag. mihi 227. quod Clericus dicitur facto suo, factus inhabilis perpetuo ad faciendũ ea quæ in iuramento dictarum bonarum formarum fidelitatis veteris, & nouæ continentur. Quia omnia ibi expressa censentur Clericis interdicta. Vnde cum non possint illa adimplere de neganda est feudi inuestitura c. 1. §. nulla per quos fiat inuestitura, & hæc ibi Curt. dicit, est fundamentalis ratio prohibendi Clericos, & Religiosos à successione feudi ex dicto c. 1. de Vassallo, qui arma bellica deposuit, ponderando ibi verbum debet, & Thomas de Marinis d. nu. 139. quod ista est verior, & receptior opinio, & secundum eam iudicatum fuit, & ratio est in promptu Fisci iuditio, licet à suprascriptis Doctoribus non allegetur, quia iurans secundum formam nouæ, & veteris fidelitatis tenetur ad
77 seruitium personale, etiam militare, ita Osasc. decis. 27. n. 8. & 9. post Alex. Affli. &., & Aluarot. Io. Baptistam Vincemalam d. consi. 1. nu. 123. in primo vol. diuer. cons. feud. Plotus cons. 44. nu. 4. lib. 1.

Secundum argumentum est, quia attento iuramento fidelitatis, quod præstant Feudatarij huius dominij, etiam secundum formam nouæ, & veteris fidelitatis, Clerici tenentur ad seruitium personale, & etiã militare, quod Religiosis
78 est prohibitum propter sanguinis effusionem, & propter timorem irregularitatis c. 1. de Clerico pugnan. in duello, & ideo dato, sed non concesso, quod adesset consuetudo, quod Clerici admitterentur ad feuda, quia talis consuetudo
79 inducit pronitatem ad peccandum, sicq; non valeret cap. ex parte de consuetudinibus, prout etiam dicitur de statuto secundum Abbatẽ ibi,
80 & ratio est, quia lex debet esse rationabilis sancta, & honesta c. erit autem lex quarta distinct. sequitur Petrus de Rauen. in dicto suo tract. vers. tamen non valet consuetudo inducens pronitatem ad peccandum pag. 461.

Tertium argumentum est, quod Clerici sicut Laici, tenentur iurare fidelitatẽ Domino, Curt.
81 dicto tract. de feud. part. 2. qu. 4. nu. 38. Aluarot.

in

in c. 1. col. vltima qualiter Vassallus iurare debeat fidelitatem sequitur Intrigl. de feud. quæst. 56. num. 216. prout etiam iurant in hoc dominio personæ Ecclesiasticæ, vt ex fidibus Io. Baptistæ
82 Montij Secretarij, & etiam quando Ecclesia ha-
83 bet feudum à Principe temporali, tenetur fidelitatē præstare nomine Prælati Bald. in prælud. feud. nu. 37. Intrigl. d. qu. 56. nu. 223. & sequen.,
84 & iuramentum in forma specifica debet seruari glos. ordinaria in l. si pecuniam in verb. necesse habeas ff. de conditione causa data, & etiam iu-
85 ramentum, & si sit damnosum sine interitu salutis æternæ in specie debet obseruari c. cū contingat de iure iuran. cum concordantijs Osas.
86 decis. 92. nu. 22. nec iuramentum potest mutari de vno ad aliud propria auctoritate, cum factum sit Deo, & obligationē in D.O.M. dirigat, Doct. in c. ad nostram. in primo, vbi Felin. nu. 12. vers. ex quo intellectu. de iure iurādo Curt. post Abb. in d. tract. de feudis par. 2. quæst. 2 num. 67. Afflict. decis. 162. vbi dicit hanc esse communem à qua Vrsillus ibi in additio; inquit in iudicando, & consulendo non est recedendum, Osas. d. decis. 92. nu. 19. & 21. si igitur Clericus admittitur ad feuda recta, & iurat, prout solent alij Feu-
87 datarij iurare, tenentur ad seruitium personale etiam militare, & consequenter pugnare in propriam personam, quod non debet facere propter sanguinis effusionem, & irregularitatis timorē ex d. c. 1. de Clerico pugnante in duello, si verò non pugnabit in propriam personam efficitur periurus ex suprascriptis, & ideo ad euitanda dicta peccata est dicendum, vbi Clerici iurent, prout solent cæteri Feudatarij istius dominij
88 iurare, quod Clericus nullo modo debet admitti ad feuda causa peccatum euitandi, quia opinio tutior, est pro anima tuenda Clemen. exiui §. item quia, & ibi Card. de verborum significatione c. Presbiteri 48. distinc. c. inuenis de sponsa.
89 cum anima sit pretiosior corpore c. cum infirmitas de pænitentijs, & remiss. & est præferen-
90 da cæteris rebus corporalibus l. sancimus C. de Sacrosan. Ecclesijs c. præcipimus 12. qu. 2. c. solite, de maioritate, & obedientia.

Quartum quia si Clericus admittitur in feudis rectis iustitia suum complementum non habebit, quia si Clericus crimen læsæ Maiestatis commiserit, vel feloniam, cum multi, & mirabi-
91 les sint effectus fidelitatis, de quibus per Afflict. decis. 265. nu. 40. & sequen., & decis. 307., si quidem pro isto atrocissimo crimine læsæ Maiestatis ex No. Constit. in primo capite, est imposita pæna, quod scindatur in frusta, & in locis emi-
92 nentioribus Ciuitatis affigantur, & bona eorū, tàm allodialia, quàm feudalia publicentur, & puniantur eorum ascendentes, & descendētes,
93 & in secundo capite est imposita pæna vltimi suplicij, vltra alias pænas à iure communi introductas, & eadem pena est imposita de iure communi ita attestante Clar. in §. læsæ Maiestatis versiculo sed quæro, & nihilominus licet Cleri-

cus Feudatarius, attento iuramento fidelitatis per eum præstito, si commisit feloniam incidat in dictum crimen læsæ Maiestatis, etiam in illis casibus in quibus non iurans minimè incideret. Clem. Pastoralis §. denique de re iud. Serafi. de Serafinis de priuilegijs iuramēti priuilegio 173.
94 tamen non poterit per Dominum puniri in suprascripta pæna, sed tātum poterit priuare eum feudo, & bannire prout fecit Rex Salomon, vt legitur in tertio Regum c. 2., vbi Salomon Rex propter conspirationem factam contra eum per
95 Abyatar Sacerdotem, illi dixit, vade in Athaod agrum tuum, & quidem vir mortis es, sed te hodie non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo & substinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit Pater meus. Fecit ergo Salomon Abyatar, vt non esset Sacerdos Domini. & etiam dicitur de Cardinali
96 Bellua, qui commisit crimen læsæ Maiestatis in Ludouicum Regem Francorum, qui in carceribus eum intrusit, & exinde è regno eiecit, refert Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius secunda decis. vxorem nomine Adelasiam num. 164, & 165. de restamen., & quod criminaliter contra Clericos feudatarios Dominus feudi nō
97 possit procedere asserit Farin. qu. 8. nu. 22. q. 41. nu. 3. coniunctō nu. 14. vers. & ideo quia iustitia totum complementum suum non consequetur, est dicendum Clericum non debere in feudo recto succedere.

Quintum argumentum est, quia si Clerici admittantur ad feuda, quia criminaliter à Domino
98 non possunt puniri pæna corporali, quæ etiam si minima sit in nobili est maior qualiber pæna pecuniaria magna l. in seruorum ff. de pænis, sed solum pecuniaria in priuatione feudi, & quia habent castra, & fortalitia, & aliquando sunt consiliarij Domini, poterunt reddi audatiores ad committendum aliquod delictum contra Dominum, sub prætextu, quod pæna corporali non possunt puniri, & quod ille pro quo offendit Dominum, poterit ei maiora feuda conferre, &
99 idcò conuenit pro maiori securitate Domini, vt Clerici in feudis non admittantur, & habemus exemplum de Pallauicino Vicecomite, qui in itinere Illustriss. & Excellentiss. Ducem Frāciscum Sfortiam secundum eius Dominum, dum ab hac Ciuitate Mediolani Modoetiam se conferret, in eum sclopum explosit, ac vulnerauit, &
100 vt aliqui dixerunt de mandato Francisci tunc Regis Francorum, sub spe maioris præmij, quam à dicto Excellentiss. Duce haberet, & cum non potuisset illum corporaliter punire, nec tormētis subijcere, vt socios, & mandantes facinoris propalaret, eum præfatus Excellentissimus Dux interfeci iussit, & sic peccauit, & incidit in excommunicationem præfatus Dux, qua propter, vt securior Dominus fiat, idest S.M., vel eius Excellentissimus L.T. pro tempore, conuenit quod Clericus ad feuda non admittatur.

Sextum, & vltimum, qui si Clericus in Sacris con-

cōstitutus ad feuda admitteretur, quia per substitutum posset seruire, vel soluere medietatem redditus vnius anni, sequeretur etiam, quod Monaci, & Conuersi, & alij inhabiles ad feuda
101 deberent admitti, cum in successione feudi in iure æquiparentur, & ita in terminis tenent Thomas de Marinis in dicto Verbo admittitur num. 145. pag. mihi 231. & Nicola. Intrigl. de feudis qu. 54. nu. 49. 55. & 58., & poterunt remanere feuda in Monasterio, ex dicto Intrigliol. d. qu. 54. nu. 52. & 53., & restringeretur seruitium S. Maiestatis, quia numerus feudatariorum diminueretur, qui possent seruire S. Maiestati personaliter militādo, ergo ne inferatur istud damnum S. Maiestati, & alia suprascripta non sequātur Fisci iuditio est dicendum, quod nullo modo de iure inscia S. M. Clericus admitti debet in feudis rectis, & in omnem casum, vbi Senatus Excellentiss. nollit excludere Clericos, saltem superfedeat à publicatione votorum, & sententiæ, donec vnusquisque ex Magnificis DD. Senatoribus votum suum cum rationibus Suæ Maiestati refferat, & ab eadem Maiestate responsum habeatur, quod Fisci iuditio ita fieri debet, attenta magnitudine, & grauitate istius negotij, & consequentiarum, quæ poterunt sequi, si declaretur ad fauorem Clericorum, inconsulta de suprascriptis Sua Maiastate, & ita fieri instanter petit &c. saluo &c.

Hieronimus Callent. Reg. Aduoc. Fiscalis Gener. 1601. die

Refferente Amplifs. D. Senatore Alexandro Rouida censuit Sen. habilem esse dictum Don
102 Thomam ad feudorum successionem, etiam si sit Clericus, & in sacris constitutus, qui Don Thomas adhuc pacificè gaudet feudis Castellatij, & CastriLeonis.

Prout pariter scio feudo auræ malæ gaudere D. Marchinnem Io. Baptistam Malaspinam Sacerdotem, mediante diuisione facta cum alijs eius fratribus aliorum feudorū vlz. cum Marchione Petro Francisco, & Marchione Florio Malaspinis, & sic constat ex consuetudine in hoc dominio admitti Clericos, & Sacerdotes nedū Episcopos, & Abbates ad feudorum successionem.

SVMMARIA.

1 *Administratores omnes tenentur inuentarium facere, & fideiussionem præstare.*
Curator ad lites non tenetur fideiussionem præstare nec inuentarium facere nu. 2. & 4.
3 *Curator ad lites non administrat bona.*
5 *Curator ad lites tenetur facere inuentarium iurium, & monumentorum suorum principalium, vt ea conseruentur, & Domino restituantur.*

Curator ad lites, non tenetur fideiussionem præstare, nec inuentarium facere. Cap. LXX.

1  Vtores, & curatores, ac quoscunq; administratores teneri præstare fideiussionem, & inuentarium facere, satis regulare est, & habetur in l. Tutores l. 2. C. de administr. tut. & l. Tutor ff. eodem tit. Vndè hac regula stante ad idem teneri curatorem ad lites dicendum videtur.

Verum de AEQVITATE contrarium affirmandum est, quia excipitur ab alijs curator ad lites, qui nec fideiussionem præstare, nec inuē-
2 tarium conficere tenetur, vt scrib. Bald. in l. qui habet §. si pupillus ff. de tutell. Quintill. mandos. in tr. commiss. commiss. 4. verbo curatorem ad lites col. 2. fol. 38. qui ita practicari in Curia Romana, præsertim coram Aud. Rotæ testatur, ex præcipuè ratione, quia curator ad lites non ad-
3 ministrat bona Scap. de iure non scripto lib. 3. tit. de procur. & cap. 27. per totum.
4 Quod autem huiusmodi curator ad lites, non teneatur conficere inuentarium exprelsè tradit glo. in l. de Creationibus verbo conscripri C. de Episc. Aud., ea adducta ratione, quia potest ci soltui ad instar procuratoris in litem arg. l. hoc iure ff. de solut.
5 Teneatur autem curator ad lites facere inuētarium iurium, & monumentorum suorum principalium, ad hoc vt iura ipsa conseruentur, & Domino principali restituantur, vt post Barber. in viatorio iuris par. 2. tit. de tutel. nu. 114., tradit Scap rell. cap. 27. in fine.

SVMMARIA.

1 *AEQVVM dicitur ab æquando.*
2 *Parte rei vendita intelligitur de dimidia.*
3 *Q. Fabij Labeonis diuisio exorbitans nauium Regis Antigoni in executione initi fæderis.*
4 *Diuisio non permittitur, quando fit diminutio specierū.*
5 *Soluere qui promisit Venetijs, & Padua dimidiam partem vtroq; loco soluere tenetur.*
6 *Dictio copulatiua, & vtriq; loco tribuit partem.*
7 *Soluere qui promisit Padua, Bononia, Ferrariæ, Venetijs, & vbiq; fuerit conuentus, aut vbi creditor voluerit, reus per toto conueniri poterit in vno loco creditoris arbitrio ne per minimas summas incommodetur solutio in diuersis locis.*
8 *Expressione certorum locorum insignium in casu soluendi moderator generalis subiuncta, vbiq; slz. locorum ad loca his similia.*
9 *Legatum de mille quingentis aureis soluendis in pecunijs, mercibus, & alijs rebus solui debet pro rata in qualibet re.*
10 *Duobus confitentis recepisse pecuniam intelligitur vnū quemcumq; eorum partic:passe pro dimidia.*
11 *Limitatur hoc in vxore confitenti cum marito.*

Emens

Emens partem fructuum, vel alterius rei intelligitur de dimidia.
Cap. LXXI.

1 Probatum fuit supra in 1. cap. num. 4. Aequũ dici ab ęquando, quasi ęqualiter per omnes subiecti partes considerentur, ex Bologn. tr. de multis signis,& differentr. iuris,& facti sub nu. 10. Vnde facta vẽditione partis alicuius rei diuisibilis, vt partes aequaliter cõsiderentur intelligi debet
2 de AEQVITATE factam esse venditionem de dimidia ipsius rei, quia hoc pacto aequales remanebunt tàm emptor, quàm venditor, vt post Buttigar. probat Flor. de S. Petro in l. vsufructuariam 6. nu. 4. ff. de vsufructu fol. mihi 42. à tergo,
3 vbi sequenti numero ex hac conclusione colligit, malè hanc ęqualitatem seruasse Q. Fabium Sabeonem, qui cum à Rege Antigorio quẽ bello vicerat ex inito fœdere, dimidiam partem Nauium accipere debuisset, medias omnes secuisse fertur, vt eum tota classe priuaret; Quia quando per diuisionem fit diminutio specierum, tunc separatio, & diuisio non est facienda l. vsufructuarium §. si in varijs ff. de vsufruc., Ad quod propositum traditur illud factum Iacobi de Bu-
4 trio, qui in platea emporij emere volebat dimidium fici, & illum diuidere, de quo à muliere vendente fuit reprehensus, & irrisus, cum ficus non patiatur diuisionem in cista; sed dum in ore ponitur.

Hinc scribit in Pereg. c. 1. de iudicijs nu. 69., quod si quis promisit soluere Venetijs, & Paduae
5 dimidiam partem debiti soluendam esse vtroq; loco, maximè ob naturam copulatiuam,&, quae
6 vtriq; loco tribuit partem l. 3. §. si quisquis ita ff. de eo, quod certo loco.

Si verò promissum sit solui Paduae, Bononiae, Ferrariae, Venetijs, & vbiq; fuerit inuentus, aut vbi creditor voluerit, hoc casu, ne per minimas
7 summas incommodetur solutio in diuersis, & pluribus locis, summitur aequa haec interpretatio, vt reus promittendi pro toto conueniri possit in vno loco, creditoris arbitrio Bart. & caeteri in d. l. 3. §. si quis ita ff. de eo, quod certo loco Peregr. loco rell. nu. 70., vbi etiam tradit, quod ob illam expressionem certorum locorum insignium moderatur generalis subiuncta, vbiq, sl z: ad loca his similia,& non longè extra Regnum,
8 aut Prouinciam distantia per tex. in Clem. non potest. de procurat. & cap. sedes. de rescriptis. cum non possit debitor esse vbiq; paratus.

Prout si quis testator legauit mille quingentos aureos soluendos in pecunijs, mercibus, & alijs rebus, solutio fieri debet pro rata in pecu-
9 nijs, mercibus, & alijs rebus, videlicet aureis 500. in pecunijs, alijs 500. in mercibus, & alijs 500. in alijs rebus testatoris, vt tradit Ias. in l. legata inutiliter §. 1. in 2. notab. ff. de leg. quem sequitur Crau. cons. 187. num. 5.

10 Ad rem facit etiam illud, quod duobus confitentibus recepisse pecuniam, siue pretium, intelligitur vnumquemq; eorum participasse pro dimidia, vt probat Rom. cons. 462. num. 2., Quae
11 tamen conclusio limitatur in confessione facta per virum,& vxorem, siuè per alias personas suspectas; Tunc enim propter mariti reuerentiam praesumitur vxorem ita fassam fuisse, vt explicat Rol. cons. 64. nu. 5.,& nu. 14. lib. 1. quem sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 705. num. 5. & 6.

SVMMARIA.

1 Prouisionalem praetendens habere debet sententiam pro se.

2 Prouisionalem petens, docere debet de fumo boni iuris.

3 Alter quilibet prouocaret diuitem in iuditio, vt interim eius expensis aleret.

4 Pauperum temeritas coerceri debet.

5 Filio debentur alimenta, & expensae litis etiam in prima instantia ante sententiam.

6 Ne ob defectum pecuniarum cogar deserere causam.

7 Contrarium probat glos. & scribentes.

8 Filius habet praesumptionem pro se in bonis Patris.

9 Exheredatio omnis hodie praesumitur iniusta.

10 Dispositio l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoff. testam. prohibere prouisionalem ei qui non habet sententiam per se locum non habet quando alia concurrit praesumptio boni iuris fauore petentis.

11 Melius est exhaeredato alimenta praestare, quam non exhaeredato, ea denegare.

Iudex valdè prudens, & cautus esse debet in decernenda prouisione alimentorum, cum non ita grauem, & concludentem praesumptionem boni iuris habere debeat in descendente, secus in collateralibus num. 12. & 13.

13 Alimenta debẽtur in prima instantia ijs personis, quas natura alere iubet.

14 Prouisionalia alimenta, & litis expensa debentur, cuilibet subdito, habenti litem cum superiore, siue Domino, vt Monaco, vxore, & similibus.

15 Fratri, & sorori debentur alimenta, & litis expensa si fratrem conuenit.

16 Prouisionales decernere solet Senatus Excellentiss. etiã in alijs multis casibus.

17 Decretum Senatus Excellentiss.

18 Io. Thoma Gallarati Senatoris honorifica mentio.

19 Prouisionalis qualitas ascendere debet ad quartam partem fructuum rei controuersae.

20 Hoc remitti Iudicis arbitrio alij voluerunt.

20 Alij sextam partem fructuum non excedere statueri.

20 Prouisionalis fit pro modo facultatum, & habita consideratione personarum.

21 Prouisionalis peti debet coram Iudice, coram quo res principalis agitanda est.

Prouisionalis non admittit oppositionem, neq; restitutionem in integrum, saltem quo ad suspensiuam, neq; quamlibet aliam oppositionem impeditiuam executionem Prouisionalis nu. 22. & 23.

24 De-

24 *Decretum Senatus in ea materia.*

25 *Appellatio non admittitur, ſaltim quo ad ſuſpenſiuum in cauſa charitatiui ſubſidij.*

26 *Alimenta, ſiuè prouiſionales obtentæ compenſari debent, ſi actor obtinuit in cauſa principali.*

27 *Decretum Senatus.*

27 *Io. Babtiſta Vicecomitis Ampliſs. Senatoris honorifica mentio.*

28 *Alimenta non reſtituit mulier, quæ ventris nomine cõſecuta fuit, niſi per calumniam ſe prægnantem dixerit.*

29 *Alimenta ratione ventris prægnantis præſtari debent etiam ſi mater diues eſſet.*

30 *Alimenta non reſtituit filius, quæ pendente lite ſuper filiatione conſecutus eſt.*

31 *AEQVIVS eſt, quod filius ſit alitus de alieno contra ius, quam quod facta probatione, quod ſit filius tamen deceſſerit.*

32 *Alimenta non reſtituit mulier, ſiuè vxor, quæ conſecuta fuit pendente lite ſuper matrimonio etiam ſi contra eam indicatum ſit.*

33 *Decretum Senatus in materia alimentorum præſtitorũ ventri prægnanti.*

34 *Alimenta præſtita ventri prægnanti dicuntur præſtita, tanquam de bonis proprijs illius actoris.*

Filio agenti ad bona patris debentur alimenta etiam in prima inſtantia. Cap. LXXII.

PRouiſionalem, ſiuè alimenta, & litis
expenſas prætendentem habere
debere primam ſententiam pro ſe
diſponit celebr. tex. in l. ſi inſtitu-
1 ta §. de inoff. ff. inoff. teſtam., vbi
Caſtrenſ. Quoniam cum de fumo boni iuris, ſiuè
2 probabili præſumptione docere debeat petens
prouiſionalem in ſententia obtenta. Conſtare
dicitur de huiuſmodi probabili præſumptione,
non obſtante oppoſitione per aduerſarium in-
terpoſita Ale. tr. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9.
nu. 9. & 11. Ripa in l. 2. nu. 4. ff. de re Iud. Cephal.
conſ. 714. nu. 13. Valaſcus deciſ. 1. ſub num. 12.
3 circa finem; Aliter enim quilibet prouocare in
iuditio poſſet diuitem, vt interim eius expenſis
4 aleretur, quod admittendũ non eſt, Pauperumq;
temeritas coerceri debet Bar. in l. ſi negεr. ff. de
lib. agnoſc. Coſta remed. ſubſid. 100. num. 2. in
fine.

5 De AEQVITATE tamen etiam in prima in-
ſtantia filio agenti ad bona patris debentur ali-
6 menta, & expenſæ litis, etiam ſi ſententiam non
obtinuerit, ne fama pereat, & ne cogatur ob def
fectum pecuniarum proceſſum deſerere, & liti
renunciare; Affl. deciſ. 10., & ſequ., vbi teſtatur
ſic fuiſſe bis iudicatum; prout ita ſeruari in Frã-
cia reſtatur Rebuff. ad Conſtit. Regni tit. de ſen-
tentia prouiſionali art. 1. gl. 2. nu. 5. etiam ſi gloſ.
7 & Doct. in d. §. de inoff. contrarium teneant, idẽ
obſeruari ſolere ex benignitate, & AEQVITA-
TE Rotam teſtatur Mandoſ. conſ. 12. nu. 5., Ho-
rum ſententiam ſequitur Gratian. lib. 2. diſcept.
for. cap. 236. nu. 4. qui multos alios id compro-
bantes refert.

8 Eam præcipuè eſſe huius concluſionis ratio-
nem puto, ob præſumptionem quam filius habet
9 pro ſe in bonis patris, cum hodie, omnis exhæ-
redatio præſumatur iniuſta, niſi hæres ipſe pro-
bet iuſtam ſubeſſe cauſam l. omnimodo C. de
inoff. teſtamento §. aliud quoq; capit. in auth.,
vt cum de appell. cognon. Surd. de Alim. tit. 1.
qu. 112. num. 4., & 5., & nu. 20, vbi apertè tradit
diſpoſitionem d. §. de inoff., & l. qui de inoff. ha-
10 bere locum, quando alia concurrit præſumptio
pro filio, quam ſententiam ſequitur Gratian. d.
cap. 236, nu. 60. Barboſ. in l. 1. par. 1. nu. 50. ff. ſol.
matr. latè materiam hanc examinat Ampliſs. D.
Senator Bellonus lib. 2. de his, quæ incontinenti
11 fiunt cap. 64. per totum. Melius eſt enim exhę-
redatum alere, quam non exhæredato alimenta
denegare, prout melius eſt nocentẽ abſoluere,
quam Innocentem per inſcitiam damnare l. 1 §.
ſed ſi incertum ff. de ventre iu poſſeſs. mitt., &
latè probat Marius Salomon in repet. l. Gallus
nu. 37. ff de lib., & poſth. fol. 296, prout hæc præ-
ciſa verba habet tex. in l. 1. §. ſed ſi incertum ff. de
vẽtre in poſſeſs. mitt. vbi dicitur, quód Aequius
eſt, vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quã
denegare aliquando alimenta ei, qui Dominus
bonorum aliquo caſu futurus eſt.

Hinc ſcribit Coſta de port. ratæ qu. 59. nu. 10.
quod Iudex in prouiſione alimentorum decer-
12 nenda, debet eſſe valdè Prudens, & cautus, vt
nimirum à deſcendente prætendente boni
iuris præſumptionem, non ita conſtantem, vel
concludentem, aut grauem requirat; In collate-
ralibus plus pręſtari ſtatuat, quam in liberis; ſed
non ſucceſſuris ab inteſtato extraneis, omnino,
vtporè, quibus non famuletur fœderis naturalis
vinculum, nec ius ſanguinis aſsiſtit, multò plus
requirat, quod aliquantulum ſit ſupra ſemiple-
13 nam probationem, vel ſaltem illius angulos im-
pleat Gabr. conſ. 25. nu. 2. lib. 1. Surd. d. tit. q. 112.
nu. 21. & 28., in puncto D. Merenda in quẽ poſt
hęc ſcripta incidi lib. 5. controuerſ. cap. 40. nu. 5.
& ſequ. vbi tradit, quod ex AEQVITATIS di-
ctamine alimenta hęc debentur etiam in prima
inſtantia ijs perſonis, quas natura alere iubet.

Quę autem ſupra in filio dicta ſunt, eadem
procedere in quolibet ſubdito habẽte litẽ cum
14 ſuperiore, vt monaco, vxore, & ſimilibus probat
Mandoſ. d. conſ. 12. per totum Coſta all. remed.
ſubſid. 100. nu. 2, 86, & ſequ. Itidem in fratre, &
15 ſorore Oſaſ. d. deciſ. 10, & 11. Gutier. canon. qu.
cap. 24. Peguer. deciſ. 2. nu. 5. Barboſ. in rubr. ff.
ſol. matr. par. 2. nu. 2. pleniſsimè Milan. deciſ. 16.
num. 7.

Tantę verò potentię eſt huius AEQVITATIS
conſideratio, vt etiam in multis alijs caſibus
16 prouiſionales decernere ſoleat Excellentiſs.
Senatus fauore etiam eorum, qui vel ſententias,

vel transactiones contra se habeat, & presertim
id cótingit fauore Annę Bagnarię cõtra March.
17 Paulum Antonium Pallauicinum affinem meũ,
pro quo etiam patrocinabar, quia postquã obti-
nuissem die 2. Martij 1617. obaudiendam esse
Bagnariam transactionem contra se habentem
sequenti anno 1618. die vltima Augusti refferẽ-
18 te Amplifs. Senatore D. Thoma Gallarato, Cẽ-
suit Senatus eidem errogãdos esse aureos quin-
quaginta in causam alimentorum sine spe alte-
rius prouisionis, prout repetita eadem comina-
toria aliam prouisionalem concessit Senatus ei-
dem Bagnarię die 29. Nouembris 1621.

Ad quam summam autem ascendere debeat
prouisionalis respondet Masuer. in rubr. de pos-
sess. §. item, & recredentia, viz. adiudicandam
19 esse quartam partem fructuum eius rei, quæ pe-
titur arg. l. antiqui ff. si pars hæred. peta, & arg.
l. sed & si restituatur §. fin. ff. de Iudic. quamuis
20 arbitrio Iudicis hoc relinqui testatur Rebuff. d.
tit. de senten. prouis. in pręfat. n. 30. Ita ut sępius
de minori, quam de maiori parte prouisum, &
21 in sexta parte fructuum factam per Senatum
Parisiensem asserit Franc. Mar. decis. 149. p. 1., &
sic pro modo facultatũ fit arg. l. fil. C. de lib. alẽd.
20 personæ maxime considerata qualitate, & con-
ditione l. quęso ff. de iure dotium Rebuff. d. n. 30.
20 in pręfat. Qui nu. sequenti tradit, quod coram
his Iudicibus peti debet illa prouisio, ad quos
materię principalis cognitio spectat per Reg.
21 l. quoties C. de Iudic. Alex. Trentacinq. d. resol.
1. nu. 49. vbi tres distinguit casus.

A qua prouisionali prohibitã esse omnem ap-
pellationem, & in integrum restitutionem, saltẽ
22 quo ad suspensiuum satis perspicuum est, vt etiã
tradunt Boer. decis. 326. Marius Ant. lib. 1. resol.
81. nu. 13. quos sequitur Costa recitato remed.
100. nu. 11. qui subiungit contra hanc AEQVI-
23 TATEM non admitti quamlibet aliam disposi-
tionem impeditiuam exequtionis talis proui-
24 sionis, & ita cẽsuit Senatus die 10. Aprilis 1616.
refferente eodem Amplifs. D. Senatore Galla-
rato in eadem causa Bagnarię contra Marchionẽ
Pallauicinum, etiam si Iudex articuli (ductus ea
efficaci ratione, quod Bagnaria non solum sen-
tentiam pro se, sed potius cõtra se haberet, idest
transactionem) iam declarasset causam appella-
bilem, id quod perspicuum est in omni causa
25 alimentorum de futuro, & in causa subsidij cha-
ritatiui Rebuff. d. art. 1. gl. 12. & art. 2. gl. 5., Surd.
de alim. priuil. 60. nu. 96. quos sequitur Costa d.
remed. subsid. 100. sub nu. 11.

26 Verum autem alimenta per modum prouisio-
nis sic pręstita, imputanda sint actori si obtineat
vel per eum restituenda si succumbat, latissimé
examinat Surd. d. tit. 1. qu. 124. per totum, qui
concludit in primo casu cõpensari debere, iuxta
tradita per Rebuff. de sent. prouisionali art. 3.
27 gl. 1. nu. 22., & ita censuit Sen. die 29. Nouẽbris
1627. refferente Amplifs. D. Senatore Viceco-
mite in causa dictę Bagnariæ, & D. Marchionis
28 Pallauicini; In secundo autem non restitui per
mulierem, cui ventris nomine præstita fuerunt,
nisi per calumniam se prægnantem dixerit l. 1. §.
interesse ff. si mul. ventris nomine in possess. ea
l. causa esse dicat; Et cui ventri prægnanti ali-
29 menta præstari debent etiam si mater diues sit,
vel aliundè habeat l. Curator ff. de ventre in
possess. mittend., Surd. d. tit. 1. qu. 124. sub n. 12.
30 Prout neq; restituuntur habita per filium, cui
pater præstitit pendente lite super ipsa filiatio-
ne gl. in l. fin. C. de carbon. edicto Castr. in l. qui
de inoff. nu. 5. ff. de inoff. testam., vbi dicit ratio-
31 nem esse, quia AEQVIVS est, quod filius fuerit
alitus de alieno contra ius; quam quod facta
probatione, quod sit filius fame decesserit Frãc.
Marc. decis. 364. in fin. par. 2. Menoch. lib. 2. de
præsumpt. qu. 35. num. 37. quos sequitur Surd. d.
q. 124. n. 2. Qui dicit idem procedere in alimen-
tis præstitis vxori per virum pendente lite super
32 matr. post Affl. decis. 152. num. 4. & Menoch. d.
qu. 35. nu. 37.

Materiam hanc plenè pertractat Alex. Tren-
tacinq. lib. 1. var. resol. tit. de alim. d. resol. 1. nu.
45. & Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gl. 18. p. 4.
nu. 79. lib. 1. & Franch. decis. 336. n. 5., cuius cõcl.
intuitu cum Antonia de Aratoribus diceret se
prægnantem ex quon. Io. Petro Carcano, qui
decedẽdo substituerat vnico eius legitimo filio
partum nasciturum ex dicta Antonia cum qua
rem habuerat paucis antè diebus, vbi prægnans
esset, & certo termino peperisset masculum, pe-
tijsset q; prouisionalem Antonia hoc mense De-
cembris prox. præt. 1624. refferente Amplifs. D.
Senatore Bellono, censuit Senatus esse erogan-
33 dos prædictæ Antoniæ pro eius alimẽtis primo
aureos 400, mox alios ducẽtum, nulla data cau-
tione, vt prætendebatur per Præfectos Ven. Ho-
spitalis Maioris vsufructuarij per nonnullos an-
nos opulentissimæ hæreditatis redditus circi-
ter aureorum 50. mille pro ampliando ipso
Hospitali, vt vbi omnia loca Pia sub eo guberna-
ta collocentur, & administrentur.

34 Qui Pius locus fruitur nunc ipsa oppulenta
hæreditate, dum termino à testatore limitato,
nec hucusq; & sic per 20. dies post nullum par-
tum peperit dicta Antonia, quæ ex ordine Sen.
custodiebatur primo loco in Hospitali Diui
Celsi, mox à duabus mensibus citra in domo
Co. Caroli Borromæi patrium confidentis, vt
omnis suspitio partus suppositi remoueretur.

Huiusmodi enim casu decernuntur alimenta,
tanquam de bonis proprijs illius actoris, non
tanquam de alienis, quia vbi nasceretur foret
Dominus bonorum, vt habetur in l. 1. §. sed si in-
certum ff. de ventre in possess. mittendo, Surd.
d. qu. 124. sub nu. 5.

SVMMARIA.

1 *Alimenta quomodo taxanda sint remittitur Iudicis arbitrio.*

Alia

Alimenta de AEQVITATE taxanda sunt secundum vires hæreditarias ære alieno deducto, & filiorum legitima nu. 2. ac computatis bonis feudalibus.
3 *Vendi non debent prædia pro alimentis.*
4 *Decretum Sacri Concilij Neapol.*
6 *Alimenta debita ex causa lucratiua, taxantur deducto ære alieno, nec alienantur bona.*
7 *Secus si ex causa necessaria, quia tunc alienantur bona etiam alienari prohibita.*
8 *Alimentorum causa, si fructus bonorum non sufficiunt pro Patris alimentis, non potest filius ea petere.*
9 *Alimenta debentur per hæredem, habita ratione hæreditatis etiamsi inuentarium non confecit.*
10 *Legatum factum de quid soluendo de viribus patrimonij, non attenditur, quod hæres non confecerit inuentarium.*
11 *Testator mandans quod soluantur alimenta de bonis suis videtur remittere ius, quod legatario competeret aduersus hæredem non conficientem inuentarium.*
12 *Hæres qui non confecit inuentarium, dicitur obligatus insolidum versus legatarium.*
13 *Bonus vir non arbitratur secundum iuris rigorem, sed secundum AEQVITATEM.*
14 *AEQVITAS naturalis seruatur in foro conscientiæ.*
15 *Alimentorum legatum si in certa quantitate statutum est, tenetur hæres in totum persoluere si non confecit inuentarium.*
16 *Alimenta certa dicuntur esse legata, si Testator legauit alimenta, qualia consueuit præstare.*
17 *Certum dicitur, quod per relationem alicuius potest certificari.*
18 *Proprietas vendi debet pro alimentis præstandis quando legata sunt qualia solebat præstare Testator.*
19 *Alimenta taxanda sunt secundū, id quod Testator consuetus erat præstare in eius domo.*
20 *Alimenta augenda sunt, secundū quod augetur ætas, & secundum conditionem eorum quibus debentur.*
21 *Alimentorum quantitas variatur, iuxta statum, & personarum qualitates.*
22 *Decretum Senatus in ea materia.*
22 *Io. Ruiz de Laguna Senatoris honorifica mentio.*
23 *Alimenta vbi de oppulento agitur patrimonio constituenda sunt secundum dignitatem personæ etiam in illegitimo.*
24 *Contrarium alij probant ea sufficere, pro eorum necessitate.*
25 *Ius naturale in alimentis respicit tantum necessitatem.*
26 *Ius humanum in alimentis addidit dignitatem.*

Alimenta taxantur secundum vires hæreditarias. Cap. LXXIII.



Prosequendo materiam alimētorum quæ practicabilia valdè est, cum vel ex dispositione facta à Testatore, vel pendente anno luctus, vel aliter debeantur; Opportunum est scire,
1 quo pacto debeant taxari alimenta hæc. Et licet Iudicis arbitrio relinquatur illorum quantitas, vt in præcedenti cap. nu. 18. fuit explicatum, & tradit Menoch. de arbitr. casu 169. per totum, quem sequitur Alex. Trentacinq. lib. 1. var. resol. tit. de alim. resol. 1. nu. 46.
2 Attamen de AEQVITATE taxanda sunt secundum vires hæreditarias, non vltra; quia debentur secundum quantitatem fructuum ære
3 alieno deducto, & filiorum legitima; Cum prædia vendi non debeant, si fructus non sufficiunt l. quæ bonis ff. de cess. bonorum Bar. in l. cum alimenta ff. de alim. & ciba. leg. Alex. cons. 72. nu. 7. lib. 5. Gozad. cons. 95. col. 2. Franch. de cis. 336. nu. 2. Crau. cons. 199. nu. 15. & cons. 210. col.
4 51. Io. Vincent. de Anna singul. 23. vbi testatur ita fuisse decisum per Sacrū Cōcilium, Menoch.
5 d. casu 169. nu. 3. & 4. computatis etiam fructibus prouenientibus ex bonis feudalibus scribit Rol. cons. 74. nu. 31. lib. 2. & sequitur Alex. Trentacinq. d. tit. de alim. resol. 1. nu. 21.
6 Quę tamen procedunt in alimentis debitis ex causa lucratiua, Quia quando debentur ex causa necessaria deueniendum est ad alienationem
7 proprietatis etiam alienari prohibitę si fructus non sufficiant, vt post Iaf. in Auth. ees quę nu. 31. C. comun. de legatis probat Costa remed. subsid. 106. illat. 2. nu. 5. Maluas. cons. 8. nu. 28.
8 Id quod tamen intelligendum est secundum tradita per Franch. d. decis. 336. num. 2. Si enim fructus patrimonij non sufficiunt pro Patris alimentis, filius non potest ea pretendere, minusq; tunc vendi debet proprietas, vt filius alimentetur Corduba in d. l. si quis à liberis §. sed si filius nu. 134. ff. de lib. agnoscen.
9 Quę conclusio de AEQVITATE eō etiā casu procedit, si hęres non confecit inuentarium, vt reprobato Natta scribit Gallia ad consuet. Alex. verbo solidos qu. vlt. n. 155. cum sequ. & sequitur Surd. de alim. tit. 8. priuil. 13. num. 3. in fin. & num. 4.
10 Ratio est, quia vbi quid relinquitur soluendum de viribus patrimonij nō attenditur, quod hæres non fecerit inuentarium, nec omissum facit eum plus teneri Bal. in l. 1. C. de his qui pænę nom. Tunc enim testator, qui mandat solui alimenta de bonis suis, videtur remittere ius, quod
11 legatario competeret aduersus hęredem non conficientem inuentarium; Adeo quod non ob-
12 stante, quod leges non obligent insolidum hæredem qui non fecit inuentarium, & propterea secundum eas debeat bonus vir arbitrari.
13 Adhuc tamen bonus vir non arbitratur secūdum iuris rigorem; qualis ille est, qui hęredem obligat insolidum. At secundum AEQVITATEM naturalem, quę etiam in foro conscientiæ
14 seruatur, ita concludit Surd. all. priuil. 13. nu. 5. quem sequitur Gratian. lib. 1. disceptat. forens. cap. 34. num. 24. faciunt tradita per eundem Gratian. cap. 613. nu. 1. & seq lib. 4.
Secus autem dicendum est quando legatum alimentorum certum est, & pręcisum, idest in-
15 certa quantitate statutum, veluti in tot pecunijs, vel in certa quantitate frumēti, vini, lignorum,

rum, & similium, quia tunc hæres, qui inuentarium
non confecit tenetur de proprio Natta cons.
387. nu. 9. quem sequitur Surd. dicto priuil. 13.
nu. 6. qui num. seq. ex eodem Natta probat cer-
16 ta esse alimenta quando legat testator qualia cō-
sueuit præstare: Nam certum dicitur, quod per
relationem ad aliud certificari potest l. certum
17 ff. si cert. petatur, & l. si ita scripsero ff de condit.
& demonstr. Et tunc vendi debet proprietas si
18 fructus hæreditatis non sufficiunt secundum
Nattam dicto cons. 387. nu. 7. & Bertrand. cons.
268. nu. 2. lib. 2. quos refert, & sequitur Gratian.
dicto cap. 34. nu. 26. & sequ.

Vbi verò superabundantes sint hæreditatis
fructus, & vires, Alimenta taxari debent se-
cundum id, quod Testator consuetus erat præ-
19 stare in eius domo, aut secundum gradum, &
conditionem personæ, cui debentur alimenta
arbitrio boni viri Io. de Amicis cons. 56. Bocr.
decis. 46. nu. 6. Et augenda sunt secundum quod
augetur ætas, & secundum conditionem eorum
20 quibus debentur. Rol. dicto cons. 74. nu. 19. lib.
3. Borgn. tract. de vsufruct. mul. rel. num. 27. Me-
noch. dicto casu 169. num. 4 & post eos Trenta-
cinq. dicto tit. de Alim. resol. 1. nu. 23.

21 Propterea eorum quantitas variatur iuxta sta-
tum, & personarum qualitates, vt obseruare cō-
sueuit Sen. Excell. quæ modo in maiori, modo in
minori quantitate taxauit, prout hoc anno 1618
22 die 16. Augusti refferente Amplis. D. Senato-
re Io. Ruiz de Laguna per modum prouisionis
pro alimentis adiudicauit aureos centū D.E.C.
licet in maiori quantitate ea prætenderet, cum
annus elapsus fuisset, quo nihil perceperat ex le-
gato, & dote aureorum quinque mille, conten-
dente aduersario hæreditatem non ascendere
ad annuum redditum scutorum tercentum, licet
re vera quinque centum excedere crederetur.

Prout quando fructus hæreditarij sunt co-
piosi in alimentorum taxatione cōsideranda est
23 qualitas, & dignitas personæ, etiam si alimentā-
dus sit illegitimus probat Gratian. all. cap. 613.
num. 7. & 8. ac 9. qui in eam sententiam refert
Couarru. de sponsal. cap. 8 §. 6. nu. 7. & 8. par. 2.
fol. 247. Ludi. Molin. de primogen. Hisp. lib. 2.
cap. 15. num. 55. Peregr. de iure Fisci tit. 17. lib. 3.
n. 72. vers. contra tamen; Spin. de testam. glo. 16.
princip. n. 101. vers. contrariam tamen sentētiā.
Sur. d. de alimen. tit. 4. qu. 18. nu. 10. vers. sed etiam
Spurijs, Franch. decis. 282. alias 283. nu. 16. Incip.
legatis per Patrem.

Quamuis contrariū probare nixi sunt Cassan.
cons. 39. nu. 55 Benintend. decis. 22. nu. 6. Barz.
decis. 129. nu. 11. & 19. ac decis. 69. nu. 5. Barbos.
in l. 1. par. 4. num. 64. ff. sol. matrim. fol. 199. qui
24 testatur, quod sola necessitas spectatur in ali-
mentis debitis illegitimis; idem tradit Ioseph.
Ludouic. concl. 1. col. 2. vbi scribit, quod quando
alimenta præstantur coactè, non attēditur opu-
lentia patrimonij, sed necessitas Bursat. cons. 62
nu. 20. lib. 1.

25 Et si enim ius naturale insticiat solum, quate-
nus vitæ subuenitur cap. pasce 86. distinct. l. ne-
care ff. de lib. agnoscend. Tamen ius humanum
addidit, vt alimenta præstentur etiam secundū
statum, & dignitatem personarum, vt probat
Gratian. loco relato nu. 8.

SVMMARIA.

1 Filius qui semel à Patre in vitam legitimam recepit, eo mortuo amplius consequi nequit.
2 Alimentorum loco conceditur legitima filijs.
3 Alimenta dicuntur subsidium.
4 Iuramentum seruari debet omnino, vbi potest, absq; interitu salutis.
5 Alimenta semel habita, iterum debentur filio laboranti inopia per Patrem, etiamsi iurauerit filius ea vltimus non petiturum.
6 Pactum non petendi alimenta est contra ius naturale, & non valet.
7 Pater tenetur alere filium secundum naturam.
8 Filius qui ex proprio dolo, vel culpa lata peruenit ad inopiam, iterum alimenta consequi nequit à Patre.
11 Contrarium.
9 Filius dicitur Dominus viuo etiam Patre.
10 Culpa leuis in rebus proprijs non punitur.
12 Pater dicitur in culpa si alimenta, vnica vice assignauit filio, cum dietim ei præstare teneretur.
13 Infortunium filio superueniens circa alimēta ei assignata, Patri imputari debet, cum non teneretur ad ea nisi dietim.
14 Filio emancipato inopi debentur iterum alimenta à Patre.
15 Filio etiam spurio debentur iterum alimenta.
15 Cautella ad ea euitanda.
16 Pactum expressum, & iuratum non petendi iterum alimenta præiudicat filio.
17 Conciliantur Doctorum opiniones Contrariæ.
17 Inopia filij cessante, cessat præstatio noua alimentorum à Patre fienda.
18 Mulier non potest renunciare alimentis, quæ ex dote ei debentur.
19 Monacho, è Monasterio electo, non reuocantur bona Monasterio quæsita per ingressum.
20 Pater tenetur etiam alere filium Monachum è Monasterio electum, vel transfugam etiamsi alimenta Monasterio persoluisset.
21 Dolus & culpa considerantur in filio Monacho transfuga, ac in filio, qui partem assignatam dilapidauit.
22 Causa accidentalis non extinguit naturalem.
23 Naturalis obligatio præfertur in concursu obligationis accidentalis.
24 Filio qui se in necessitate posuit, præstanda sunt alimenta ad vitæ tantum necessitatem, non ad decorem, & pro dignitate.
25 Alimenta præstare tenetur Pater etiam filio bannito.
25 Alimenta debita filio bannito, vel spurio vsq; ad necessitatem tantum non ad decentiam debentur.
26 Alimenta non solum filijs, sed etiam nepotibus, & pronepotibus præstare tenetur Pater.
27 Quod procedit etiam si filius ingrati animi causam cōmisisset.

O *Ali-*

28 *Alimenta præstare tenetur Pater etiam nepoti spurio ex defuncto filio nato.*
29 *Filij tenentur etiam alere patrem egenum.*
30 *Limitatur, si pater erudiri non fecit filios.*
31 *Solonis lex circa filios parentibus alimenta non præstantes.*

Filium inopem, qui recipiendo Partem à Patre iurauit de cætero nō petere alimenta tenetur alere Pater. Cap. LXXIIII.

1 PRopositæ materiæ confert etiā illud, an recepta parte per filium, qui iurauit de cætero non petere alimenta, si inops effectus est, teneatur Pater eum alere. Qua in re dicendum videtur, quod sicut filius qui semel à Patre recepit legitimam in vita, amplius consequi nequit eo mortuo scrib. in l. in quartam ff. ad l. falcidiā. Thob. nonius consf. 95. nu. 10. Honded. consf. 74. nu. 37. & 54. lib. 2. quos sequitur Giurba ad stat. Messan. cap. 5. gl. 7. num. 3. p. 1. ita nec ipso Patre viuente petere vlterius eam potest, & consequēter, neq; etiam alimenta quorum loco à lege conceditur legitima, vt subsidium gl. in l. vlt. §. si
2 vero vers. confundatur C. de iur. deliber. Costa subsid. remed. in prælud. p. nu. 19.
3 Quia alimenta vocantur subsidium l. 5. C. de patr. potestate Costa dicto prælud. p. nu. 14. Præsertim attento iuramento vlterius s/z. non petendi alimenta quod omnino obseruandum esse, vbi fieri potest, absq; interitu salutis exter-
4 næ nemo ignorat, & in his terminis renunciatiuis alimentorum post Bart. in l. si quis pro eo nu. 17. ff. de fideiuss. probat Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 56. nu. 42. Gutierez. de iuramento confirmat. cap. 3. num. 4. quos sequitur Giurba ad stat. Mess. cap. 5. gl. 13. nu. 21. p. 1.
5 De AEQVITATE tamen contrarium verius est, quia promissione iurata non obstante, si filius laborat inopia eum alimentare tenetur Pater, vt expressè probat Specul. par. 4. tit. qui filij sint legit. §. 1. sub nu. 11. vers. sed pone quem sequitur Addit. ad Bar. in l. si cum dote §. si post solutū litt. E. in fine ff sol. matr. ea ratione quia
6 tale pactum est contra ius naturale, & consequenter non valet l. ius agnationis ff. de pactis, quam conclusionem probat Nicellus in repet. l. Gallus num. 84. ff. de lib. & posth. fol. mihi 357.
7 nouissimè D. Merenda lib. 4. controuerf. cap. 34. nu. 6. Pater enim tenetur alere filium secundum naturam l. 1. §. 1. ff. de iust. & iure, & l. cum non solum §. hoc priuil. & l. fi. §. si tantum æs alienum C. de eo qui liber D. Binius consf. 147. n. 2. lib. 2. Hoc idem probat Bal. in auth. contra rogatos nu. 8. & ibi addit litt. B. C. ad Trebell.
8 Ibi tamen distinguit, si ad inopiam peruenit filius sine dolo, vel culpa lata, ea ratione, quod ex culpa leui non teneatur filius qui dicitur Do-
9 minus viuo Patre l. in suis ff. de liber. & posth. & in rebus proprijs leuis culpa nō puniatur l. etiā
10 §. licet ff. sol. matr. Bald. sequitur Surd. de alim. tit. 79. nu. 1.
11 Quamuis sublata hac distinctione, vbi filius bona pro alimentis assignata etiam dilapidauit per tex. in l. liber. ff. de operis libert. post infinitos Doctores ibi allegatos probat Giurba d. c. 3. gl. 12 nu. 14. & 15. reprobata Baldi traditione;
12 Patris enim culpā in eo præcessisse tradit, dum alimenta non dietim, vt fieri debet, sed vnica vice, & semel præstitit, & ideo filij legit. semel ex-
13 plorata subsequens infortunium, non immerito in Patris detrimentum redundare debet §. item is, cui Inst. quibus modis re contrahatur oblig.
14 Quod etiam in filio emācipato procedere probat Matisc. lib. 2. var. resol. c. 83. num. 57. Carpan. ad stat. 313. n. 36. p. 1. Et in filio spurio etiam procedere probat Lupus rr. de illegit. coment. 2. §.
15 1. sub nu. 18. vers. Et vbi dos, & vers. tamen, & vers. ad euitanda, quo loci ex Molina de primogen. Hisp. cap. 16. nu. 28. tradit cautellam, quod non præstetur pro alimentis res, quæ perire valeat, sed census, vel redditus.
16 Conciliari tamen potest horum Interpretum discrepantia, dum Bald. loquitur in casu in quo filius per expressum pactum iurauit vlterius non petere legitimam, vel alimenta, quia tunc vlterius non tenetur Pater si dolo, vel lata culpa ad inopiam peruenit filius, vt probat etiā Menoch.
17 de arbitr. casu 182. n. 35. D. Bimius d. consf. 147. nu. 3. Raudens. consf. 144. nu. 14. lib. 5. Tex. verò in d. l. libertas de quo Giurba, & cęteri per eum relati, & præsertim Tusc. litt. A. concl. 287. nu. 29. locum habet, vbi tale pactum iuratum non interceßsit, vt ibi videre est.

A qua conclusione supra principaliter firmata recedere, neq; etiam videtur Giurba all. gl. 13. nu. 21. in fi., vbi contrariam eius opinionem declarat procedere, si nō egeat filius quasi quod
17 imminente illius inopia, limitari admittat eius conclusionem, vt ex se patet, & expressè tradit idem Auctor in d. gl. 12. nu. 17.
18 Hinc infertur etiam, quod mulier non potest renuntiare alimentis quæ ex dote ei debentur. Dec. in l. de alimentis nu. 6. ff. de transact., Iason in l. cum ij nu. 2. ff. eodem, & post eos Corduba in l. si quis à liber. §. si quis ex his nu. 139. ff. de liber. agnoscen.

Confirmatur nostra conclusio, ex eo, quod si-cuti, si filius vitę monasticę pertęsus aufugiat,
19 aut à Monasterio eiectus sit, quamuis bona Monasterio peringressum quæsita non reuocentur l. Deo nobis § huius autem, & ibi Salic. C. de Epis. & Cler., & §. si quis autem col. 1. in Auth. de Monach., Attamen onus alendi istum transfugam ad patrem reddit Castr. consf. 76. lib. 1. Coler. de alim. lib. 1. c. 2. nu. 30. Surd. de alim. tit. 1. qu. 7. nu. 4. Tusc. litt. A. concl. 287. nu. 23. quos recenset, & sequitur Giurba d. c. 7. gl. 13. nu. 12. ita

ita eadem ratione tenebitur Pater alere filium, qui partem assignatam dolo, aut lata culpa dilapidauit, dolus enim ex lata culpa consideratur in filio Monacho transfuga, vel eiecto, ac in filio qui partem assignatam dilapidauit.

Eatenus enim durat obligatio alendi, quatenus durat causa, sed causa etiam durat filio ex-
22 pulso è Monasterio, vel ad inopiam redacto, ergo & obligatio, Causa enim accidentalis non
23 extinguit naturalem l. filio, quem Pater ff. de liber. & posthu. l. assumptio ff. ad municip. Et in eo casu præfertur naturalis l. qui habet ff. de tutel. Surd. d. tit. 1. qu. 7. num. 5. cum tribus sequen.

Hoc tamen casu putarem alimenta præstanda esse filio, qui se in necessitate posuit, non ad de-
24 corem, & pro dignitate, sed ad vitæ necessitatē tantum, Molin. de primogen. lib. 12. cap. 10 Surd. d. tit. 7. qu. 2. nu. ... id quod innuere etiam videtur tit. 1. qu. 5. nu. 11. & 12. Seffe decis. 26. n. 103. & 104. Sanchez de matr. lib. 4. disp. 26. n. 1. in fi., Rol. cons. 74. nu. 41. lib. 1. Giurba all. cap. 3. gl. 12. nu. 20. in fi., & gl. 13. nu 8. & 23. in fine, qui n. 52
25 tradit onus hoc habere locum etiam versus filium bannitum Vin. decis. 523. num. 8. Honded. cons. 95. nu. 34. & 76. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. qu. 3. nu. 7. & Carp. ad cap. 312. nu. 36. lib. 1.

Quæ tamen alimenta filio bannito, ac spurio, vel adoptiuo debita post obitū patris per illius heredes, intelligantur de AEQVITATE, vsque ad necessitatem tantum, non ad decentiam, vt scribit Franch. decis. 203. num. 3. & tradit Costa remed. subsid. 106. nu. 4. Quod onus ad nepotes,
26 & pronepotes etiam extenditur Surd. d. tit. 1. qu. 12. & tit. 3. qu. 1. nu. 38. ac tit. 5. qu. 1. num. 31. Rebuff. ad Const. Regni tit. de sentent. prouis. art. 1. gl. 2. num. 7.. D. Bimius cons. 152. num. 15. Trenta cinq. var. resol. lib 1. tit. de alim. resol. 2. n.
27 6. Seffe d. decis. 26. nu. 48. Giurba d. gl. 13. n. 15., etiamsi filius ingrati animi causam commisisset D. Bimius cons. 147. nu. 9. lib. 2., Quippe etiam nepoti spurio ex defuncto filio nato debentur
28 huiusmodi alimenta, vt testatur Franch. decis. 686. Tusc. d. concl. 287. nu. 42. & nu. 53. ac Giurba vbi supra nu. 15. in fine, & nu. 17.

Quod onus alimentandi vice versa spectat etiam ad filium, qui patrem inopem alere tene-
29 tur, si tamen pater erudiri non fecisset liberos
30 ab hoc onere excusarentur liberi, vt Solonem statuisse legitur, qui sanxit non debere filios alimenta parentibus si artium nullā essent edocti,
31 cum aliis statuisset idem Solon. ignobile, & obscurum esse, si quis parentem non enutrisset, vt latè scribit Gratian. lib. 2. discept. 267. nu. 45.

SVMMARIA.

1 *Fideiussio sæpe requiritur tàm ex hominis, quàm ex legum dispositione.*
2 *Carceratus ob causam criminalem non relaxatur sub iuratoria cautione.*
3 *Vsufructuarius qui non præstitit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, priuatur vsufructu.*
4 *Reuisione petita post condemnationē fideiussionem præstare tenetur, is ad cuius fauorem ordinatū est, si non obstante reuisione id consequi intendit.*
5 *Miser dicitur qui non potest inuenire fideiussionem. Secus de AEQVITATE nu. 7. 12. & 14.*
8 *Iuratoria cautio admittitur, etiamsi statutum requireret præcisam fideiussionem.*
9 *Impossibilium nulla est obligatio.*
10 *Difficultas magna æquiparatur impossibilitati.*
11 *Difficultas inueniendo fideiussorem probatur iuramento credulitatis.*
13 *Consuetudo contraria viget in Cathalonia.*
15 *Iuratoria cautio admittitur, vbi vtrique parti aliter consuli non potest.*
16 *Vsufructuarius non admittitur ad iuratoriam cautionem pro obtinendo vsufructu si heres paratus est præstare fideiussionem de tradendo fructus integros vsufructuario.*
17 *Limitatio in causis leuibus, vel vbi inditia non sunt admodum grauia.*
18 *Decretum Senatus in ea materia.*
19 *Captus, vti suspectus de fuga, dimittitur sub iuratoria cautione, si fideiussorem non inuenit.*
20 *Debitor cedendo bonis, dimittitur cum iuratoria cautione de soluendo si peruenerit ad fortunam pinguiorem.*
21 *Forensis inops, qui ex dispositione statuti, non admittitur ad agendum, nisi præstita fideiussione, admitti debet mediante iuratoria cautione.*

Iuratoria cautio supplet deffectum fideiussionis, vbi ea præstari non potest. Cap. LXXV.



1 Fideiussio sæpè requiritur, tam ex legis, quàm ex hominum, & statutorum dispositione, vel pro relaxatione detēti ex causa criminali, vel pro vtendo, vsufructu relicto, aut ad consequendam prouisionalem alimentorum, sub ea conditione concessam, vel pro re sequestrata, & similia; Hinc quæritant Doctores, an ob impotentiam præstandi fideiussionem sufficiat iuratoria cau-
2 tio. Et sanè carceratus ob causam criminalem relaxari non potest sub iuratoria cautione, vt voluerunt Castr. Alex. & Ias. in l. 1. ff. qui satisd. cogantur, Sola ad Constit. Sabaud. tit. de concl. in causa Decreto, vt nihil. gl. 1. par. 3. num. 130. & sequ., Prout vsufructuarius qui fideiussionem
3 non præstitit de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri priuandus venit vsufructu gl. in l. vsufructuaria const. C. de vsufructu, vbi Bal. n. 5. Rom. cons. 439. in fin., Idemque dicendum est de eo qui fideiussionem non habet, vt recipiat id, quod quis fuit erga eum condemnatus, licet re-
4 uisionem ab ea condemnatione petierit Auth. quæ supplicatio C. de precib. Imperatori offer.,
5 Miser enim est qui non potest inuenire fideius-

 sionem

finem, & miseria sua sibi non alij nocere debet arg. l. vxoris ff. de vsufructu gl. in l. 3. C. de vsu, & habit. Contard. de moment. possess. qu. 23. nu. 2.

Hac tamen de rigore iuris procedere fatetur Bal. in d. l. vsufructuaria num. 5. C. de vsufructu,
6 quem refert Surd. decis. 151. sub nu. 3. Quoniam de AEQVITATE loco fideiussionis, stante
7 impossibilitate eam præstandi, admittitur in omnib' prædictis causis iuratoria cautio Auth. generaliter, vbi scrib. C. de Epis. & Cler. Bar. in l. non facile ff. el cui plus, quem sequitur Seraph. de priuil. iuram. priuil. 18. n. 1. Andr. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 42. nu. 8. Franch. decis. 497. nu. 5. latiss. Surd. d. decis. 141. per totum præsertim nu. 7. & 8. vbi conclusionem ipsam procedere affirmat, etiamsi statutum requirat præcisam fideiussionem.
9 Impossibilium enim nulla est obligatio l. cum his §. 1. ff. de Statu lib. l. impossibilium ff. de reg. iur. Cum impossibilitas semper excuset Seraph.
10 d. priuil. 18. nu. 3. & in hac materia magna difficultas æquiparatur impossibilitati, adeo quod difficultas ipsa excusat l. si vehenda §. si cum ea ff. ad leg. Rod. de iact. l. sciendum ff. de vsuris,
11 Surd. d. decis. 141. num. 10. Quam difficultatem probari iuramento de credulitate scribit Ias. in auth. cui relictum nu. 9. C. de Indic. viduit. toll., & Castr. in l. 1. §. 1. C. de caduc. toll., & sequitur Phanuc. de inuent. cap. 1 . nu. 25.
12 Conclusionem supra firmatam per prædictas rationes reprobat Guid. Pap. decis. 110. & Fran-
13 cisc. March. decis. 468. prout in materia alimentorum Cancer. in 3. par. var. resolut. tit. de sentent., & earum exequt. c. 17. nu. 250. post Valas. decis. 1. nu. 7. & sequ., faciunt etiam in decis. 51. nu. 19. vers. quod si obtineat; Prout eadem conclusio summopere arridet Fontanell. de pact. nuptial. cl. 4. gl. 18. par. 4. à n. 70. vsq; ad nu. 81.,
13 Vbi valdè exclamat, & reprehendit contrariam cõsuetudinem in Regno Cathaloniæ, in quo huius humanæ, & benignæ opinionis obseruantia non recipitur, in maximum præiudicium pauperum qui tàm grauia damna idcirco patiuntur, vt non semel succedat ipsos proprio credito, & iure debito priuari, maximè in causis concursus creditorũ, quam sententiam AEQVIOREM esse testatur Bero. cons. 60. nu. 51. lib. 2.

Hanc eamdem consuetudinem, vti remedium subsidiarium plenissimè pertractat, ac confir-
14 mat Costa remed. subsid. 59. lib. 1. per totum, vbi iuratoriam cautionem admitti scribit, vbi ali-
15 ter vtriq; parti consuli non potest; quia si hæres fideiussionem præstare valet de soluendo fru-
16 ctus integros vsufructuario, non admittitur vsufructuarius ad cautionem iuratoriam præstandam, vbi fideiussionem præstare nequeat Bal. in l. filius fam. §. diuus ff. de leg. 1. Surd. alle. decis. 141. sub nu. 12. & num. 15. Fontanell. d. gl. 18. par. 4. nu. 77. & post eos Costa d. remed. 59. n. 14. Addo ego Io. Guterium in reper. l. nemo potest num. 244. ff. de leg. 1. vol. 4., & Contard. de moment. possess. qu. 23. nu. 7. cum plur. sequ.

Et quod in causa criminali, vbi tamen de pe-
cuniaria pœna tantum agitur, vel grauiter non
17 sit iudicatus, detentus ex delicto graui, relaxari debeat carceratus sub iuratoria cautione tradit. Boss. tit. de carcer. fideiuss. relax. num. 72. Et ita censuit Senatus die 3. Septembris 1624. referen-
18 te Amplis. D. Senatore Cattaneo fauore Iosephi Montij quem Curia Prætoria huius Ciuitatis ordinauerat relaxandum esse sub fideiussione aureorum quinquaginta; quia Senatus attenta illius paupertate, mandauit illum relaxandum esse cum præcepto in faciem de se consignando toties quoties sub pœna Senatui arbitraria.

Sub qua iuratoria cautione, ob difficultatem fideiussionem reperiendi dimitti debere captũ
19 vti de fuga suspectum cẽsuit Senatus Cathal. die 30. Aprilis 1607. vt scribit Fontanell. d. glo. 18. par. 4. n. 83., Id quod tamen declarat Caccialup. tr. de debitore suspecto qu. 11. per totum, & de detento ex causa debiti, qui cedendo bonis
20 liberatur præstita cautione iuratoria de satisfaciendo creditum cum primum deuenerit ad pinguiorem fortunam Costa d. remed. 59. nu. 8. qui nu. 7. tradit, quod forensis inops, qui ex di-
21 spositione statuti non admittitur ad agendum, nisi præstita fideiussione de stando iuri, de AEQVITATE pariter admittitur per iuratoriam cautionẽ, ad hoc refert Carpan. ad cap. 44. num. 73. par. 1.

SVMMARIA.

1 *Decipere se naturaliter licet contrahentibus.*
2 *Ratio est, vt euitetur maius malum.*
6 *Contrarium est de AEQVITATE verius.*
3 *Aequalitatis ob nimiã obseruationem turbari possunt commercia.*
4 *Deceptio inter contrahentes, licita tantum est intra dimidiam, non vltra in foro humano.*
5 *Deceptio inter contrahentes intra dimidiam licita est, non solum quoad pretium, sed etiam quoad rei qualitatem.*
6 *Venditor rei, siuè mobilis siuè immobilis, aut se mouentis, tenetur propalare illius vitia, & qualitates.*
7 *Venditor bonæ fidei, nec commodi spem augere, nec incommodi cognitionem obscurare debet.*
8 *Fallit, & qui tacet, quod debuit exprimere, & qui obscurè loquitur, & qui dissimulat insidiosè, vel obscurè.*
9 *Venditor tacens vitium, tenetur ad damna.*
10 *Venditor tenetur etiam pro damno, quod statim post venditionem rei euenit, si illud poterat prauidere.*
11 *Venditor sciens Triticum, siuè aliam rem ex futuro proclamate fore minori pretio vendendam, tenetur de damno si de eo certiorem non reddidit emptorem.*
12 *Venditor si ignorabat proclama, tenetur tantum quanti minoris.*
13 *Augumentum, siuè seruitus aucta rei venditæ statim post venditionem per actionem antea competentem, venditori prodesse debet non venditori.*

15 Secus

15 Secus si antè venditionem non competebat actio.
14 Contrariorum eadem esse debet disciplina.
16 Augmentum rei casu, vel fortuna factum post venditionem spectat ad emptorem.
18 Deceptus non dicitur qui scit, vel scire debet.

Venditor rei tàm stabilis, quàm mobilis, & se mouentis tenetur propalare illius vitia, & qualitates.

Cap. LXXVI.

1 COntrahentibus licere se naturaliter
decipere, elicitur ex Tex. l. in causa §.
idem Pomponius ff. de minor. & in l.
item si pretio vers. fi. ff. locat. Soc. qual.
com. contra commun. qu. 511. nu. 5. Id quod ra-
2 tione minoris mali esse permissum, post alios
scribit Bargal. de dolo lib. 2. tit. de dolo ex pro-
3 posito re ipsa nu. 17. circa medium, nè sit nimia
æqualitatis obseruatione commercia turbarentur,
nulla enim conuentio securitatem præstaret,
nunquam litium esset finis, si ob quamlibet læ-
sionem in pretio, conuentiones reuocarentur,
vndè Dominicus Sotus lib. 6. de iustitia, & iure
4 qu. 2. art. 3. Intelligit deceptionem hanc licitam
tantum esse, idest impunè in foro humano intra
dimidiam, non præter dimidiam, ex dispositio-
ne l. 2. C. de rescind. vendit. & tradit Bargal. d.
5 tit. de dolo ex proposito re ipsa nu. 19. 20. & 21.
Qua conclusione attenta dicendum est hanc de-
ceptionem intra dimidiam licere, non solum
quo ad pretium, sed etiam quo ad rei qualitatē,
occultando ipsius rei vitia, & qualitates, cum
eadem militet ratio vul. iuribus.
6 De AEQVITATE tamen contrarium dicē-
dum est vt sit venditor rei siue stabilis, siue mo-
bilis, aut semouentis teneatur propalare illius
vitia, & qualitates l. quæro 40. ff. de action. empti
& l. 1. ff. de ædilic. edicto quem titulum summam
habere AEQVITATEM scribit Amplissimus
D. Senator Bellonus lib. pri. de his quæ incont.
facit cap. 146. nu. 2. vbi subijcit bonæ fidei ven-
7 ditorem, ne comodorum spem augere, nec inco-
modorum cognitionem obscurare oportere, ex
Cicer. lib. 3. de offic. & Valer. Max. lib. 4. cap. 2.
8 fallit enim, & qui tacet, quod debuit exprimere,
& qui obscurè loquitur, & qui dissimulat, insi-
diosè vel obscurè l. & quæ comendandi §. fin. ff.
de empt. & vendit. Anneus Robert. lib. pri. rerū
9 iud. cap. 14. Ideo tacentem venditorem in vni-
uersum responsum est teneri d. l. p. §. p. l. Iulianus
§. 1. ff. de action. empti, Surd. cons. 13. num. 33.
Galuan. cons. 21. nu. 19. quos sequitur dictus am-
plissimus D. Senator Bellonus all. cap. 146. nu. 3.
& ante eum idem probat eleganti suo stilo An-
neus Robert. lib. 4. rerum indicatarum. cap. 10.
vers. Quemadmodum ergo fol. mihi 80.
Quippè quod nedum pro Vitio non propala-
to in re vendita, tenetur emptor, sed etiam pro
10 damno, quod statim post venditionem rei eue-
nit, si illud poterat preuidere, obseruat Gratian.
lib. 2. disceptat. for. cap. 361. nu. 17. vbi loquitur
de diminutione prætij facta circa tritici vendi-
tio valorem, quia tenebatur emptor certio-
rem reddere de proclamate, quod publicari de-
11 bere sciebat venditor circa dictam diminutio-
nem, quasi valeat argumentum de mutatione bo-
nitatis intrinsecæ admutationem extrinsecam,
Surd. cons. 13. à nu. 19. vsq; ad nu. 41. & cons. 250.
à nu. 125. vsque ad nu. 133.
Et tunc venditorem teneri ad interesse em-
ptori, si sciebat prout si ignorabat, venditor tā-
tum eum teneri quanti minoris fuisset empru-
rus, comprobat Alex. cons. 63. num. pri. lib. 6.
12 & Roma cons. 503. num. 10. quos sequitur Gra-
tian. dicto cap. 361. nu. 2. & 19. Prout è contra si
post venditionem habita fuerit notitia alicuius
13 seruitutis debitæ rei venditæ, propter quā red-
datur maioris æstimationis erit augendum præ-
tium, quando plus verisimiliter emptor fuisset
illam rem empturus, si de commodo dictæ serui-
tutis apparuisset.
Quia sicut venditor tenetur emptori, quanti
minoris emisset, si deregetur aliqua seruitus de-
bita à re vendita ignorante venditore al. l. p. col.
11. in venditione ff. de act. empti, Ita etiam
14 AEQVVM erit augendum est pretium, quando
pluris emptor emisset, sic è contra si cōmoditas
seruitutis detegatur, vt contrariorum sit eadem
disciplina Cagnol. in l. 2. num. 172. C. de rescind.
vendit. Gratian. dicto cap. 361. num. 8. & 9. qui
sequenti numero declarat conclusionem proce-
dere tantum quando seruitus ad commodum
15 rei venditæ debebatur antè venditionem, licet
non erat venditori cognita; Non aliter si super-
uenit casu, vel fortuna, aut aliter, quia tunc cō-
modum istud erit emptoris per Bald. in Rubric.
16 C. de priuil. & comod. rei vend.
17 Et sic in contrarium adducta procedere con-
stat, quando deceptio secuta fuit absq; dolo, &
in modico l. 2. C. de rescind. vendit. Io. Crass. tr.
de cess. iur. & act. §. 1. nu. 5. & Iac. de Aresio eodē
tr. nu. 15. & ille qui scit, vel scire debet nō potest
18 dicere se fuisse deceptū Specul. de emptione, &
vendit. §. 1. vers. eo etiam modo per l. 1. in fi ff. de
empt. & vendit.

S V M M A R I A.

1 *Soluens pro alio debet statim cessionem obtinere, vt agere valeat contra eum pro quo soluit.*
2 *Solutione tollitur, & extinguitur omnis actio, quæ creditori competebat.*
11 *Contrarium.*
3 *Cedens post satisfactionem obtentam, non potest cessionē transferre in soluentem quam non habet.*
4 *Cedi non potest quod non est.*
5 *Nemo dat quod non habet.*
6 *Decretum Senatus Mantuani.*
7 *Soluens pro alio cautus esse debet, etiāsi sit fideiussor, & obligatus insolidum.*

8 *Rei vno debendi censentur fideiussores.*

9 *Fideiussores obligati ex causa lucratiua, & ex mera liberalitate soluentes, non repetunt à confideiussore.*

10 *Si cessionem in continenti non reportabunt.*

11 *Cessio interuallo de AEQVITATE valet si ita Iudici videbitur.*

12 *Iudicis officium competit, quandocunq; subest AEQVITAS.*

13 *Solutione facta per Correum, siue confideiussorem pro sua tantum obligatione, cessio etiam interuallo obtenta valet.*

14 *Cessio fieri debet, vbi cedenti nullum damnum infertur.*

15 *Cessionem facere debet etiam post solutionem si in solutione pactum esset de cedendo.*

16 *Soluens simpliciter in dubio, censetur soluere pro sua obligatione.*

17 *Soluenti competit actio, etiam absq; cessione, quo ad priuilegium etiam personale.*

18 *Fideiussor qui pro se eximendo ab obligatione soluit, inuito etiam creditore agere potest ad cessionem obtinendam.*

19 *Contrarium vnicuiq; alij videbitur.*

Cessio facta ex interuallo soluenti pro alio valet, & ponit soluentem in locum ipsius creditoris.

Cap. LXXVII.

1 Soluens pro alio, debet statim obtine-
re cessionem actionum, ad hoc vt
contra eum pro quo soluit agere va-
leat, quia cessio ex interuallo facta
nihil releuat l. Modestinus, & ibi Bar. nu. 4. ff. de
solutionibus Ratio est quia cum solutione, sub-
lata, & extincta dicatur actio, quæ creditori cō-
2 petebat Institut. quibus modis tollitur obliga-
3 tio in princip. Cedens non potest actionē trans-
ferre in soluentem quam non habet vulg. l. nemo
plus iuris ff. de reg. iur. Quod enim non est cedi
4 non potest l. eius, qui in Prouincia ff. si certè pe-
tatur quia nemo dat, quod non habet l. traditio
5 ff. de aquir. rerum Dominio, & ita iudicasse Se-
natum Mantuanum reuocato priori Senatus
Consulto testatur Surd. decis. 308. num. 7. vers.
omnibus tamen: Fontanell. de pactis nuptial.
lib. 1. claus. 4. gl. 18 nu. 70.

Hinc scribit D. Senator Bellonus lib. 1. de his,
quæ incont. fiunt cap. 50. num. 1. cum seq. quod
cautum sint, qui soluunt pro alijs, vt fideiussores,
qui tales censentur etiamsi insolidum obligati,
quando se obligarunt pro negotio pertinen-
te ad alium Gabr. cons. 53. num. 5. & 10. lib. 2.
Surd. d. decis. 308. num. 5. qui sequenti nu-
8 mero tradit duos reos debendi censeri fideius-
sores, numero autem 10. distinguit inter fideius-
sores qui se obligarunt ex causa onerosa, vel lu-
cratiua, & ex mera liberalitate, quo casu alter
9 soluens non repetit ab alio secundum tex. in l.
falcidia obseruand. ad falcid. Bar. in l. reos nu. 5.
ff. de duobus reis; Supradicta iura maximè pro-
cedunt, quando soluens erat cum alijs obliga-
tus insolidum, quia si incontinenti cessionem
10 non obtineat à creditore, nihil ei proderunt
actiones ex interuallo sibi cessæ Rota decis. 123.
nu. 8. par. 2. & nouiss. D. Sen. Bell. d. cap. 50 nu. 2.

11 De AEQVITATE tamen cessio, ex interual-
lò facta valet, si ita Iudici AEQVITATE sua-
dente videbitur, quia cessio peti potest Iudicis
officio, quando deficit actio, vt per l. si res obli-
gata, vbi Scrib. ff. de leg. 1. probat Surd. cons. 536
12 nu. 5. cum seq., Quod Iudicis officium competit,
quandocunq; subest AEQVITAS l. planè, & l.
fi. ff. de petit. hered. vt subijcit Surd. d. nu. 5. quē
sequutus est D. Senator Bellonus all. cap. 50
nu. 3. idem probat Costa remed. subsid. 33. n. 16
cum sequ. & post eos Gratian. lib. 4. discept. fo-
rens. c. 793. nu. 22. & sequitur Gutier. alleg. 4. n. 9.
cum sequ. Fontanell. d. gl. 18. nu. 83. par. 2.

13 Prout vbi pro sua tantum obligatione soluis-
set, cessio fieri valide posset, non solum inconti-
nenti, sed etiam ex interuallo Alba cons. 748. n. 6
& cons. sequ. nu. 10. & 24. Gabr. cons. 63. nu. 3. &
10. lib. 2. Surd. d. decis. 308. nu. 4. Gratian. d. cap.
743. nu. 23. & 24.

14 Præsertim quando ipsi cedenti nullum damnū
infertur, quia ex AEQVITATE fieri debet tūc
cessio, vt subijcit Gratian. d. lib. 4. discept. forens.
cap. 686 nu. 10.

15 Vel vbi si in solutione precessit pactum de
cedendo dictus D. Sen. Bellonus recit. cap. 50.
16 nu. 3., qui subijcit, quod in dubio soluens sim-
pliciter, censetur soluere pro sua obligatione ex
Surd. d. decis. 308. nu. 4. & Felic. de censibus lib.
3. cap. 3. nu. 6.

17 Si verò aliter lege statutum est, tunc migrat
actio in soluentem sine cessione, etiam quo ad
priuilegium personale Surd. cons. 444. loquens
de soluente Fisco, cuius priuileg. transit in so-
luentem D. Senator Bellonus d. cap. 50. num. 6.
& sequ.

Ad cessionem autem posse etiā agere fideius-
sorem, qui inuito creditore soluit, vt ab obliga-
18 tione se eximeret, tradit Salic. in l. 2. nu. 9. C. de
fideiuss., quem sequitur Surd. all. cons. 536. n. 10.
vers. secundo respondetur; Etiam si contrarium
quilibet arbitraretur verum, quasi nulla sugge-
19 rat AEQVITAS, quod fideiussori, qui non vr-
getur ab aliquo, sponte soluendo creditori, inui-
to debeatur cessio, vt scribit Gratian. lib. 1. cap.
49. num. 37.

SVMMARIA.

1 *Mutuæ petitiones vicissim tractari, & terminari debent.*

2 *Sententia lata super petitione tantum, omissa reconuentione, vel è contra, nulla dicitur, vel saltem per appellationem suspendenda.*

3 *Reconuentio fieri debet antè litis contestationem aliter separatim diffiniri debet.*

4 Re…

4 *Reconuentio post litis contestationem, simplex conuentio censeri debet.*

5 *Fauore rei fuit introductum, vt reconuentio simul cum conuentione terminetur.*

6 *Fauore introducta, non sunt in odium retorquenda.*

7 *Reconuentio vbi liquida non est, sed altiorem indaginem requirit, non retardat expeditionem conuentionis.*

8 *Decisio, siue quaestio vna esse non debet impedimento alterius.*

9 *Reconuentionis causa terminari debet, si causa petitionis intricata esset, & altiorem requireret indaginem.*

10 *Et è contra.*

11 *Pauperis causa dicitur priuilegiata.*

12 *Reipublicae interest, vt lites dirimantur, & fraudibus obuietur.*

13 *Legatum factum consanguineo pauperi, censetur factum vti pauperi, & sic ratione pietatis non vti consanguineo.*

14 *Iudex dicitur recto ordine procedere, si prius super liquido pronunciauit.*

Reconuentio admittitur tantum, quando causa est aequalis causae conuentionis nu. 15. & 18.

16 *Reconuentio, & conuentio debent pari passu ambulare.*

Exemplum circa paritatem conuentionis, & reconuentionis nu. 17. & nu. 19.

Thomingij Doctrina reprobatur nu. 20., & 23. & 29.

21 *Lex scripta quantumuis rigorosa stricte obseruanda est.*

22 *AEQVITAS eo ipso, quod exijt in edicto Praetorum desinit appellari AEQVITAS.*

24 *AEQVITAS etiam non scriptum, quod lex scripta praetermisisset.*

25 *AEQVITAS plus praestat, quam legis verba concedunt.*

26 *AEQVITATIS munus est in supplendis his, quae in lege quodam modo videntur deesse.*

27 *Tolluntur contraria pro prima opinione allegata.*

28 *Legis mens, non verba obseruanda est.*

30 *Ignorantia iuris in lucris, non prodest mulieribus.*

31 *Ignorantia iuris prodest ad euitandum damnum.*

32 *AEQVITAS pro rerum, negotiorumq; natura, & personarum conditione vim legum mutat.*

33 *Reconuentionis causa, si connexa est causa conuentionis, vt in iuditio familiae erciscundae vnita sententia terminari debet.*

34 *In causis connexis liquere non potest de causa vnius quin liqueat de causa alterius.*

35 *Reconuentionis causa proponi potest coram eodem Iudice, siue ordinario, siue delegato.*

36 *Actor non potest declinare iurisdictionem Iudicis coram quo reconuenitur.*

37 *Etiam ob aliquod priuilegium personale.*

43 *Decretum Senatus in ea materia.*

38 *Reconuentio potest recusari ob priuilegium causae, vt spolij.*

39 *Idem in causa depositi.*

40 *Item in causa criminali, quia accusans non potest interim reconuenire;*

41 *Remanent distincti inter Actorem, & Reum eiusdem, vel diuersi fori.*

42 *Petri Francisci Corij Senatoris, mox Regentis honorifica mentio.*

Conuentionis causa, terminari debet, omissa reconuentione, si de prima liquet, De secunda verò adhuc non constet.

Cap. LXXVIII.

1 MVtuae petitiones vicissim tractari, simulq; vna, & eadem sententia terminari debere cauetur in cap. 2. vbi glo. verbo eadē sententia, de ord. cognit. & in cap. 1. in fi. de mutuis petit. Id etiā disponitur in Auth., & consequenter C. de sentent. & interlocut. omn. Iud. Adeo vt si Iudex reconuen-
2 tionis causam separatim deffiniret, eo casu, vel nulla fiet sententia, vel saltem appellatione suspendenda gl. 1. in d. cap. 1. de mut. petit. per text. in l. 1. in fi. ff. quae sent. sine appell. rescind., & l. fi.
3 C. de compensationibus; Potissimum si reconuentio fuit statim, idest ante litis contestationē proposita, quia si post litis contestationem reconuentio proponeretur, eò in casu petens vtramq; causam simul deffiniendam, obaudiendus esset, gl. in all. cap. 1. vers. si verò reus de mutuis petitionibus. Quia tunc rei petitio, non
4 tam reconuentio, quam simplex conuentio esset censenda, Bar. in d. Auth., & consequenter n. 12. circa fi. C. de sentent., & interloqut. om. Iud.

Et eò magis conclusio ipsa procedere debet, quod slz. vnico contextu terminentur, conuen-
5 tio, & reconuentio, quia id in fauorem rei fuit introductum, ne slz. is prius condemnetur a[c]tui
6 quam actor sibi Bartol. vbi supra nu. 4. qui fauor propterea contra eum retorqueri non debet, vt latè scribit Thoming. decis. 13. num. 16. cum quatuor sequ.

De AQVITATE verò, vbi causa petitionis liquida est, reconuentio autem altiorem requirat indaginem, & dilationem, contrariam senten-
7 tiam amplecti debemus, vt slz. super petitione prius iudicetur reseruata cognitione reconuentionis, huius sententiae Antesignanus est Specul. in tit. de reconuent. §. videndum num. 5. & ibi Addi c. litt. E. vbi ex Hostiense in dict. cap. 2. de ord. cognit. traditum est priorem sententiam congruere subtilitati iuris, & sic de rigore pro-
8 cedere; Hanc verò AEQVITATI consonam esse, ne vna Quaestio sit alterius impedimentum, & ne deffinitio litis de qua constat, sic debeat protelari in alterius grauamen, vt scribit Socin. in cap. Prudentiam sub nu. 17. vers. sed Io. Andreas de Mutu petit, & ante eum tradit Archid. in cap. cuius in agendo 3. q. 8. hos sequitur Maranta par. 4. distinct. 6. nu. 8. & 11.

Quae sanè AEQVITAS consideratur, tam ex parte actoris, quam rei reconuenientis in tan-
9 tum, vt si petitio actoris exigeret altiores dilationes, & intricationes, differri deberet, & recōuentio antea expediri. Prout è contra si reconuentio

uentio longiores exigeret dilationes, posset ex-
20 pediri conuentio l. qui pater ff. de iudit. vt post
Ant. de Burr. probat Socin. sub dicto nu. 17. vers.
& mihi placet, vbi subijcit id maxime procedere
21 si causa, quæ facilius potest expediri, esset ali-
cuius pauperis, arg. not. per gl. in cap. in primis
qu. p. Socin. sequitur Marant. dicta par. 4. dist. 6.
nu. 8. in fi.

Et summa sanè ratione, quia posset diues ad
impediendum pauperem in consequtione sui
crediti liquidi, proponere reconuentionem in-
tricatam, & calumniosam eo prætextu, vt simul
cum conuentione terminaretur, siue potius, vt
nunquam terminaretur, quod absurdum esset, &
naturali AEQVITATI contrariū, Cum Reipu-
22 blicæ conueniat, vt lites dirimantur, & fraudi-
bus obuietur vul. l. in fundo ff. de rei vendic. Me-
noch. cons. 8. num. 21. Pauperibusq; valdè subue-
niant iura; Adeout facto legato consanguineo
Pauperi, licet requisitæ solemnitates non sint
adhibitæ in testamento, ad sustinendum legatū
censetur factum, ratione paupertatis legatarij, &
23 sic ratione pietatis, non autem consanguinita-
tis Ias. cons. 183. col. 2. vers. septimo lib. 2. Cephal.
cons. 216. nu. 24. & 25. lib. 2. quos sequitur Gra-
tian. lib. 4. disceptat. forens. cap. 605. nu. 28.

24 Confirmatur conclusio, quia Iudex iudicando
prius de liquido, quam de non liquido, procedit
recto ordine l. si c. de compensationibus, Vnde
cum rei reconuentio liquida non sit per eam re-
tardari nō potest liquida petitio actoris Socin.
sub dicto nu. 17. post med. vers. si vero de vna.

Rursus certum est reconuentionem non ad-
mitti, quando causa reconuentionis nō est æqua-
lis causæ conuentionis, ita ut ambæ vel summa-
25 riæ, vel ordinariæ esse debeant, vt vnica senten-
tia possint terminari, Quia conuentio, & recon-
26 uentio debent pari passu ambulare, vt declarat
Bar. in d. Auth. Et consequenter nu. 4. vers. tertio
est videndum, & ibi Bal. num. 14. & Salic. pariter
num. 14. per tradita in l. qui prior ff de iudi. Qua
de re fractor conuenit reum pro centum con-
tentis in instrumento, Non auditur reus per
17 reconuentionem, si vellet probare eius creditū
per Testes, quia tunc causa non dicitur similis,
contra naturam reconuentionis, quæ secundum
consimilem cognitionem admittitur Salic. dicto
nu. 14. quem sequitur Anchar. iun. lib. 2. q. famil.
18. præsertim nu. 6. post Viuium commun. opin.
18 verbo reconuentio lib. 16. fol. 181. par. p. Mising.
ex sing. obseru. cent. p. cap. 10. Decian. resp. 98.
nu. 5. lib. 2. Carpan. ad stat. 44. nu. 109. lib. p. Can-
cer. lib. 2. resol. cap. 13. num. 39. quos sequitur D.
Bellonus Senator lib. pri. de his qui incont. fiunt
cap. 14. nu. 5. & 6. & Giurba decis. 74. nu. 5. & 9.
Qui Ancar. ibi de communi testatur ea ratione,
quia vbi reconuentio consimilem causam cum
conuentione non habens admitteretur, seque-
19 retur absurdum, quod si vna sumariam, altera
ordinariam cognitionem desideraret, & ambæ
in simul tractandæ forent, altera alteri impedié-
do esset, quod admittendum non est; Idcirco
cumulari non possunt facit l. penult. l. deposit. &
l. vlt. c. de compensationibus, egregiè Rendina
in promptuar. recept. sentent. tit. de reconuent.
num. 8.

20 Ex quibus conuincitur Thomingij tradito in
contrarium firmata recit. decis. 16. num. 3. cum
sequ. vbi sub num. 21. vers. non obest cum pluri
nu. sequ. non parū inuehitur in eos, qui AEQVI-
TATEM amplectuntur, ea fretus ratione, quod
lex scripta quantumuis rigorosa, strictè seruan-
21 da est non obstante dispositione l. placuit. C. de
iudicijs, cuius l. dispositio non de qualibet, sed
tantum de ea AEQVITATE intelligenda est,
quæ scriptis legibus continetur. Quandoquidē
huc pertinent ea, quæ supra in cap. 3. per totum
scripta fuerunt, ex quibus probatum extat pro-
priè non dari scriptam AEQVITATEM quæ ex
Mario Salomon. eo ipso quod exijt in edicta
Prætorum, idest quando ex AEQVITATE quid
quam statuerunt edicta Prætorum, desijt appel-
22 lari, AEQVITAS, & cœpit ius Prætorium vo-
cari, mox iuris legitima lex, & sic patet falli hūc
virum alioquin eruditissimum, dum eo vsq; per
23 hibuit, vt AEQVITATEM quā homines, absq;
certo legum præscripto comminiscuntur AEQVI-
TATIS nomen haud mereri affirmet.

Scire namq; ipsum oportet AEQVITATEM
esse ius non scriptum, quod lex scripta præter-
misit, & iudicium in quo circonscriptis regulis
24 iuris statuitur addictamen rationis naturalis
Bal. in l. p. ff. de inst. & iure, quem sequitur Ias. in
d. l. Placuit num. 2. vt sup. explicanimus in cap. 1.
nu. 7. & nu. 26. Plus enim præstat AEQVITAS
quam legis verba concedunt Cōnan. lib. 1. com-
25 ment. iur. ciuil. tit. de AEQVITATE sub num. 3.
litt. B. & sic AEQVITATIS munus est, in supplē-
dis his, quæ in lège quodámodo videntur deesse
26 Connan. vbi supra sub nu. 3. & 4. litt. C.

Cum itaq; iura vt supra in contrarium deducta
præsertim dicta Auth. & consequenter, quibus
nititur Thoming. loquantur simpliciter de re-
27 conuentione super quā simul cum conuentione
iudicare debet Iudex, patet ipsos distinctionem
minimè fecisse de causis imparib. & longè di-
uersam cognitionem desiderantibus, vnde non
mirum si AEQVITATE suadente ab ipsa regu-
la recedendo declarant scribentes intelligi de-
bere tex. illum de reconuentione paribus non
de longè imparibus in quibus diuersa militat
ratio, vti dicitur de pæna à lege statuta, in eum,
qui ferro percusserit, quam non irrogabit Iudex
ei qui clauicula percussit, & tamen secundum
28 verba, non secundum mentem legis ea etiam
pæna teneretur huiusmodi percussor, ita distin-
guit Rebuff. in l. p. sub nu. 5. vers. ius est ars ff. de
iust. & iur.

Prout hunc Auctorem eque falli constat, dum
sub nu. 19. scribit quod leges vsq; adeo strictè,
& exutè præcipiunt seruandum introductū pro-
cessum, & rigorem iudiciorum causa litium, Ve

nè

nè iuuenilis quidem ætatis Imprudentiæ, vel muliebris sexus fragilitati, aut Rusticanę simpli-
29 citati parcendum esse voluit per l. iuris ignorātiam, vbi scribit C. qui admitti.

30 Quoniam præter quod dispositio dictæ l. iuris ignorantia, non deseruit eius intentioni; dum ibi habeatur quod in lucris iuris ignorantia non prodest mulieri; longè etenim diuersa est, causa lucri consequendi in tertij præiudicium, in qua secundum iuris rigorē proceditur, à causa dam-
31 ni euitandi, in qua de AEQVITATE procedi debere supra probatum extat.

Aptissimum etiam est AEQVITATEM pro rerum, negotiorumq; natura, & personarū conditione vim legum mutare, & vnicuiq; congruē-
32 ter applicare, inquirendo quo cōsilio, quo animo, quo loco, quo tempore, qua vel occasione, vel necessitate factum sit, aut dictum, vel omissum, vt abundè scripsimus supra in d. cap. p. sub nu. 21. cum sequ.

Et sic liquet conclusionē nostrā legibus minimè aduersari, sed earū dispositionē tantū declarare, Benè verū est, quod si causa reconuētionis connexa est causæ conuētionis, vt in duplicibus
33 iudicijs, vlz. familiæ erciscendæ, tunc vnica sententia terminari debet reconuentio, tum ratione connexitatis, tum quia liquere non potest de
34 causa vna, quin liqueat de causa alterius. Socin. sub d. num. 19. vers. Aduerte tamen post Bal. in l. Papinianus nu. 3. in fi., & nu. 3. vers. & in reconuentione C. de sentent. & interloqu. om. Iud., per tex. in l. in hoc iudicio ff. famil. erciſc., Id quod etiam admittit Thoming. all. decis. 16. in fi.

35 Neq; ommittitur, quod causa reconuentionis potest proponi Cotam eodem Iudice tàm Delegato, quàm ordinario etiam Pedaneo, qui alias non posset cognoscere gl. in d. Auth. Et consequenter, verbo eumdem Iudicem per l. quoties C. de Iudic., Quia postquam actor semel elligit
36 eum, non potest ipsum recusare l. fi. cum Papinianus, & in Auth. offeratur c. de litis contestatione Bar. in d. Auth., & consequenter num. 9., vbi declarat, actorem non posse Iudicem per
37 eum acceptatum recusare, priuilegio aliquo, quod eximat personam ipsius actoris ab illa iurisdictione; Quamuis priuilegio causæ possit recusare reconuentionem, vti spoliatus reconuentus alia de causa, qui antequam restituatur,
38 potest reconuentionem recusare l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi; idem in causa depositi
39 l. 1. C. de deposito. Idem in causa criminali, cum accusans nō possit interim reconueniri l. fi. c. de
40 ord. cognosc. Barr. sententiam sequitur Rendina d. cit. de reconuent. nu. 3. per totum, reprobato Ang. in d. Auth. consequenter. qui num. 5. vers. & ego ex hoc affirmauit, quod si actor, & reus eiusdem sint fori, locum habet Bartoli opinio communiter recepta, si verò diuersi sint fo-
41 ri, tunc AEQVITATE suadente, Actor ne sumptibus fatigetur ad domicilium suum remittendus est, Quia traditio Aretini vera, neq; etiam mihi videtur, præsertim ex rationibus per Bar. adductis, quibus adduntur tradita per Franch. decis. 376. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 13. de reconuent. nu. 6. cum sequ. Giurba decis. 74. præsertim nu. 3. Peregr. decis. 142. num. 20. Tusch. in verbo reconuentio concl. 61, & D. Senator Bellonus d. cap. 14. præsertim nu. 4.

Et cum huiusmodi controuersia penderet coram Senatore in causa reconuentionum factarum per D. Co. Carolum Borromeum, qui conuentus fuerat corā Senatu ab Illustriss. & Reuerendiss. Cardinali Borromeo eius patruo, contendente Illustriss. Cardinale, ne admitterentur huiusmodi reconuentiones, sed ad illius Iudicem cōpetentem remitteretur, die 24. Ianuarij currentis anni 1625, referente Ampliss. & Sapientiss. D. Senatore Corio, nunc ob eximias eius animi dotes, & admirabilem, vixq; credibilem in præcipiendis, & deffiniendis grauissimis negotijs facilitatem à Potentiss. Rege nostro Illustriss. Regente, & Consiliario in supremo rerum Itali-
42 carum Consilio creato; censuit Sen. primam re-
43 conuentionem tanquam incontinenti factam producere dupplicem effectum, simul sliz. procedendi; & prorogationis iurisdictionis; alteram tantum prorogationis iurisdictionis tanquā ex interuallo factam.

S V M M A R I A.

1 *Mora purgatio fit ex clausula generali si qua iusta causa.*

2 *Mora purgatio conceditur tàm maioribus, quàm minoribus quo ad actionem conseruandam non quo ad acquirendam.*

3 *Emphiteuta admittitur ad moræ purgationem ob non solutum canonem.*

4 *Mora purgatio admittitur ex AEQVITATE.*

5 *Tempus certum non potest assignari pro moræ purgatione, sed relinquitur arbitrio Iudicis.*

6 *Emphiteuta tenetur moram purgare incontinenti, idest quamprimum poterit.*

7 *Tempus longum ad moram purgandam dicitur assignari emphiteutæ, si ob lapsum bienij assignatur, duo menses.*

8 *Vassallus admittitur ad purgandam moram, si intra annum nouam inuestituram non petijt.*

9 *Donatarius admittitur ad purgandam moram, si iuxta promissionem non præstitit alimenta Donatori.*

Mora purgatio admittitur etiamsi ea fuit commissa in faciendo, vt venditione facta ab emphiteuta, qui recuperando statim rem alienatam euitat caducitatem nu. 10. & 12.

11 *Mora in faciendo non dicitur vera mora.*

13 *Mora purgatur in omnibus contractibus bonæ fidei licet sit dies, & pœna.*

14 *Mora purgatur de AEQVITATE non obstante iuramento.*

Mora purgatio admittitur, etiamsi obligatio facta esset in forma Cameræ nu. 15. Contrar. nu. 17.

18 *Sed verior prima opinio.*

16 Obli-

16 *Obligatio in forma Cameræ, dicitur continere renuntiationem omni legum auxilio.*
18 *Mora purgatur solo iuramento.*
19 *Moræ purgatio non admittitur, vbi conuentum fuit dissolui contractum.*
20 *Moræ purgatio non admittitur, quando executio perfecta est, idest si secuta fuit solutio.*
Executio quando dicatur perfecta nu. 20. & 21.
21 *Subhastatione facta, sed nundum sequta deliberatione purgari potest mora.*
22 *Moræ purgatio non conceditur, quando quis appellauit à sententia arbitrorum, quæ sub certa pæna erat prohibita, licet postea declarauerit appellans, se velle stare sententia.*
23 *Pænitentia sera dicitur, vbi pæna est semel commissa.*
24 *Pæna ob alienationem secutam, debetur etiamsi reuocata sit alienatio.*
25 *Depositarius, qui rem vendens, postea redemit, tenetur si res postea perierit absq; eius dolo, quia semel dolũ fecit alienando.*
26 *Moræ purgatio admitti non solet in facto momentaneo, secus in successiuo.*
27 *Fideiussor obligatus consignare aliquem certo termino sub certa pænâ videtur non posse moram purgare.*
28 *Contrarium verius de AEQVITATE.*
29 *Etiam si cum iuramento promisisset fideiussor.*
30 *Fideiussor post secutam condemnationem ob non præstatum reum termino promisso non admittitur ad moræ purgationem.*
31 *Contrarium de AEQVITATE vbi mora sit parua.*
32 *Quod procedit etiam in Criminalibus.*
34 *Decretum Senatus.*
Dies quando naturalis non debet considerari.
31 *Mora parua non meretur nomen moræ.*
36 *Moræ purgatio admittenda videtur, quando parti nihil deperijt.*
37 *Fideiussio adhoc vt valida sit, & eius vigore possit molestari fideiussor debet esse facta Officiali, vel Notario.*

Consignans se in Fortijs illius Iudicis, à quo eadem die fuerat condemnatus eius fideiussor, admittitur ad purgandam moram.

Cap. LXXIX.

1 MOræ purgatio fit ex clausula generali, si qua iusta causa l. si quis titio. ff. ex quibus causis maio. Roman. in l. si Insulam col. pen. ff. de verb. obligat. Quarè tàm maioribus, quàm minoribus, & Vni-
2 uersitatibus quo ad actionem conseruandam, non quo ad actionem acquirendam conceditur l. 3. §. si hæres ff. de minor. Rom. loco rel. nu. 41.
3 Hinc videmus emphiteutam admitti ad moræ purgationem, ob non solutum canonem tex. è in cap. potius, vbi scrib. extra locari Doct. in d. l. si insulam ff. de verb. obligat. Cotta in suo memoriali verbo mora Dec. cons. 138. sub nu. 6. vers. Et in emphiteuta Eccl. Cæphal. cons. 25. num. 5. lib. 1. Clarus in §. emphiteusis qu. 8. n. 15, & post alios latissime Corbul. tr. de iure emphit. tit. de causa priuationis ob non solutum canonẽ limit. 41. nu. 1. fol. mihi 506. Menoch. de arbitr. casu 7. nu. 3. & nouissime D. Senator Bellonus lib. 1. de his quæ incontinenti fiunt cap. 73. num. 11. & D. Bimius cons. 326. nu. 21. cum seq. lib. 4.
4 Quia moræ purgatio admittitur ex AEQVITATE, vt egregiè scribit Io. Vincentius de Anna singul. 349. prope finem fol. mihi 176. idẽ tradit Rol. cons. 35. nu. 52. lib. 2. & post eos Gratian. lib. 4. discept. 658. num. 25. ita vt non possit
5 dari certum tempus ad moræ purgationem, sed Iudicis arbitrio relinquitur, qui perpensa canonis quantitate, & inspecto an diues, vel pauper sit emphiteuta, plus & minus temporis tribuet ad purgandam moram, vt concludit Menoch. d. casu 7. nu. 13. cum sequ., & D. Bellonus all. cap. 73. num. 19.
6 Purgare tamen moram tenetur emphiteuta incontinenti quamprimum poterit arg. l. 2. §. cõfestim ff. ad Tertull., latè Corbull. d. limit. 41. sub nu. 25. circa finem, qui subijcit satis longũ tempus concedi à Iudice respectu biennij decursi, si
7 dantur duo menses emphiteutæ ad purgandam moram post ipsum biennium.

Item vassallum æquè purgare moram de AEQVITATE certum est, si nouam inuestiturã
8 intra annum, & diem non petijt, vbi intra breue tempus id petierit Surd. decis. 342. num. 14. Menoch. cons. 1133. Rosental. de feud. alien. cap. 9. membr. 1. concl. 2. nu. 13. vbi Addit. lib. 1. fol. mihi 635., quos sequitur D. Senator Bellonus d. c. 73. num. 13.
9 Idem intelligitur in Donatario, qui iuxta promissionem nõ præstauit alimenta Donatori, de quo loquitur tex. in l. 1. C. de donationibus quæ sub modo, Et qui moram purgare potest Couar. lib. 1. var. resol. cap. 14. nu. 16. Idem in marito, qui
10 alimenta vxori non præstitit, egroteq; medicum non adhibuit Alex. cons. 123. nu. 5. lib. 7. Surd. de alim. tit. 4. qu. 5. D. Senator Bellonus d. cap. 73.
11 nu 15. qui numero sequenti tradit, purgari etiã moram in faciendo, licet ea non sit vera mora, vt in emphiteuta, qui inscio domino alienauit rem emphiteoticam, vbi enim statim rem alienatam recuperet, euitat pænam commissam Me-
12 noch. d. casu 7. & Morot. resp. 93. nu. 25. saltem ex AEQVITATE canonica Cotta d. verb. mora, Valasc. consult. 82. num. 23. Idem D. Bellonus cap. 81.
13 Prout mora purgatur in omnibus contractibus bonæ fidei, licet sit dies, & pæna, vt post Bal. in l. cum allegas in col. pen. C. de vsuris probat Cotta in d. memor. verbo mora il terzo Costa de re integra dist. 105. nu. 7. Quippè quod mora
14 purgari possit de AEQVITATE Canonica, nõ obstante iuramento affirmat idem Cotta verb. mora il secondo; Et licet in foro ciuili secus dicendum esse testatur post Bal. in l. qui crimen

col.

col. pen. C. qui accusare non possunt, Ias. in l. si quis maior col. pen. C. de transact., & Dec. cons. 138. col. 3. & cons. 151. col. pen., Tamen id etiam procedere de iure ciuili, post Seraphin. priuil. iuram. 47. nu. 8. & 31. latissimè probat Costa de re integra d. dist. 107. nu. 8. Verall. decis. 230. & 231., Farinac. tit. de carcer. qu. 34. num. 139. & sequ., & decis. 410. lib. 5. nu. 2., qui nu 43. limitat conclusionem, quando mora est geminata Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 708. nu. 58., Et quæ
15 moræ purgatio admittitur ex Gratiano loco relato nu. 55., etiam si obligatio esset facta in forma Cameræ, quę continere dicitur renuntiatio-
16 nem omni legum auxilio, & sic benefitio purgandi moram post Cephal. cons. 25. num. 37. cum
17 plur. sequ., Quid quid in contrarium affirmauerint Dec. cons. 452. nu. 19. Afflict. decis. 174. nu. 4. Gozad. cons. 57. num. 19. Seraphin. priuil. iuram.
18 47. nu. 30., & Magon. decis. lucens. 35. nu. 4., Quia eorum opinionem tanquam contra AEQVITATEM reprobat Vrsill. ad Affl. d. decis. 174. nu. 1. Et sequitur Gratian. loco rellato nu. 57. Quam moram solo iuramento posse purgari scribit Rein. Budel. tr. de monetis diuersorum num. 30. fol. mihi 528.

Et quia sunt multi casus in quibus non admittitur moræ purgatio, de quibus citati Docto-
19 res, & præsertim vbi contrahentes volunt dissolui contractum post certum tempus, Puteus decis. 66. par. 3. Quod etiam procedit inspecta AEQVIVATE Canonica iuxta tradita per Menoch. cons. 718. nu. 9. Seraph. priuil. iur. 48. n. 2.
20 & ibi additur nu. 15., quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. for. cap. 786. nu. 31., Item quando execurio perfecta est, idest quando sequta fuit solutio, quia tunc moræ purgatio non datur, vt latè probat Marisc. var. resol. cap. 124. num. 18. cum sequ.

21 Vbi namq; tantum fuit processum ad subhastationem, datur moræ purgatio, antequam sit sequta deliberatio Bar. in d. l. in Insulam nu. 84. & ibi Ias. nu. 3. & Io. Annibal nu. 155., & ita iudicasse Rotam Rom. die 3. Iunij 1617. Coram R. P. Coruino testatur Gratian. d. cap. 708. n. 46. cum tribus sequ. lib. 4.

22 Idem censeri debet, quando quis appellauit à sententia arbitrorum, neglecta pæna adiecta nō obtemperauei illorum sententię, licet postea declarauerit se velle illi stare, vt multis exemplis probat Anneus Robert. lib. 3. rerum iudic. cap. 8. quem sequitur D. Senator Bellonus sæpius citat. cap. 73. nu. 21. quia vt ibi subijcit num. 22.
23 Sera est pænitentia, vbi pæna est semel commissa ad instar alienationis securę de certa re conuē-
24 ta pæna, quæ non obstante reuocatione alienationis debebitur, vti semel commissa, iuxta trad. in l. si duobus §. vendendis ff. de diuers. tempor. præscript.

25 Vt dicitur de depositario, qui rem vendens postea redimens, tenetur vbi res perierit, etiam sine eius dolo, quia semel dolum fecit l. si à me ff. ad l. falcid. l. 1. §. si rem depositam ff. depositi, Moror. resp. nu. 32., In facto itaque momentaneo
26 non solet admitti moræ purgatio, secus in successiuo Maresc. d. cap. 124. nu. 1 & sequ. D. Senator Bellonus all. cap. 73. nu. 24. & 25.

Ex his ellicitur ea quæstio, quæ sæpè in foro occurrit, an ille qui se obligauit ad repræsentandum debitorē certo termino in carceribus sub certa pęna, possit post dictum terminum moram purgare.

Qua in re licet de rigore iuris videatur non posse purgare moram, quia cum semel pæna sit
27 commissa Sera dicitur pænitentia vt supra dictū est per l. si duobus §. vendendi ff. de diuers. tempor. præscript.

28 De AEQVITATE tamen semper admittitur moræ purgatio in debitore relaxato sub fideiussione de eum repræsentando per illius præsentationem lapso termino, iuxta tex. in l. qui cri-
29 men num. 20. C. de his qui accusare non possunt etiamsi cum iuramento fideiussisset Bois. tit. de carcer. fideiussori committendo nu. 66. Cumia super ritibus magnæ Curię cap. 65. nu. 13. Farin. qu. 34. nu. 136., Et ita decisum fuisse per Rotam Rom. testatur Gratian. recit. cap 708. nu. 41. cum plur. sequ. & ante eum tradit Menoch. de arbitr. casu 40. & Valenzol. cons. 16. quos sequitur D. Senator Bellonus lib. 2. de incont. cap. 60. vbi materiam ipsam examinat, ac per casus distinguit, eamdem pertractat in all. cap. 73. num. 19. post Anneum Robert. Thesaur. Iun. lib. 3. quæst. famil. 53. num. 3. & Caball. var. resol. lib. 2. casu 212.

Magis dubia, & vltima quæstio num morę purgatio admittatur post condemnationem securā
30 contra fideiussorem non repræsentantem reum, siuè debitorē, & sic in illius contumatiā. Et sanè
30 cum res non dicatur amplius integra sequta cōdemnatione, moræ purgationem admitti non debere videtur ad instar caducitatis declaratæ per dominium directi circa emphiteutam morosum, vt post Scrib. in d. l. Insulam probat Crau. cons. 24. nu. 15. Caball. cons. 134. num. 9. Magon decis. Lucens. 36. nu 6. & Cornazan. decis. 142. nu. 3. quos sequitur Costa de re integra recit. dist. 105. sub nu. 9.

31 De AEQVITATE tamen mora purgatur, etiam post condemnationem, vbi mora sit parua, vt expressè probat Cumia super ritibus magnæ Curiæ d. cap. 65. nu. 13., quem sequitur Gratian. all. cap. 708. nu. 42.

32 Quod etiam procedit in Criminalibus secundum Bois. tit. de carcer. fideiuss. committ. sub
33 nu. 66. vers., & aduertè, Quia mora modici temporis parum, vel nihil officit tex. est in l. si debitori ff. de iuditijs D. Sen. Bell. d. cap. 73. n. 8. lib. 1. ac cap. 60. nu. 6., Et in facti contingentia, ita censuit Senatus die 31. Augusti 1619. declarando esse absoluendum fideiussorem, qui post con-
34 demnationem eadem die præsentauit reum, cū alias censuisset idem Senatus moram non purgari

gari

gari die sequenti post condemnationem, & sic eadem die posse purgari quodammodo admitteret, cuius Senatus decreti meminit D. Senator Bellonius all. cap. 60. nu. 8. lib. 2. Itaut si condemnatio facta esset in vesperis, summo manè autem sequenti fideiussor consignasset reum, adhuc pœna integra exigeretur ex decreto Senatus, vt ibi refert D. Senator Bell. num. 9. Quia non dicitur
34 eodem die se consignasse, & sic diei appellatione, naturalis dies tunc non consideratur, Contrarium tamen statui deberet, vbi reus se media nocte consignasset, de quo post Polid. Ripam de noct. temp. cap. 127. scribit ibidem in fine D. Senator Bellonus.

35 Et summa sanè ratione, tum quia parua mora non meretur moræ nomen Albet. in l. 1. C. de verb. signif. Asin. tr. de execut. §. 3. cap. 172. n. 2. cum sequ., quibus sequitur Costa de re integra all. dist. 86. nu. 11., & dist. 105. nu. 11., Tum etiã quia
36 ex quo nihil deperijt Fisco, aut parti per huiusmodi paruam moram, AEQVVM & iustũ videtur, vt licita sit moræ purgatio, ne tantum damnum patiatur fideiussor, ob eximiam, & modicã dilationẽ, iuxta l. 2. §. item varus. ff. de aqua pluu. arcenda Osas decis. 71. nu. 45. Et si faciunt tradita per Pacian consil. 145. num. 56. & seqq. Barz. decis. 50. D. Marius Antoninus resol. 61. lib. 1. & Costa all. dist. 105. sub n. 9. vers. aut verò præterijt
37 Fideiussio tamen valida esse debet viz. facta officiali, vel notario, adhoc vt compelli quis possit ad eum præsentandum, vt animaduertit Boss. d. tit. de Carcer. fideiuss. dimitt. nu. 68. per l. eum pro quo quis ff. de in ius vocãdo, quo loci testatur Boss. quod alias quilibet pro debito capiebat maleficos, & data fideiussione dimittebat; quas fideiussiones nullius momenti fuisse tradit, de hac materia purgandi moram multi scripserunt, & inter cæteros Anneus Robert. lib. 8. rerum iudic. cap. 8. & Thesaur. inn. q. forens. 53. lib. 1. Gabr. cons. 69 num. 45. lib. 2. Surd. cons. 558. nu. 15. & Costa de re integra dist. 68. 86. & 105. Gratian. cap. 241. & 708. ac decis March. 49. copiosè Iacobus Niger in reper. l. in insulam num. 29. ff. de verb. signif. fol. 270. lib. 6. Ludouis. decis. 559. nu. 16. & D. Senator Bellonus all. cap. 73. per totum, & cap. 60. lib. 2. apud quos copiosè materiam colligere poterit lector.

Quia verò exactiones huiusmodi condemnationum contra fideiussores sequutarum non nisi tarde fieri possint, maxime his temporibus; Superflua videtur ea quæstio proposita per Baiard.
38 ad Clar. qu. 46. nu. 55. Quod sit. moræ purgatio admittitur etiamsi pœna fuisset ex acta, cui opinioni non assentit D. Senator Bellonus all. cap. 60. nu. 6. lib. 2. nisi AEQVITATEM Canonicam spectare deberemus.

Huc pertinere etiam videtur alia quæstio,
39 quando siz. reus citatus absens, vel infirmitate impeditus, comparere non potuit, & absentiam per coniunctum, vel aliam personam allegauit, & probare se obtulit, id, quod fieri posse per quamlibet personam tradit Clar. qu. 34. vers. sed num quid, & Farin. qu. 91. nu. 286. & nihilominus Iudex ad vlteriora processit contra reum, quem tandem in contumaciam damnauit; Tunc enim cum sententia non dicatur contra contumacem lata, sed contra impeditum, nulla ipso iure redditur sententia per tex. in l. 2. §. si quis in iudicio, & ibi Ias. n. 5. ff. si quis caution. & in l. quæsitum ff. de re iud. latè Farin. q. 11. nu. 53. Castill. decis. 188. lib. 2.

Et ita posthæc scripta, me patrocinante, AEQVITATEM sequendo, Censuit Senatus die 11. Septembris 1631. fauore Marchionis Mutij Pallauicini cõdemnati p Perill. D. Prætorem Cremonæ in pœnam aureorum decem mille, quã mulctam circumscripsit Senatus, refferente Illustris. D Senatore Octauio Villano Regente, & Consiliario electo à S. R. M. in supremo rerum Italicarum consilio. Viro sanè prudentissimo, & vigilantissimo, qui breui vix trium annorum cursu Fisci Patronus, mox Senator, Tandem Cõsiliarius, & Regẽs ob egregia innumeraq; seruicia Reg. Maiestati allata fuit creatus, & ad tantum fastigium euectus, annum tantum trigesimũ nonum attingens.

S V M M A R I A.

1 *Culpa vnius ex Coemphiteutis non soluentis eius portionem Canonis nocet alijs coemphiteutis.*
6 *Quod tamen rigorosum est.*
7 *Contrarium verius de AEQVITATE.*
2 *Conditio si Canonem non solueris, est indiuidua.*
3 *Obligationis conditio non mutatur ex persona coemphiteutorum.*
4 *Caducitas est pœna propter pactum expressum, aut tacitum Domini concedentis, vt in defectum solutionis Canonis cadat emphiteuta.*
5 *Canon nisi in totum soluatur, committitur pœna etiam contra omnes coemphiteutas.*
8 *Vnus grauari non debet propter culpam alterius.*
9 *Alteri per alterum iniqua inferri non debet conditio.*
10 *Factum fratris, siue hæredis alteri fratri, siue cohæredi nocere non debet.*
11 *Emphiteutæ soluenti portionem suam Canonis succurritur.*
12 *Credulitas probabilis coemphiteutæ, quod alius solitus eius portionem Canonis soluerit, eum excusat à caducitate.*
13 *Quod procedit etiam maximè si ij qui cessant decessit antequam sit declaratum locum esse caducitati.*
14 *Dominus directus defuncto emphiteuta non potest amplius declarare eius voluntatem caducitatis in præiuditium hæredis.*
15 *Ecclesia vbiq; iure Canonico, & eius AEQVITATE vti debet.*
16 *Diuisioni rei emphiteoticæ vbi consensu Dominus, cessatio vnius ex coemphiteutis non præiudicat alijs.*
17 *Consensus Domini diuisioni rei emphiteoticæ operatur, ac si ab initio emphiteusis concessa fuisset vti singulis.*

18 Coem-

18 *Coemphiteuta soluens integrum Canonem pro alijs socijs potest alias portiones à socijs repetere.*
19 *Solutio emphiteutæ recepta dicitur in causa duriorem.*
20 *Caducitati locus dicitur, quamuis in triennio integra portio Canonis vnius anni a coemphiteuta soluta esset.*
21 *Emphiteotica res vbi commodam diuisionem non patetur, tunc vel præfertur faciens meliorem conditionem, vel quem Dominus directus voluerit.*
22 *Emphiteotica res inaqualiter potest à Testatore distribui inter alios, nisi contemplatione filiorum esset acquisita.*
23 *Emphiteuta habens maiorē partem rei emphiteoticæ, præfertur habēti minorem partem ad euitandum rei periculum, vbi commodè diuidi non potest.*

Emphiteutæ soluenti eius portionem Canonis subuenitur, si alij emphiteutæ fuerunt contumaces, nec soluerunt, vbi nulla culpa ei adscribi potest. Cap. LXXX.



Ostquam de emphyteutorum mora, & illius purgatione actum fuit in præcedenti Capitulo, Ad rem se offert illa quæstio, quæ sæpè occurrit, & quam Sabatinam nuncupat gl. in l. communi diuidendo verb. confederetur ff. com. muni diuidundo; Num scilicet facta diuisione inter fratres, siue hæredes rei emphiteoticæ cum onere soluendi quotam partem Canonis, culpa vnius emphiteutæ non soluentis, nocere possit alio soluenti ratam partem.

1 Et sanè casum hunc contra emphiteotam decidit gl. prædicta in dicto verb. confederetur. Ibi enim habetur rem totam in commissum cadere ob culpam vnius ex hæredibus in non soluendo partem Canonis sibi spectantis, quam sententiam sequitur Ripa in l. 4. §. casu nu. 44. ff. de verb. oblig. Roland. conf. 17. nu. 16. lib. 2. Clarus in §. emphiteusis qu. 8. nu. 13. & post infinitos alios Corbul. tr. de iur. emphit. tit. de causa priuationis, ob nō solutum Canonem, ampliat. 8. nu. p. cum plur. sequ. fol. mihi 344. & post eum Polid. Ripa tr. de indiuiduis sect. 10. num. 50. fol. mihi 124.

Ratio est, quia sicut primus inuestitus, si tantum partem Canonis soluisset à iure suo in totū
2 cecidisset, cum conditio si Canonem non solueris sit indiuidua; Ita si per hęredes, Canonis tantum pars soluta fuisset, ne ex eorū persona mu-
3 tetur obligationis conditio contra l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Namq; cum insolidum sint obligati hæredes, culpa est communis & omnes in non soluendo Canone tenentur Corbul. d. ampliat. 8. sub nu. 2.

Prout alia etiam ratione mouentur Doctores, quia scilicet caducitas est pæna propter pa-
4 ctum expressum, aut tacitum Domini concedentis, vt in deffectum solutionis Canonis cadat emphiteuta à re in emphiteusim obtenta. Ad eam autem euitandam non sufficit per vnum ex hæredibus partem solui, quia nisi in totum sol-
5 uatur committitur pæna, & cōtra omnes, vt tradunt Doctores in l. in executione §. item illa ff. de verb. obligat. Socin. in repet. l. 4. §. Cato nu. 145. ff. eod.

6 Hęc tamen sententia rigorosa videtur, & sic de rigore iuris eam procedere scribit Clarus d. §. emphiteuti qu. 8. sub nū. 13. in fine.

7 De AEQVITATE enim vbi soluenti suam ratam portionem, nulla potest adscribi culpa, cum crederet socium soluisse eius portionem, excusatur à caducitate, & ei subuenitur, etiam si socio, vel cohęredi soluēdo non esset, quod magis est; & sic inanis futurus esset regressus; vt probat Costa remed. subsid. 54. nu. 7. post Guid. de Suzara in l. 1. ff. si quis alien. testam. prohib. vbi dicit hanc AEQVITATEM sequendam Io. Andr. in addit. ad specul. in tit. de emphiteusi §. nunc aliqua qu. 71. verb. hoc placet.

Vnus enim propter peccatum, siuè culpam
8 alterius priuari nō debet, cum pæna teneat suos auctores l. pen. C. ne vxori pro marito, & cap. quæsiui, de his quæ fuerūt à marito, Nec debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri vul. l.
9 non debet ff. de reg. iur. Quippè fratris siuè hæredis factum suo fratri, aut cohęredi nocere non
10 debet, vt probat Guliel. de Cun. in l. si necessarius §. si onus ff. de pignorat. act. Addito ad Specul. loco relato.

Hanc sententiam, quod cessante culpa soluētis eius portionem Canonis in commissum non cadat ob contumaciam alterius coemphiteutæ, admittit idem Corbul. in eadem ampl. 8. nu. 21. Quia tunc soluentem ope exceptionis in suo
11 iure esse conseruandum scribit ex Socin. in d. l. 5. §. Cato n. 148. vers. vltra Doctrinam ff. de verb. obligation. hoc idem probare videtur Gratian. lib. 4. discept. 675. nu. 33. dum ait, quod probabilis credulitas coemphiteutę eum excusat à ca-
12 ducitate; Videlicet si probabiliter credere potuit socium, siuè coemphiteutam soluisse eius portionem Canonis.

Pręsertim si is, qui cessauit in solutione partis Canonis, decessisset, antequam Dominus de-
13 clarasset velle esse locum caducitati, Quia eius cessatio non noceret alijs, cum Dominus non posset amplius suam voluntatem declarare ad
14 causandam caducitatem, vt probat Corbul. d. ampliat. 8. nu. 24. post Ruin. conf. 168. num. 20. & Cassador. decis. 2. & 3. de locato.

Quę conclusio eò magis procedere debet in
15 emphiteusi Ecclesiastica, cum vbiq; Ecclesia iure Canonico, & eius AEQVITATE, & non rigore iuris Ciuilis vti debeat cap. quę in Ecclesiarum de Constit. & cap. quod Clericis de foro compet. Bero. conf. 196. nu. 20. lib. 1.

16 Cæterum si Dominus consensum prestitisset diuisioni rei emphiteoticæ, tunc absolutè cessa-

P tio

tio vnius emphiteutæ non præiudicaret alijs, sed solus punitur, vt probat Corbul. dicta ampl. 8. nu.6. Idem admittit Caualcan. decis.25. nu.26. & decis. 30. num. 118. par.2. Peregr. de iure fisci lib.6. tit.6. nu.53. Beninrend. decis.4. per totum, quos sequitur Polid. Ripa dicto tract. de induid sect. 10. nu.51. Quia eò casu attenta licentia Domini de diuidendo inter plures; Perindè est, ac sià principio esset diuidentibus concessa em-
17 phiteusis vti singulis Corbul. sub dicto nu. 6.

Si verò quis ex coheredibus integrum Canonem soluisset & sic etiam partem ad alios coheredes spectantem posset alias portiones à coheredibus repetere iudicio familiæ ercifcundæ, vt
18 tradit idem Ripa de induid. all. sect. 10. num.52. & nu.59.

Et quia sæpè etiam occurrit, quod tribus existentibus hæredibus qui certam summam pro Canone, exempli gratia asses duodecim pro singulo anno soluere debent, vnus tantum integrā eius portionem soluit singulo anno; Adeo quod tribus annis simul computatis integrum Canonē persoluit; Dubitatur an sit locus caducitati, necnè cum cessarum non dicatur per triennium in solutione Canonis, & ea solutio recepta di-
19 catur in duriorem, & grauiorem causam l. cum ex pluribus ff. de solut. & l. 1. C. eodem tit.

20 Concludendum est ex communi opinione caducitati locum esse, Quia aliter nunquam res incideret in commissum vno ex hæredibus e us portionē soluente; cū nunquā continuū triennium daretur, ita probat Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de emphiteusi quæst.71. verbo hoc placet in fine, Bettous cons.196. nu.12. cū sequ. lib.1. Vrsill. ad Affl. decis.153. sub nu.1. & 2. & post eos Corbul. d. ampliat. 8. nu.7.

Neq; ommittendum est, quod si res emphiteotica non pateretur commodam diuisionem, tàm si agatur inter fratres, quàm inter coheredes; tunc vel præfertur faciens meliorem condi-
21 tionem, vel quem directus Dominus maluerit, aut Iudex arbitrabitur §. si familię eum sequ. Inst. de off. Iud. Affl. decis.358. & Costa d. remed. subsid.54. nu.11.

Si verò res emphiteotica distributa est in testamento valde inęqualiter, vbi potest, nisi con-
22 templatione filiorum acquisitam esse constaret Clar. d. §. emphiteusis qu. 16., Eò casu qui longè maiorem portionem in magno excessu habet, de AEQVITATE esset præferendus habenti
23 minorem partem ad euitandum rei periculum, & præiuditium arg. l. maiorem ff. de pactis l. sancimus §. ne autem C. de donationibus; Capic. decis.37. & post eos Costa all. remed. subsid.54. nu.11. in fine.

S V M M A R I A.

1 *Emphiteuta tenetur ad omnes expensas refectionis.*
2 *Contrarium verius, vbi Canon est commensurabilis fructibus.*
2 *Emphiteuta, Libellarius, & Feudatarius dicuntur possidere, quia habent vtile dominium,*
3 *Emphiteuta tenetur ad collectas, ad viarum, & Pontium reparationem, ac Puthei refectionem, & Agerum, fossatuumq; purgationem.*
4 *Ciuitates huius dominij de facto proprijs expensis se munire consueuerunt.*
6 *Emphiteuta qui Canonē commēsurabilem fructibus soluit, æquiparatur simplici conductori.*
7 *Emphiteuta non liberatur, nec à toto, neque à parte Canonis, nisi in totum penitus perempta est quando Canon est modicum.*
8 *Canon siuè pensio si est correspondens fructibus fit remissio propter sterilitatem.*
9 *Contrarium probat Corbul.*
Remissio fit vbi damnum contingit in re cōducta, secus si in rebus proprijs conductoris, vt in bonis num. 10., & 11.

Emphiteuta, qui soluit pensionem commensurabilem fructibus excusatur à restauratione rei emphiteoticæ. Cap. LXXXI.



NE materia emphiteusis de qua supra alibi pertractetur; sed commodius hic per continuationem examinetur, Spectat hic quærere, an emphiteuta tenetur ad reparationem rei emphiteoticæ, quæ vel interijt, vel excidium minatur. & sanè Cepol. in tr. de Seruit. Vrban. prædiorū tit. de refect. n.18. pro absoluto habet emphiteutam teneri ad om-
1 nes expensas refectionis, quamuis magnas regist. in lib.6. par.2. tractat. fol.202. à ter.

2 Quia cum Emphiteuta, Libellarius, & Feudatarius possideant, & habeant vtile dominium l. 1. §. qui in perpetuū ff. si ager, vel emphit. petar, huiusmodi impensa spectat ad eos. Eamdem sententiā amplectitur Valasc. tr. de iure emphit. qu.26. nu.4. In qua quæst. tradit omnes casus in
3 quibus emphiteuta tenetur expensas facere, vlz. in oneretum, & collectatum solutione, in viarum, & Pontium reparatione, ac refectione, & in Puthei reparatione, atq; ad Agerum, Fossatuumq; purgationem, & similia.

Prout in fine eiusdē quæstionis tradit Auctor ipse, an Ciuitas teneatur suis sumptibus se munire tempore belli; An vero expensis Principis seq; remittit ad Menchaquam lib. 1. Ill. quæst. cap. 6., Verum præterito anno 1625. dum exer-
4 citus Francorum Ianuensis Republicæ ditionē, & oppida occupabat; Decuriones Ciuitatis Derthonæ Patriæ meæ proprij saluti studendo, sumptibus Ciuitatis eiusdem mænia reparari, ac ea muniri curarunt nō expectata Crumena Regia, stante vicinitate Finium cum Ianuensi iurisdictione, cum omnium interesset, vt à Gallorum conatu tuti redderentur, & ad eam expensam non teneretur Ciuitas; Quippè in hac materia vbi

vbi periculum sit in mora, cogi potest ad defendendum Ciuitatem, vel oppidum quilibet etiā priuilegiatus, vbi bellum immineat; Nisi statim ostēdat q priuilegiū, & illius dispositio in dubium minimè possit reuocari, vt post Rebuff. in præfatione de sentent. prouis. nu. 97., scribit D. Senator Bellonus lib. 1. de Incent. nu. 6.

Vbi tamen Canon quem soluit emphiteuta
5 est commensurabilis fructuum rei emphiteoticæ, & sic potius in recompensationem fructuum, quam in recognitionem directi dominij, quo
6 casu liuellarij & emphiteutæ æquiparantur simplici conductori, vt tradit Alex. cons. 115. lib. 1. Tunc de AEQVITATE non tenetur emphiteuta, nec liuellarius ad reparationem, & ad solutionem Canonis, vt probat Ancar. Iun. quæst. famil. 78. num. 6. lib. 3. post Auer. cons. 56. & 31. Idem post eum tradit Thesaur. decis. 20. nu. 3. &
7 7. qui nu. 4. tradit emphiteutā non liberari, nec à toto, nec à parte, nisi re emphiteotica in totū pænitus peremta per Tex. in l. 1. C. de iure emphit. verbo prorsus, & verbo interitum, & in §. adeò Institut. de locat. verbo totius rei interitus, vt ibi etiam declarat gl. ac comprobat Clar. in §. emphiteusis qu. 8. vers. quæro etiam.

Quæ Thesauri traditio procedit tantum, si pensio est modica, & in mera recognitione directi dominij detur; Secus verò quando est correspondens fructibus, idest quod tanta aut paulo minor pensio esset constituta, quanta daretur pro locatione; Quia tūc fieret remissio propter
8 sterilitatē ad instar simplicis locationis, vt post Bart. probat Valasc. d. tr. de emphit. qu. 27. sub
9 nu. 11. & Thesaur. loco relato num. 5. Quamuis contrarium statuere videatur Corbul ampl. 12. num. 4. tit. de causa priuationis ob non solutum Canonē, eamdem sentētiam sequitur Cauagnol. ad decreta Montis fer. 72. qu. 4. n. 16. & Thesaur. Iun. in addit. ad ipsam decis. 20. circa finē post Viuu. decis. 309. num. 11. & decis. 500. lib. 3., reprobato Surd. cons. 362. & Caroc. de locat. tit. de remiss. mercedis qu. 8. nu. 36. In simplici tamen
10 locatione id intelligi debet quando damnum contingit in reconducta. Non autem si damnū contingit in rebus proprijs ipsius conductoris,
11 vt in plaustro Bobus, & similibus, quæ licet fundo deseruiant, tamen non est locus remissioni, vt notatur in l. ex conducto, & l. si merces §. vis maior ff. loc., & l. licet C. locati, Caroc. de locat. par. 4. tit. de remiss. mercedis qu. 8. num. 38. fol. mihi 192.

SVMMARIA.

1 *Censuario non fit remissio cēnsus ob sterillitatem rei censui suppositæ.*
Contrarium verius de AEQVITATE num. 5. & 7. ac 8.
2 *Censuarius vigore Bullæ Pij Quinti tenetur ad onera, quæ ex natura contractus spectant ad dominum fundi.*
3 *Casus fortuiti, vt sterillitatis belli, & similium spectant ad Dominum rei.*
4 *Census sicuti non augetur auctis fructibus ita illis cessantibus, vel diminutis, non cessat nec diminuitur census.*
6 *Censum emens dicitur emere fructus rei, cum super fructibus sit constitutus census.*
9 *Census nullus debetur re in totum perempta, etiam si contrarium pactione fuisset conuentum.*
10 *Emphiteuta non tenetur ad Canonis solutionem saltem integram, si res deterior valde, vel sterilis facta est.*
10 *Contrarium probat Viu. & Thesaur.*

Censuarius excusatur à solutione census, si res censui supposita infructuosa effecta est. Cap. LXXXII.

Postquam de remissione Canonis actū fuit, ob sterilitatem rei emphiteoticæ, Nō ab re agendum erit, an huiusmodi remissio fieri debeat cēsuario,
1 Et negatiuam partem sustinet Couar. var. resol. 1. lib. 3. cap. 7. nu. 5. vers. primum etiam, quem sequitur Surd. cons. 162. nu 2. & decis. 198. per totum; Maximè quia ex dispositione Bullæ Pij
2 Quinti venditor census teneatur ad onera, quæ ex natura contractus spectant ad Dominū fundi l. 1. & fin. C. sine censu, vel reliquo, Surd. decis. 162. num. 25. cum sequ., Menoch. cons. 983. per totum Viu. decis. 369. nu. 14.
3 Casus enim fortuiti, vel sterilitatis belli, & similium, spectant ad Dominum rei l. qui fortuitis ff. de pignorat. actione; Et sicuti census non au-
4 getur auctis fructibus; Ita illis cessantibus, vel diminutis, non cessat vel diminuitur census Couarru. lib. 3. var. resol. cap. 1. nu. 5. Nauar. de vsuris nu. 81. & 117. Caroc. de locat. qu. 8. num. 36. tit. de remiss. & Guid. Pap. qu. 8.

Contrarium tamen verius, est de AEQVITATE, & in iudicando sequi debemus, quia Cen-
5 suarius ob sterilitatem, vel aliud impedimentū, ob quod non potuit percipere fructus excusatur à solutione census per Tex. in l. forma §. illam ff. de censibus Bos tit. de remiss. mercedis n. 18. & Boccatius de censibus par. 3. nu. 70.
6 Census enim super fructibus constitutos fuisse certum est; Cum censum emens dicatur emere fructum rei Tolet. in sua summa lib. 5. cap. 45., Idcirco eis non perceptis absque culpa de AEQVITATE ad solutionem cēsus compellendus non est censuarius, vt multis argumentis probat Thesaur. Iun. in addit. ad d. decis. 20. in fine, & plenius in qu. famil. 32. sub num. 25. vers. contrarium tamen sententiam lib. 1. cū sequen. plur., vbi ad contraria respondet, & ea tollit, cū
7 hæc opinio sit magis communis, & AEQVA, Præsertim per expressam dispositionem d. extra-

uagantis Pij Quinti Pont. Max. & per tradita à Nauar. in addit. ad ipsam extrau. & in cons. 47. nu. 2. cum sequ. lib. 2. Parlador. rerum quotidianarum cap. 3. nu. 23. Cęual. com. contra comun. qu. 312. nu. 6. idem Viuu. decis. 369. nu. 15. Cum
8 opinio hæc AEQVITATI Christianæ adhæreat vt subijcit ibi Thesaur. sub nu. 28.
9 Porrò quod re in torum perempta, cēsus nullus debetur, non obstante pacto in oppositum inito, vt probat Costa de portione ratæ qu. 11. in fine, qui subijcit, quod si pars fundi remansit, ad ratam, soluitur tantum census, siuè Canon, si tantum supersit, quantum pro eo præstari potest, Eademq; conclusio procedit in eomphi-
10 teuta eadem AEQVITATE concurrente; quia tunc per Iudicē reducitur cōtractus ad AEQVITATEM tex. in l. cum quidam ff. de vsuris, Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 18. num. 115., & sequ. par. 1. lib. 1., licet contrarium teneāt Viuu. decis. 500. & Thesaur. Iun. in add. ad decis. 20. & qu. famil. 32. n. 22. cum seq. plur. lib. 1. Cauagnol. ad Decr. 72. qu. 4. nu. 15.

SVMMARIA.

1 *Filios illegitimos oderunt legum latores, cum in legibus duodecim tabul. scriptum sit è meretricio natus Patre, non alito.*
2 *Filij illegitimi de iure ciuili non admittuntur ad paternam successionem, nec à Patre ali debent.*
3 *Contrarium verius de AEQVITATE Canonica.*
4 *Filij illegitimi ali debent non solum a Patre, sed etiam ab illius hæredibus.*
5 *AEQVITAS hæc Canonica locum habet etiam in terris Imperij.*
8 *Alimenta debentur filij iure naturali.*
7 *Alimenta ex quadam sanguinis coniunctione debentur à parentibus omnibus animantibus.*
9 *Ius Canonicum nititur totum quadam AEQVITATE*
10 *Qui nihil deliquerunt acriter puniendi non sunt.*
11 *Filiorum illegitimorum æqualis est venia æqualis innocentia.*
12 *Filij illegitimi, & spurij, licet cum peccato generentur, sine peccato tamen aluntur.*
13 *AEQVITATEM, & pietatem prætulit ius Canonicum Castitati, naturalem sequens rationem.*
14 *Decisio Rotæ Romanæ.*
15 *Decis. cons. Neapol.*
16 *Impium esset vitam alicui dedisse, vt eam statim adimeremus negando alimenta.*
17 *Deus Opt. Maximus vult homines nasci, vt viuant, viuere autem vt illius admirabilia opera venerentur, eiusq; sibi gratiam, ac pietatem comprecentur.*
18 *Semen ex qualicunq; homine sit Dei vtiq; opus est.*
19 *Alimenta de AEQVITATE non solum filijs spurijs sed etiam nepotibus debentur.*
20 *Nepotes ex filio spurio minus odiosi dicuntur.*
21 *Alimenta debentur etiam vxori inopi filij spurij.*
22 *Alimenta debentur etiam nepotibus spurijs ex filio legitimo natis.*
23 *Dotare filiam seu neptem spuriam tenetur auus.*
23 *Dos succedit loco legitimæ.*
24 *Quod procedit etiamsi pater expressè prohibuisset in testamento huiusmodi alimenta, & dotationem.*
25 *Pater pro alimentis filij spurij, potest relinquere quartam partem suæ hæreditatis.*
Alere filios spurios tenetur etiam Fiscus ad quem bona patris peruenerunt etiam ob delictum læsæ Maiestatis nu. 26. ac 27.
28 *Decisio Rotæ Romanæ in ea materia.*
Alere filios spurios tenetur etiam donatarius omnium bonorum patris, si donata sint in fraudem à parentibus nu. 29. & 32.
Hippotecaria actio etiam datur pro alimentis filij de AEQVITATE in bonis patris nu. 30 & 31.
33 *Alere filium illegitimum tenetur etiam mater, donec peruenerit ad ætatem trium annorum.*
34 *Et etiam lapso triennio si pater esset pauper.*
35 *Declara. quando mater id agere posset absque scandalo, & periculo.*
36 *Alimenta non debentur filio spurio, qui ea potest sibi lucrari ex artificio, vel seruitute.*
37 *Frater diues tenetur alere fratrem pauperem.*
38 *Alere filium spurium non tenetur pater, si inhonestè viueret filius, aut filia.*
40 *Contrarium verius si resipiscat.*
39 *Filius quotiescunq; potest legitimè exhæredari, ei etiā potest alimenta denegari.*
40 *Limitatur quando filius resipiscit, & ad honestatem reddit.*
41 *Alimenta filijs spurijs debita præstanda sunt ex fructibus, non ex alienatione bonorum.*
42 *Filio & personæ legitimæ alimenta sunt præstāda etiāsi ex alienatione bonorum, quia iure sanguinis debentur.*
43 *Alimenta præstanda sunt pro rata fructuum.*
44 *Filius illegitimus eò ipso, quod est artifex præsumitur habere vnde viuat.*
45 *Pater, & quilibet ascendens non tenetur in plus, quam facere potest pro alimentis præstandis filio, neq; se arctare in suis alimentis.*
46 *Charitas prima incipit à se ipso.*
Pater, & quilibet ascendens cogitur tantum pro alimentis futuris filij, non pro præteritis, nisi facta interpellatione eorum causa, debita contraxisset filius nu. 47. & 48.
49 *Alimenta alicui præstans, absque alia protestatione, nihilominus agere potest ad illorum repetitionem.*
50 *Vassallorum onus dotandi filias Domini, extenditur etiam ad filias spurias.*

Filio naturali, etiam ex coitu damnabili debentur alimenta ex bonis Patris. Cap. LXXXIII.



1 Spurios, & illegitimos filios eo sunt odio prosequeē antiqui legislatores, vt in lege duodecim tabularum scriptum esset, e meretricio natus patre non alito. Quod etiam ex Solonis lege, apud Athanienses cautum fuit, vt refert Plutarchus in vita

vita Solonis;Adeo quod contra naturalem om-
nium animantium inſtitutum, iuſsit Imperator
in Auth. ex complexu C. de incert. nuptijs, ne
2 huiuſmodi ſpurij admitterentur ad paternam
ſuccesſionem, nec à patre alerentur, minuſq;
erga patrem eãdem pietatem poſſent exercere,
id ꝙ cautum fuiſſe videtur, de iure Canonico in
cap. per Venera. in fi. qui filij ſint legitimi, &
multis auctoritatibus, & fundamentis probat
Paleotus de nothis, & ſpurijs cap. 46. num. 1., ac
poſt eum Lupus tr. de illeg. coment. 1. §. 6, qui
reprehendit Clarum affirmantem teneri patrē
de iure ciuili alere filium ex damnato coitu na-
tum in §. teſtamentum qu. 31. verſ. ſed quid di-
cendum.

3 De AEQVITATE tamen Canonica, alimen-
ta filio illegitimo, & etiam ſpurio, & ex damna-
to coitu procreato debentur, vt ſanxit Cæleſti-
nus III. primus AEQVITATIS, & benignita-
tis illius auctor, in cap. cum haberent in fi. de eo
qui duxerit in matr., quam pol. vbi Canoniſtæ
4 omnes, & hoc non ſolum à patre, ſed etiam ab
illius hæredibus l. ſi quis à liberis §. id reſcri-
ptum ff. de liber. agnoſ., Primam enim opinio-
nem de rigore iuris hanc de AEQVITATE Ca-
nonica procedere ſcribit Paleotus de mente
aliorum loco relato nu. 2. Quamuis eam diſtin-
ctionem non approbet., id quod comprobat in
cap. ſequ. num. 1. & ſequ., & poſt eum Theſaur,
deciſ. 209. nu. 2., vbi tradit hãc AEQVITATEM
Canonicam procedere etiam in terris Imperij
5 ex Paleoto loco relato, & Rol. conſ. 54. num 59.
lib. 2. & nouiſsimè ſcribit Lupus de illegit. cōmēt.
2. §. 1. nu. 13. ac Gratian. lib. 1. diſcept. 154. nu. 15.

Educatio enim hæc à iure naturali proficiſci-
tur Bal. in l. fi. C. de iure delib. cum alimenta iure
6 naturæ, & quadam ſanguinis coniūctione omni-
bus animantibus à parētibus debeãtur l. ſi quis
§. 1. ff. de lib. agnoſc. & cap. ſunt quædam il ſe-
7 cundo q. 1. Calcan. conſ. 62. num. 16. verſ. ad ſe-
cundum. Quia videmus etiam animalis irratio-
nalis experientia filijs à ſe genitis naturæ quo-
dam pondere ducti non deeſſe, & legem hanc à
natura ſenſibus inductam exequi §. 1. Inſt. de
8 iure naturali, vt copioſè tradit Farin. all. deciſ.
747. nu. 14., Idcirco ius Pontificium cunctis ani-
mantibus proſpicere voluiſſe dicēdum eſt, cum
9 totum naturali quadam nitatur AEQVITATE,
vt tradit Paleot. all. cap. 46. ſub num. 5., Qui enim
10 nihil deliquerunt, vt filij acriter puniendi non
ſunt per alimentorum priuationem; cum vbiq;
11 eorum Aequalis ſit venia, æqualis innocentia,
Paleotus vbi ſupra nu. 6. & 7. Quippe Aequalem
eſſe omnium filiorum conditionem, quando tra-
ctatur de alimentis preſtandis poſt Tiraquel. &
Paleatum ſcribit Maſtril. deciſ. 85. nu. 5. par. 1.

12 Licet namq; filij ſpurij, & illegitimi cum pec-
cato generentur, ſine peccato tamen eluntur, &
quamuis ius ciuile caſtitati prouidens filijs ſpu-
rijs alimenta denegauerit per d. Auth. ex cōple-
xu. Ius tamen Canonicum, & ſi peccata maximè
13 deteſtetur, & caſtitatem nedum commēdet, ſed
præcipiat; naturalem rationem ſequēs AEQVI-
TATEM, & Pietatem Caſtitati prætulit, & filijs
illegitimis alimenta preſtari iuſsit Bar. in l. fi. nu.
3 ff. de his quibus vt indignis Alex. conſ. 79. nu. 4.
lib. 2, Crau. conſ. 199. num. 1., Idem Rol. conſ. 39.
nu. 39. lib. 1. & poſt eos Farinac. cit. deciſ. 747. nu.
14 3. & 4. & ita iudicaſſe Rotam Rom. teſtatur in
princip. d. deciſ., Eãdem ſententiã de AEQVI-
TATE Canonica amplectitur Reodin, lib. 1.
prompt. ſentent. tit. 66. de legato nu. 13. fol. mihi
433., quam ſententiam ſequitur Card. Mant. de
tacit. & ambig. par. 2. lib. 13. tit. 12. nu. 5. & 6., &
Surd. de alim. lib. 1. qu. 10. nu. 5. cum ſequ. plur.,
15 & ita iudicaſſe Sacrum Concilium Neapol. te-
ſtatur Franch. deciſ. 645. nu. 5.

Præterea ratio ipſa naturalis ſatis perſuadet,
vt cum id, quod à nobis genitum eſt, tunc cum
in lucem editur ſatis per ſe infirmum, & imbe-
cille exiſtat, Aequum ſit ideo, vſq; ſaltem à no-
bis foueri, quoad caluerit, vt per ſe ſubſiſtere, &
16 viribus ſuis niti valeat, Alioquin quid tã impius
eſſet, quã alicui vitam dediſſe, vt eam ſtatim illi
17 adimeremus. Maximè quia Deus Opt. Max.
vult homines naſci, vt viuant, viuere autem vt
illius admirabilia opera venerentur, eiuſq; ſibi
18 gratiam, ac pietatem comprecentur; Semen au-
tem ipſum ex qualicunq; homine ſit, Dei vtiq;
opus eſt cap. vndecunq; 56. diſt., Quomodo ve-
rò is qui naſcitur, aut viuat, vt Deum contēple-
tur, ſi ſtatim victu careat, vixq; lucem aſpicere
valeat ita ratiocinatur Paleotus cap. 47. num. 2.
cum ſequ.

19 Qua AEQVITATE ſtante non ſolum fi-
lijs ſpurijs alimenta præſtanda ſunt, ſed etiam
nepotibus ex filio ſpurio legitimè natis ab Auo
ali debent Paleatus d. cap. 47. ſub nu. 6. & probat
Menoch. conſ. 651. num. 16. & ſequ., Mantic. de
20 ambig. lib. 13. tit. 12. nu. 9. p. 2., Hi enim quo ad
eum minus odioſi dicuntur l. fi. C. de natur. liber.
Socin. conſ. 161. lib. 1., Quippe quod hęc alimen-
ta etiam inopi vxori filij ſpurij præſtanda eſſe
21 per patrem, & aſcendentem probat Paleotus
loco relato ſub nu. 7. & ſequitur Theſaur. citata
deciſ. 211. nu. 12., latiſs. Card. Mant. de tacit. &
ambig. d. tit. 12. n. 7. & 8. lib. 13. par. 2., Vbi aper-
tè probat alimenta prædicta deberi nepotibus
22 etiam ſpurijs ex filijs legitimis procreatis, ac
etiam filijs legitimis ſpuriorum ex legitimo ma-
trimonio ſuſceptis per Ruin. conſ. 124. num. 11.
lib. 1. Socin. conſ. 161. n. 1. verſ. 4. & Rol. conſ. 54.
nu. 57. & ſequ.

23 Filiam verò, ſiuè neptem dotare tenetur pater
aut auus, quia dos ſuccedit loco alimentorum,
23 vt vulgaci iuris eſt, & probat Surd. d. tit. 1. de
alim. qu. 10. nu. 9. Lupus d. coment. 2. §. 1. num. 15.
cum ſequ. plur. Quamuis illius dos minor eſſe
debeat, quam filię legitimæ Mant. de tacit. &
ambig. lib. 2. tit. 21. nu. 23. p. 1., vbi ſubijcit non
debere excedere quantitatem, quæ pro alimen-
tis ſufficiat, aliter fraudis ſuſpicionem habet;

quod procedit etiã si pater in testamento prohi-
24 buisset huiusmodi alimenta filijs spurijs, ex quo talis dispositio inualida est Bal.in l. id quod pauperibus n.38. C.de Episc.,& Cler.,Surd.d.q.10.n.8. Thesaur.decis.211.nu.3. qui nu.5. tradit è cõtra
25 quod pater pro alimentis filij spurij potest relinquere quintam partem suæ hæreditatis post Paleotum d.cap.45.nu.8.

Quod onus alendi spurios trahitur nõ solum ad hæredem patris, vt supra dictum fuit, sed etiã
26 ad Fiscum succedentem in bonis patris, cum Fiscus loco hæredis habeatur, & bona in eum transeant cum prædicto onere l.pari. §. hi qui ff. de reg.iur. Crau.cons.267. nu.7. Etiam si pater, siuè ascendens in cuius locum successit Fiscus
27 fuisset condemnatus, ob crimen lesæ Maiestatis, vel hæresis, vt tradunt Socin.cons.30. nu.3. lib.1. Plotus cons.130.nu.83. & sequ. Dec. cons.8. n.5. per l. vrgẽtes de hæreticis, quos sequitur Farin.
28 all.decis.743. nu.5. & 8. vbi ita iudicasse Rotam Romanam testatur idem Peregr.de iure fisci lib. 5.tit.1.nu.75.

Donatarium etiam omnium bonorum patris teneri ad alimentandum spurios probat Didac. in epitome cap. 8. §. 6. num. 14. quem sequitur Thesaur.all.decis. 211.num.8., quia filijs spurijs
30 pro alimentis consequendis non solum competit actio personalis, sed etiam de AEQVITATE actio hippotecaria contra tertios possessores,
31 cum bona parentum censeantur tacitè hippotecata pro alimentis filiorum Durant. de arte testandi tit. de lib. instit. caut. 17. Gallia cons. 35. nu.3. & 13. & Surd. d.tit.1. qu.50. nu. 1 copiosè Thesaur. all. decis.211. num.10. & 11. qui tamen conclusionem declarat, vbi scilicet talia bona essent alienata in fraudem à parentibus, vel
32 fuissent alienata ab hæredibus post patris mortem, alias cessaret talis hippoteca ex Didac. d. cap.8.§.6.nu.14.

Neq; prætereundum est onus hoc alimentandi filios spurios spectare etiam ad matrem, do-
33 nec peruenerit filius ad ætatem trium annorũ Didac. in epitome d.§.6.num.13. vbi concludit hoc procedere si pater posset postea alere, quia si esset pauper adhuc onus ipsum ad matrem spectaret etiam lapso triennio, vbi commodè hoc facere posit, Didacum sequitur Lupus cit. §. 1. nu.20. cum sequ. & ibi distinguit onus hoc pri-
34 mo loco patri spectare, deinde in subsidiũ matri, Quamuis Costa remed. subsid. 6.num.4. & 5. secundo loco onus hoc alimentandi tribuit Auo, & tertio loco matri, Lupi sententiam sequitur etiam Thesaur.all.decis.211. nu.7. distinguendo etiam, quando mater esset nobilis, quæ filium la-
35 ctare non posset aut esset talis persona, quæ non posset sine magno scandalo filiũ apud se retinere quia tunc tenetur pater filiũ cognoscere, & alere Peregr.de iure fisci d.tit.18.nu.59.

Si tamen filius spurius esset artifex, vel aliundè victum sibi quærere posset ex proprijs bonis, vel honesto artificio, quod eius congruit conditioni, seruiendo etiam alteri, non debentur ei alimenta d.l.si quis à liberis §. sed si filius, & §. alimenta ff. de lib.agnosc. Seuer.in repet.l.si qua Illustris nu.67. C.ad orfit. Gabr.cons.lib.1.n.24., & tit.de alim.lib 6. Rimin.Iun. cons.215. nu.47. & post eos Thesaur.all.decis.211. n. 13. ac n. 20. Lupus cit.comẽt.2.§.1.n.31.cũ seq. & Mantic. de tacit. & ambig. d.lib.13.tit.12.nu.9. vbi numero
37 sequ. tradit onus hoc spectare etiam fratri, qui alere tenetur fratrem ex eodẽ patre natum per l.1 §.1.ff.de tut. & rationibus distrahend.

Prout ab alimentorum onere eximeretur pater, si filius vel filia spuria inhonestè viueret, vt
38 tradit Coler.de alim.lib.1.c.2. n.88. & Campeg. de dote par.1.qu.13.nu.3. qui loquuntur de filia
39 legitima; Quia in omnibus casibus in quibus filij possunt legitimè exhæredari possunt etiam alimentis priuari, quamuis hoc nõ admittat Surd.
40 de alim.tit.1.qu.6.nu.17.; Saltem quando filius, aut filia resipiscit, & ad honestatem reddit, vt inquit Surd.tit.8.priuil.33. in fi., quem sequitur Giurba ad stat. Mess. cap.7.gl.13.p.1.num.24. in qua gl. plenissimè materiam alimentorum pertractat, Ad rem Thesaur.Iun.lib.1.qu.forens.71 nu. qui ex AEQVITATE, & Benignitate quadam alimenta filiæ non esse deneganda, hoc in casu probat, & ibi materiam ex dationis filiæ, quæ absq; patris consensu matrimonium contraxit, examinat ipse auctor.

Aduertendum tamen est, quod alimenta hæc spurijs debita præstari non debent ex alienatio-
41 ne bonorum paternorum, sed ex fructibus l. Imperator ff. ad Trebell. vbi Alex., Simon de Prettis tr. vlt. volunt.lib.1.n.62. & Socin. cons. 97. circa finem lib.1., D. Alex. Rhaud.decis. Pisa-
42 na 29. nu. 204., qui tamen nu. sequenti subijcit proprietatem posse alienari, vbi non sufficiunt fructus, si alimenta præstanda sunt iure sanguinis personæ legitimæ per Surd.tit.3.qu.9. n.38., Ad rem D. Merenda lib.4.controuers.cap.34.

Quia alias re vẽdita, & principali consumpto, posset filius alimentis carere, ideo pro rata fru-
43 ctuum alimenta præstanda sunt l. 3. ff. de alim. leg. Peregr.d.tit.18.nu.77. Gratian. discept.151. nu.13.lib.1., & Thesaur. all.decis.211. nu. 12. vbi
44 in fine tradit, quod eò ipso, quod spurius est artifex, præsumitur habere vnde viuat post Manticã cons.67.nu.12.lib.1., & nu.23., scribit non teneri patrem, & ascendentem in plus quam facere posit pro alimentis præstandis filio, neq; se
45 arctare in suis alimentis, & expensis, vt alium alet d.l.si quis à liberis §.fi. & l.2.C.de lib.alend.
46 Natta cons.387.nu.8. Quia prima charitas incipit à se ipso l. præses C. de seruit. & aqua, & de alimentorũ quantitate actum fuit supra in c.73.

47 Prout ommittendum non est patrem, & ascẽdentem cogi tantum pro alimentis futuris non pro præteritis Scrib.in l.de alimentis C.de transact. Thob. Nonius cons. 8. nu. 9. Franch. decis. 203., Nisi eorum causa facta interpellatione de-
48 bita contraxisset filius spurius, vel alimenta ab

ex-

extraneo fuisset consequtus, vt latè probat Thesaur.all.decis.211.nu.19. quo loci materiā ipsam plenissimè examinat, etiamsi alimenta præstitisset mater, vel alius absq; alia protestatione.
49 Quia nihilominus agere posset ad illorum repetitionem Bar. & Alex. in l alimenta C.de negot. gestis, latissime Lupus d.tr.de illegit. coment. 2. § 1.nu.21. cum sequ.

Adeò verò priuilegiata dicuntur alimenta etiam fauore spuriorum, vt stante statuto, vel consuetudine, quod vassalli teneantur dotare filias Domini, cum dos succedat loco alimento-
50 rum; De AEQVITATE tenentur vassalli ad dotādam filiam spuriam cum filia spuria debeat alimentari, vt post Marrin. Laudens. in tit. apud Iud., vel dominium qu.feud.cap.1 scribit Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 8. §. 5. vers. Immo plus nu.38.fol. mihi 1162.

SVMMARIA.

1 *Donatarius regulariter non tenetur alere donantem.*
Contrarium verius de AEQVITATE saltem ad ratam rei donatæ nu. 2. & 5.
3 *Alimenta negans, necare quodam modo videtur.*
4 *Alimentorum negotio dicitur legitima causa reuocandi donationem.*
6 *Alimenta præstanda sunt pro modo facultatum donatoris, & donatarij, & pro modo rei donatæ.*
7 *Vassallus tenetur alimenta præstare Domino inopi, quādo Dominus ad inopiā redactus est culpa vassalli, & dives est vassallus.*
8 *Alimenta debentur Patrono inopi per Ecclesiam, siue beneficiatum.*
9 *Alimenta in quibus alijs casibus præstanda sunt, tradit Surd.de alim.tit.4.qu.23.nu.10. cum sequ.*
10 *Legata non sunt restringenda, vt hæredibus prosint.*

Alimenta sunt præstanda Donatori per Donatarium. Cap. LXXXIV.

VT alimentorum materia plenè examinetur hoc loco, ommittendum nō est, an alimentorum onus ad alias personas etiam vltra patrem, & ascendentem, ac eorum bona possidentem pertineat, Et licet gl. in l.cū ex causa ff.de re Iud., quā citat gl. magna in l.in cōdemnatione ff.de reg. iuris disponat, q regulariter donatari*
1 non tenetur alere donantē, quā sequūtur Doctores vt testatur Bal. in l.fi. n.7.C.de reu. donat.

De AEQVITATE tamen onus hoc alendi spectat etiā ad donatarium qui alimēta donato-
2 ri præstare debet ad ratam fructuum rei donatę, si non habet donator, vndè viuere valeat, vt tradunt Scribentes in l.fi.C.de reuoc.donationibus præsertim Salic. vers. opinio huius gl. vbi Ripa num. 164.
3 Negans enim alimenta quodammodum necare videtur l. necare ff. de liber. agnosc., Idcirco alimentorum negatio, dicitur legitima causa
4 propterquam donatio prætextu ingratitudinis possit reuocari, vt exponit gl in d. l. fi. C. de reuoc. donat. verbo voluerit, vbi Ripa num. 164. Clar.d.qu.21.nu.3. & post eos Surd.d.tit.4.q.23. nu.8.de aliment.
5 Et sic constat contrariam opinionem de rigore iuris procedere, De AEQVITATE vero hanc communiter receptam esse, & tanquam Aequiorem in iudicando sequendam, vt tradit Clar.all.qu.21.sub nu. 3. prope finem. Quo loci tradit alimenta præstanda esse pro modo facul-
6 tatum vtriusq; donatori, scilicet, & donatarij, & pro modo rei donatæ, si alimenta petantur, quē sequitur Surd. loco relato nu.11., Idem probat Gratian.discept.381.nu.19.lib.1.etiamsi donatio non contineret omnia bona, sed maiorem partē qui Clarus in §. feudum qu. 23. pertractat quæstionem, an vassallus teneatur alere Dominum
7 inopem, Et in duobus casibus tantum eum teneri scribit, videlicet quando Dominus ad inopiam redactus est culpa vassalli, & quando vassallus superabundaret diuitijs, maximè prouenientibus ex ipsa re feudali.
8 Quæ alimenta Patrono etiam deberi per Ecclesiā, siue beneffitiatum probat Paul. de Citad. tr.de iure patron. num.157. circa finem in 6. par. art.3., Rebuff.in l. verbo victus col.2. ff.de verb. signif.. Gratian.cap.610.nu.4. lib.4., & Corduba in l. si quis è liberis §. solent num.24.ff. de liber. agnosc., quos sequitur Surd. de alim.d.tit. q.23.
9 nu.12. cum sequ., quo loci à nu. 10.vsq; ad finem tradit plures alios casus, in quibus alimenta præstāda sunt enumeratq; 46. Reprehenditq; in
10 fine eos, qui legata restringunt, vt hæredibus prosint, id quod sibi tunc scolari accidisse testatur iuditio Senatus Mantuani in quo præsidebat Rol. à Valle, & assidebat Marcus Antonius Natta.

SVMMARIA.

Legatum sub conditione nuptiarum debetur etiam, si Legatarius Monasterium ingrediatur nu.1. & 2.
3 *Legatis ducentum si nupserit, & centum si Religionem ingrediatur debentur nihilominus ducentum, si Religionem ingressus est legatarius.*
4 *Contrarium verius de AEQVITATE num.4. & 20. ac 21. cum sequ.*
5 *Nubenti temporaliter debetur maior dos, quam nubenti spirituali ter, si maritum condignum inuenire vult nubens temporaliter.*
Dos datur pro oneribus matrimonij tàm spiritualis, quā temporalis.
8 *Onera maiora incumbunt nuptijs, quam monialibus.*
10 *Monialis non eget familia, liberis caret, nō quærit pompam, aut honores.*
11 *Dos constitui debet secundum locorum consuetudinem.*
12 *Dotata congruenter dicitur qua habuit dotem secundū consuetudinem loci.*

13 Dos

13 *Dos congrua satisfit statuto excludenti dotatam.*
14 *Decisio Rotæ Rom. in ea materia.*
15 *Conditio non ingrediendi Religionem, licet aduersa sit Religioni, fauet tamen matrimonio, & sobolis procreationi, quæ idcirco valet.*
16 *Religionem ingrediens seculo, & bonis temporalibus per tria vota renunciat, Idcirco verisimilè non est aliquem retrahi posse à Religionis ingressu eo quod legato priuetur.*
Religionis ingressus, respicit priuatum ingredientis, bonum Matrimonium verò, bonum Reipublicè commune quod in liberis procreandis versatur num. 17. & 18.
19 *§. sed, & hoc in Auth. de Sanctiss. Episcopis declaratur.*

Minus datur pro dote ingredienti Monasterium, quam nubenti in seculo. Cap. LXXXV.



Mperator Iustinianus in Auth. de
Sanctissimis Episcopis §. sed, & hoc
1 statuit quod legatum sub conditione nuptiarum, vel similium, debetur
ommissa conditione, si Legatarius
Monasterium, vel Religionem ingressus est,
2 quia tunc conditio ipsa pro non apposita habetur. Ratio est ne legatarius metu ammittendi
legatum retrahatur ab ingressu Monasterij tex.
est in Auth. de Monachis, & Monasterijs §. si
quid sub condirione, & in Auth. si qua mulier
C. de Sacros. Eccles. latè Boer. decis. 354. num.
2. & 3.

Ex hoc inferunt scribentes, quod facto legato
alicui de ducentum, si matrimonium contrahat,
& de centum tantum si Monasterium ingrediatur, debentur nihilominus ducentum, etiamsi
Monasterium ingressus est legatarius, vt post
3 Bar. tradit Panorm. in cap. in præsentia de probationibus num. 42. cum sequ. Summa Siluestr.
in Verbo legatum nu. 9. Et verbo hæreditas 4.
qu. vlt. Medina de rebus restituendis q. 23. Scribent in Auth. nisi Rogati C. ad Trebel. ad rem
faciunt tradita in l. Titiæ ff. de condit. & demonstrar.

De AEQVITATE tamen contraria sententia verior est, viz. centum tantum deberi Lega-
4 tariæ ingredienti Religionem, quia minus datur ingredienti, religionem, quam nubenti, &
ita suadere naturalem AEQVITATEM probat. Ludouis. decis. 63. nu. 3. qui multos in eam
refert sententiam, præsertim Ias. in Auth. si qua
muliet. num. 10. C. de Sacros. Eccl. post Bal. in
Anth. nisi rogati col. 5 C. ad Trebel. Et quo loci
5 tradit Ias. AEQVITATEM consistere in hoc,
quod quando filia vult nubere requiritur magna impensa si vult inuenire maritum coequalem ipsi mulieri, sed pro valdè minori impensa
potest ingredi Monasterium.

6 Dos enim datur pro oneribus matrimonij l.
pro oneribus, & l. dotis fructus C. de iure dotius l. de Diuisione, vbi gl. Et Scrib. ff. sol. matrium. Id quod locum habet non solum in matri-
7 monio carnali, sed etiam in spirituali, quod pro
ingressum Religionis contrahitur Socin. cons.
8 222. in fi. lib. 2. Longè autem majora onera incumbũt nuptijs, quam Monialibus vt inquit Couarun. lib. 1. var. resol. cap. 19. nu. 10. in fine, Et
docet experientia. Cum Monialis non egeat fa-
9 milia, liberis careat, non querat pompam aut
honores, & dos à Monasterio recipiatur, tantũ
10 pro alimentis, & suffragio vitæ vt probat Bal. in
Auth. res quæ sub nu. 11. C. Commun. de legatis, & Socin. dicto cons. 222. in fi. quos refert;
& sequitur Ludouis. all. decis. 63. nu. 78. & 79.
Vndè sequitur quod AEQVITATI, & naturali rationi conuenit, vt minus detur pro dote ingredientis Religionem, quam matrimonium
contrahentis.

Præterea perspicuum est in dotis Constitutione attendi maxime locorum consuetudinem
11 Corn. cons. 316. sub n. 6. vers. Et hoc sēper lib. 1,
Cæsar de Grass. decis. 2. nu. 15. de Constitutioni-
12 bus, Itaut dicatur congruenter dotata, quæ habuit dotem secundum consuetudinem loci, vt
probat Dec. cons. 26. sub nu. 4. vers. nam conuenit, & per talem dotem satisfieri statuto exclu-
13 denti dotatam probat Corn. all. cons. 316. sub n.
6. vers. si ita quod de communi extimatione, &
14 sequitur Ludouis. recit. decis. 63, nu. 11. & 12. Et
ita iudicasse Rotam Rom. testatur ibi nu. 13. &
nu. 25. Quam sententiam sequitur Couar. lib. 1.
var. resol. cap. 19. nu. 7. vsq; ad 11. vbi materiam
ipsam plenè examinat, & contraria tollit, Card.
Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. num.
27. & sequ. & num. 41. ac tr. de tacit. & ambig.
lib. 12. tit. 21. num 30.

Hanc opinionem sequitur Molina de Iust., &
iure tr. 2. disp. 207. vers. dubium deinde, &
vers. vt de hac re, cum vers. sequ. Idest litt. B. &
C. fol. mihi 956., & Sanchez de matrim. lib. 1.
disp. 34. num. 11, maxime vers. Cæterum, & nu.
12. Dicens, quod licet conditio illa Religioni
15 aduersa sit, fauet tamen matrimonio, & sobolis
procreationi.

Prout etiam subijcit, quod non est verisimile
aliquem arceri à Religionis ingressu, eo quod
16 legato priuetur, cum ad id ingrediatur, vt seculo, & bonis temporalibus per tria vota renunciet, Deindè quia ingressus Religionis respicit
17 priuatum ingredientis bonum, matrimonium
autem bonum Reipublicæ commune, quod in
liberis procreãdis versatur, Vndè mirãdus dum
18 non est, si ius non ita faueat ingressui Religionis, ac matrimonio.

Nec obstare inquit disposit. §. sed, & hoc in
Auth. de Sanctiss. Episcopis, cum ea procedat
tantum ex presumpta voluntate Testatoris, non
19 autem cõtra eius expressam voluntatem, quod
etiam tradit idem Molina in disp. 34. num. 29.
& 30. ac nu. 33.

Quam

Quam sententiam amplectitur etiã Thesaur. Iun. lib. 1. qu. famil. 60. per totum, maximè vero num. 5. cum sequ. pluribus, vbi testatur, hanc quæstionem fuisse disputatam per Ricardum Malumbram Cremonensem, & Thomam Formaginum quem I. C. Bononiensẽ fuisse putat,
20 & vtramq; communem esse dicit, licet hanc nostram amplectitur num. 14., vbi veriorem, & Aequiorem, ac Testamentis fauentem, & consuetudine totius Christianæ Reipub. confirmatam.

21 Pro qua 30. Doctores recenset, & 26. per alia contraria opinione, quam sequitur Rolan. pleno cons. 35. lib. 3. cum quo trãsit Maluasia cons. 21. num. 17. lib. 1. Numero vero 15. cum sequ.
22 ad contraria respondet, & in his se conformat responsioni Sanchez de qua supra.

His addo Fachin. lib. 5. contr. iur. c. 54. Peregr. de fideicommiss. art. 28. n. 73. Ceual. lib. 1. comm. cõtra cõmun. qu. 241. Menoch. lib. 4. præsũpt. 83. & cons. 555. lib. 6. Franch. decis. 29. nu. 4. Turetr. cons. 4. num. 16. Mastril. decis. 153. num. 19. cum sequen. plur. par. 2. Ambros. decis. Perus. 30. per totum par. 2. nouissime Fontanell. de Pact. nuptial. lib. 1. claus. 4. gl. 2. nu. 35. & lib. 2. claus. 5. gl. 1. num. 66. par. 2. Et Cancer. lib. 1. var. resol. cap. 24. num. 15. ac Giurbam ad statut. Mess. cap. 3. glo. 4. part. 2. nu. 18 & 21. cum plur. seq. lib. 1. vbi materiam ipsam exactissime examinat, infinitosq; Doctores pro vtraq; parte excitat ex quibus sane Doctorum Auctor. facile percipi poterit communiorẽ immo communissimam esse hanc nostram sententiam in re adeo controuersa.

S V M M A R I A.

1 *Mulier diues non censetur dedisse in dotem secundo viro omnia eius bona.*

Contrarium verius de AEQVITATE, concurrentibus qualitatibus, de quibus ibi num. 2. 7. & 10.

3 *Dos constitui debet etiam secundum dignitatem Natalium viri.*

4 *Vxor secundum Aristotelem censetur dedisse vniuersa bona in dotem viro.*

5 *Præsumptio legis adaptatur ad id quod est verisimile, & iuridicum.*

6 *Præsumptio legis pro veritate admittitur.*

8 *Contractus ex consuetudine congruam recipiunt interpretationem.*

9 *Dotium fauore in ambiguis respondere æquius est.*

11 *Maritus sibi imputet quod in principio circa dotem sibi constituendam non prospexerit.*

12 *Viri Nobilitas, & dignitas potissima causa est vt dos augeri sibi debeat.*

13 *Mulier propter eius nobilitatem, & maiorem dotem nubit viro ditiori.*

14 *Dos congrua æstimari debet ex numero liberorum.*

15 *Filiæ Moniales non computantur in numero liberorum ad hoc vt dos congrua æstimari debeat.*

16 *Moniales incapaces successionis habentur pro mortuis.*

17 *Filia vnica masculis non extantibus pinguius dotari debet.*

Dotem inæqualem filiabus constituere potest pater, quæ vel diuerso tempore, vel in diuersis Ciuitatibus nuptæ sunt, aut quia diuersa sit conditio vnius, & alterius viri nu. 18. & 19.

20 *Dotem inæqualem constituere filiabus, alius non potest quam Pater, quia ei soli cõpetit huiusmodi facultas.*

21 *Inæqualitas inter liberos iurgia, & discordias nutrit.*

22 *Dictum scitum Diui Ambrosij.*

23 *Solonis Atheniensis Legislatoris lex, vt liberi æquales essent.*

23 *AEQVITATI resistit vt soror maiorem dotem habeat alia sorore.*

23 *Aequalitas est mater concordiæ, & amicitiæ, & inæqualitas odij & dissidij.*

24 *Promissio futuræ successionis nullius est momenti.*

25 *Pactiones nuptiales similes inter Comitem Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati.*

26 *Papirij Cattanei Senatoris Amplissimi honorifica mentio.*

Mulier omnia bona in dotem dedisse secundo viro præsumitur, si vir sit ea præditus dignitate vt tali, & tanta dote dignus existimetur.

Cap. LXXXVI.



Olemnis, & antiqua fuit quæstio, An mulier diues censeatur omnia bona in dotem dedisse viro, cũ quo nihil de dote egit (Postea quam de dote spirituali in præcedenti capitulo actum fuit) & quam quæstionem diuersimodè resoluerunt scribentes.

1 Et sanè communis Doctorum conclusio est, mulierem non dedisse in dotem bona sua, cuius conclusionis antesignanus fuit Bar. in qu. 7. incipiente mulier habens magnum patrimonium, quem sequuntur quamplures Scrib. præsertim Corn. cons. 127. nu. 2. lib. 4. Ias. in l. si constante n. 219. ff. sol. matr. Calca. cons. 3. nu. 35. Dec. cons. 521. nu. 11. Gozad. cons. 33. nu. 19. in fi. Curt. Iun. in Auth. Præterea nu. 12. C. vndè vir, & vxor Socin. Iun. cons. 129 num. 17. lib. 1. Paris. cons. 34. nu. 34. lib. 3. Natta cons. 681. num. 11. in fin., & Menoch. lib. 3. præsumpr. 6. nu. 61. cum sequ. plur.

2 Contraria tamen sententia de AEQVITATE verior videtur vbi mulier secũdo nubit, & primo viro omnia bona in dotem dedisset, vel in certa quantitate fuisset à Patre dotata, siue matrimonium contraxisset cum viro, qui hac dote vniuersorum bonorum dignus esse putatur. Quia
3 dos debet constitui etiam secundum dignitatẽ natalium viri l. cum post § Gener., & l. quæro ff. de iure dot. Quibus casibus habere locum dicitur sententia Aristotilis in Topicis, dum affir-

4 affirmauit vxorem censeri dedisse vniuersa bona in dotem viro, de qua meminit Glo. in l. mulier bona sua ff. de iure dotium, ita scribit Bal. in l. vlt. num. 10. ff. de sentent., quæ sine cer. quant., vbi inquit eam conclusionem habere magnam AEQVITATEM, quem sequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 10. n. 27., & tit. 14. nu. 4. 6. ac 7. ac tit. 21. nu. 27. par. 1., multosq;
5 alios in eam sententiam refert, Tunc enim præsumptio legis adaptatur ad id, quod est verisimile
6 & iuridicum, & sic pro veritate admittitur arg. à contrario sensu l. quod non est verisimile ff. quod metus causa Bal. in l. vlt. & vlt. not. C. de hæred. instit., & in l. iubemus nu. 2. C. de testamentis quẽ sequitur Mant. d. tit. 10. nu. 27. in fine.

Et eò magis si in Ciuitate extat generalis cõ-
7 suetudo, vt mulier det omnia bona sua in dotẽ; quia tunc dos tacitè intelligitur constituta omnium bonorum, Contractus enim ex consuetu-
8 dine congruam recipiunt interpretationem l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædil. ædicto, & l. vlt. C. de fideiuss. Mant. d. tr. lib. 3. tit. 8., & lib. 12. tit. 14. nu. 2.

9 In ambiguis enim pro dotibus respondere, Benignius, & AEQVIVS est l. in ambiguis, & l. si ager §. 1. vers. sed benignius est ff. de iure dotium, & l. in ambiguis ff. de reg. iur. & probat idem Mant. loco relato tit. 10. sub num. 28. vers. tertio quia.

Sententiã hanc sequitur etiam Ioseph Ludou. decis. Perus. 98. à nu. 14. vsq; ad finem, vbi cõcordando opiniones contrarias per distinctiones, & limitationes, tenet quod regulariter bona nõ
10 censentur in dotem tradita, Quamuis in casibus supra expræssis contrariam admittit, optimisq; fundamentis, & rationibus, eius traditiones cõprobat, Prout ferè eisdem fundamentis, & rationibus materiam distinguit, & limitat Menoch. alleg. præsumpt. 6. nu. 80., 81, 89. & 90. lib. 3. Gail obseru. 82. nu. 7. lib. 2. Surd. conf. 94. nu. 29. cum seqq. lib. 1., Quidquid in contrarium affirmat Phanut. de lucro dotis gl. 10. nu. 39. Prout nouissime eamdem sententiam amplectitur Fontanell. de pactis nuptialibus lib. 2. claus. 5. gl. 7. num. 26., qui nu. 28. tradit maritum sibi imputare debere,
11 quod in principio circa dotem non prospexerit sibi constituendam.

Et ex hoc infertur nobilitatem viri, & eiusdẽ dignitatem potissimam esse causam, vt dos au-
12 geri debeat, vt etiam loquitur gl. in cap. nullum sine dote 30. qu. 5. Lucas de pœna in l. mulieres col. 5. vers. secundo augetur C. de dignit. lib. 12. Tiraquel. de nobil. cap. 20. num. 157. & sequ. & Decian. conf. 10. nu. 30. lib. 2. quos recenset, & sequitur Card. Mantic. relato lib. 12. tit. 21. nu. 25., sicuti è contra mulier propter eius nobilitatem,
13 vel maiorem dotem, nubit viro ditiori §. quis vero in Auth. de æqual. dot., Oldr. conf. 160. n. 3. & Mant. d. tit. 21. nu. 28.

14 Dos vero congrua æstimari oppertet ex numero liberorum l. si filiæ ff. de leg. 3. Crau. conf.
15 765. nu. 11. Quamuis filiæ Moniales, quibus longè minores dotes solent constitui, cum non deseruiant oneribus matrimonij, vt in præcedenti cap. probatum fuit nu. 9. & 10. non computãtur, & scribit Menoch. conf. 247. nu. 55. & sequ., si ta-
16 men incapaces sint successionis, quia tunc habentur pro mortuis, adeo quod filia vnica non
17 extantibus masculis pinguius dotari debet, vt tradit Card. Mant. rel. tit. 21. nu. 30. cum sequ.
18 Quamuis absolutum sit posse patrem inæqualem dotem constituere filiabus, quæ vel diuerso tempore, vel in diuersis Ciuitatibus nuptę sunt, & tradũt Dec. cõs. 26. n. 5. & Ruin. conf. 56. n. 10. & 17. lib. 3., Aut quia diuersa sit conditio vnius, &
19 alterius viri Card. Mant. d. tit. 21. num. 29. & 35. Quam facultatem alij, quam patri non compete-
20 re scribit dictus Auctor sub eodem vers. sed aduertendum.

Hanc tamen inæqualitatem, nunquam probare potui, cum iurgia, & discordias parare tantum possit, vt scripsi supra in cap. 6. nu. 4. vbi relatum
21 est Egregium illud dictum Diui Ambrosij cap. 2. de Patriarcha Ioseph, viz. iungat liberos æqualis
22 gratia, quos æqualis iunxit natura; Id quod antea prosp exerat Solon Athenienfium Legislator, dum testandi facultatem tãtum permisit ijs, qui
23 liberos non haberent, vt liberi Aequales remanerent. Et quibus addo D. Bimium conf. 383. num. 17. conf. 393. num. 11., & conf. 397. num. 30. lib. 4.

AEQVITATIQ; resistit, vt soror maiorem dotẽ habeat, quam alia soror Dec. conf. 59. col. 3., & conf. 319. in fi., quia AEQVALITAS mater est concordiæ, & amicitiæ, & inæqualitas odij, dissidij parens. Alba conf. 23. num. 4. & 5. vbi Addit. litt. C., & conf. 234. nu. 25. iuncto conf. 241. num. 11.

Cæterum si vltra dotem Socer promisisset Genero in nuptialibus pactis filiam hæredem instituere; Promissio hæc tanquam futuram succes-
24 sionem continens, nullius est momenti, & eius vigore nullo modo agere poterit ad interesse contra hæredes promissoris gener, tex. est in l. si quis ab alijs §. vltimo ff. de re Iud. Bal. in l. pactũ quod dotali vers. decipitur, vbi Iaf. num. 2. C. de pactis Card. Mant. de tacit., & ambig. d. lib. 12. tit. vlt. nu. 27. cum sequ.

Sub cuius pacti forma deceptum fuisse item olim Sabaudiæ Comes dicitur, dum filiam
25 Marchionis Montis ferati in vxorem duxit, ob quam permissionem in eo Marchionatu, mox in Ducatum erecto, succedere posse prætendit modernus Serenissimus Sabaudiæ Dux, ob quam prætensionem tot bella in hac Italiæ regione orta sunt, cum totali subditorum pernicie; Et cui fundamento optimè responsum fuisse legitur per Eruditissimum, & magni nominis olim Senatorem Papirium Cattaneum in responso de Du-
26 catu Montis ferati contra Fabrum fol. 3. & 5. in fi. & fol. 8. & melius nu. 151. cum sequ. plur. fol. 70. Quamuis impressum sit sub nomine Collegij I.C.

I. C. Mantuæ; Non ignoro enim opus illud per Egregium à dicto Sapientissimo Senatore fuisse compillatum; Quamuis nomen proprium omiserit dignis de causis, & præcipuè ne inter hos Principes scribere, & respondere videretur.

SVMMARIA.

1 *Chaos appellatur quæstio, an filia faciat partem, quæ non admittitur ad partem:*
Fæmina per statutum exclusa non facit partem ad augendum legitimam masculorum nu. 2., 21, ac 26.
Contrarium verius de AEQVITATE nu. 5. 7, 9, 13, 15, 16, & 17, ac nu. 27. 33. cum sequ. ac num. 36. & 37.
3 *Thesauri traditio in ea materia.*
4 *Vtraq; opinio absq; obiurgatione deffendi potest.*
6 *Decisio Sacri Concilij Neapol. in ea materia.*
7 *Fæminæ ex eo quod dotatæ sunt, non desinunt esse de liberis.*
8 *Ordinatio Ill. Magistratus extraord. redd.*
Fæmina dotata habetur, ac si succederet fauore masculorum nu. 11. & 45.
Dos succedit loco legitimæ ex communiori opinione nu. 12. & 16., ac 28.
18 *Decis. Sen. Pedamont. quod filia faciat partem.*
19 *Absurdum non est, vt quis faciat partem, & ad illac nō admittatur.*
19 *Decretum Senatus in ea materia.*
19 *Io. Baptista Trotti Illustriss. Præsidis honorifica mentio.*
20 *Legitimæ liquidatio quomodo fieri debeat.*
22 *Fæminæ à statuto exclusæ habentur pro non extantibus.*
23 *Filius exhæredatus non facit partem, nec auget quartā legitimæ filijs, quia habetur pro mortuo.*
24 *Filius deportatus non facit partem, quia habetur pro mortuo.*
25 *Statutum idest lex municipalis tantæ est potentiæ in sua Ciuitate, quanta lex communis in suo vniuerso.*
Fæmina per ingressum Monasterij habetur promortuis nu. 26., Contrarium nu. 47.
29 *Filia quæ habuit legitimam per receptionem dotis facit partem.*
Filia instituta etiam in vno nummo facit partem fauore masculorum nu. 31, 32.
35 *Exclusus per statutum à successione accrescit alijs portionem deficientem sibi per exclusionem.*
38 *Decij opinio reprobatur.*
39 *Decius vei parum sibi constans à Doctoribus reprehenditur.*
40 *Fæmina per statutum exclusa, succedit Patri, fratre vnico iustè exhæredato.*
41 *Religionem incapacem ingressus, vt fratrum minorum; pro mortuo habetur, quoad successionem.*
42 *Contrarium probat Alba qui reprobatur.*
43 *Dispositum in odium iustè exhæredati, vel deportati nō procedit in alijs casibus.*
44 *Fauores ampliandi sunt, & odia restringenda.*
46 *Introductum in fauorem non debet in odium retorqueri.*

Soror facit partem fauore fratrum, vt eorum legitima augeatur, & pinguior efficiatur.

Cap. LXXXVII.

QVestionem, an qui non admittitur ad partem, faciat partem fauore aliorum
1 ingentem, & Chaos appellant Doctores, cum in ea exploranda vacillent, vt
2 tradit Bellonus cons. 83. nu. 12. in fi., & num. 13. Fæminas enim per statutū exclusas à successione non facere partem ad augendam legitimam fratribus de triente ad semissem, iuxta dispositā in §. 1. in Auth. de trient. & semiss., & in Auth. nouissimè C. de inoff. testam., tradūt Dec. cons. 299. nu. 2. Alex. cons. 77. nu. 6. Brun. in tr. super statut., quod stan. masculis fæm. non succedant art. 13. qu. 3. nu. 31. cum sequ. Parif. cons. 25. n. 37. & sequ. lib. 2. & Thesaur. decis. 150. per totum, vbi ad dilucidandam materiam octo formauit
3 conclusiones in quibus diuersimodè indicari debere supponit; Quamuis vt verum fatear intricatam magis reddi quæstionem ipsam mihi videtur, non ob Auctoris doctrinam quæ sanè summa est, sed ob casuum diuersitatem, qui inter se quodammodo pugnare dicuntur.

Propterea vt breui spatio tantæ Doctorum
4 controuersiæ vera decernatur decisio, cū vtraq; deffendi, & sequi posse absq; obiurgatione tradunt relati scribentes; Contrariam sententiam Aequiorē, & veriorē esse sētio, filias sl. fœminas etiam matrimonio carnali, siue spirituali collo-
5 catas ex statuto, vel Constitutionibus exclusas à successionibus mediante donatione facere partem quo ad commodum masculorum in liquidatione legitimę fratrum, eam fratribus propterea impinguendo de triente ad semissem, si fæminæ cum masculis numerum quinque adæquant. Quamuis non admittantur ad partem, vt omissis antiquis scribit Franch. decis. 549. nu. 1. cum sequ. quo loci testatur ita iudicasse, & iudicare
6 solere Sacrum Concil. apud quod Tribunal nulla dubitatio erat circa eum pūctum; quod prius testatus fuerat Capic. decis. 158.

Eamdem conclusionem antè eum probauit Cephal. cons. 245. num. 20. cum plur. sequ. lib. 2., ea præsertim ratione, quia ex eo, quod fæminæ
7 dotatæ sunt, non desinant esse de liberis, Idem probat Eugenius solemni cons. 33. num. 70. cum sequ. plur., Prout ab ea sententia non discrepat Bofs. tit. de bonorum publ. sub nu. 2, vbi ita fuis-
8 se iudicatum per Gubernantes Redditus Extraordinarios huius Dominij Mediolani testatur, quam opinionem sequitur Decian. resp. 46. nu. 36. vers. octauo, Peregr. de fideicom. art. 38. num. 24. vbi hanc sententiam sibi videri multum Aequam, & rationabilem tradit, atque per eam cessare plures amaritudines, & ita obtinuisse per

Lau-

9 Laudum DD. Menochij, Panciroli, & Discalcij testatur, licet mox absque alia ratione contrariũ approbare videatur.

Quam opinionem amplectitur etiam Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 676. num. 11. cum sequ. plur. vbi AEQVIVS esse scribit, vt fæmina, et
10 dotata faciat partem; cum habeatur, ac si succederet fauore masculorum, & ita fuisse sæpius indicatum per Rotam testatur num. 12. & 13. Et quam veram esse admittit Carpan. ad Nou. Constit. tit. de iure; & priuil. Fisci cap. omnium nu. 718., licet sequ. num. ex dispositione statutorum Mediolani, eam conclusionem non procedere affirmat alleg. Bosium loco relato n. 3. & Rimin. Iun. cons. 31. nu. 71. & 73.

Principale fundamentum huius conclusionis in eo residet, tum quia contemplatione, & fauo-
11 re masculorum exclusæ tantum dicãtur fæminæ; Itaut in eorumdem damnum à numero filiorum pro impinguanda legitima excludi non debent, vt tradunt omnes, præsertim Bos. d. tit. de bonorum publicatione sub nu. 2. vers. nam statutũ, Eugen. all. cons. 33. n. 71. Cephal. recit. cons. 245. nu. 24. & 37. Morot. resp. 33. nu. 23., & Gratian. all. cap. 676. num. 12. & 13. quibus addo Alex. Trentacinq. lib. 1. var. resol. tit. de legit. resol. 3. sub nu. 11. vers. Principalis conclusio:
12 Tum quia, cum dos succedat loco legitimæ, vt infra nu. 16. & 18. earum portionem; & legitimã habuisse fæminas mediante dote dicendum est,
13 etiamsi dotatæ essent in vno nummo; Et consequenter eas facere partem fauore masculorum negari nõ potest Bos. loco relato vers. decisum fuit, Menoch. cons. 5. nu. 12. cons. 6. nu. 9. & cons. 8. nu. 6. Cephal. vbi supra nu. 30. & 38. Gratianus pariter vbi supra nu. 4. Et antè eos idem probauit Bell. cons. 83. nu. 14. & 15., & Boer. decis. 104. nu. 11., quod etiam admittit Alex. Trentacinq. citata resolut. 3. sub nu. 11. vers. in tertio casu, & vers. licet rationibus, & num. 12. vers. in primo casu; Si etenim dotes à patris bonis, siue hæredita
14 tis detraxerunt filiæ, bona fides, & AEQVITAS non patiuntur, vt damnum sentiant filij masculi
15 percipiendo tantum trientem pro legitima nõ semissem Fachin. lib. 4. contr. iuris cap. 31. vers. sexta concl. cum vers. seq.

Neq; ab ea sententia dissentire videtur Thesaur. recitata decis. 159., quia in omnibus opinionibus per ipsum firmatis, semper & in confusè concludit, quod si dos habetur per statutũ loco legitimæ (id quod tamen ipse reprobat nu. 3., & 90. nu. 10.) tunc fæminas facere partem
16 fauore masculorum concludit, vt eorum legitima impinguetur de triente ad semissem, vt nu. 5. 6, 11, 15, 16, & num. 18. & eam admittit Morot. all. resp. 23. nu. 20. Gabr. cons. 15. nu. 20. & 21. lib 4., quam sententiam in fæmina, quæ renunciauit
17 fauore masculorum sequitur Thesaur. Iun. in Addit. ad d. decis. 159. & ita iudicasse Sen. Pe-
18 damontanum testatur.

Quemadmodum eamdem sententiam pariter admittere videtur nu. 8. & 13. idem Thesaur. si statutum excludat fæminas fauore masculorum,
19 vt in hoc casu; Non enim absurdum esse scribit sub dicto nu. 13., vt quis faciat partem, & ad illã non admittatur per l. huiusmodi §. si titio ff. de leg. 1., Et eamdem sententiam sequitur Tort. Præceptor meus in Add. ad stat. Papiæ rubr. 95. in Ciuilibus à nu. 185. vsque ad nu. 208., maximè nu. 105. In quem nuperrimè incidi, & qui materiam latissimè examinat, Et ita censuit Senatus Excellentiss. refferente Amplissimo, & Eru-
19 ditissimo tunc Senatore D. Io. Baptista Trotto, nunc Illustrissimo, Humanissimo, & Meritissimo Senatus Præside die 24. Nouembris 1614. fauore Dorothææ Meltiæ contra tres fratres Bisnatos eius filios, dum condemnauit Bisnatos ad relaxandũ matri, vti hæredi Præsb. Antonij Mariæ eius filij octauã partẽ omnium bonorũ paternorum debitam dicto Præsbitero ex causa legitimæ in bonis, & hæreditate patris, qui fideicommissum constituerat, eò quia quatuor fuerant fratres, & tres sorores, quorum fratrum legitima, idcirco semissem constituebat.

20 Quomodo autem fieri debeat legitimæ liquidatio cumulatissimè tradit Franch. recit. decis. 549. nu. 2. & 3. & post eum Marta voto 8. num. 65. cum sequ. ad quos remittitur Lector.

Et quia ferè statim postquam Doctoratus lauream fuissem cõsecutus Interrogatus Respondi quid in ea re sentirem, Atq; ab Eruditissimo Præceptore meo D. Paulo Bellono, postea Senatore creato, approbatum esset, responsum illud hic inserere statui, tanquam ex primis legalis scientiæ fructibus, quod sanè absq; fuco, & sincerè pro amico fuit datum vna cum excusione aliorum iuris articulorum, qui breuitatis gratia omittuntur, tanquam ad materiam, de qua agimus minimè facientes, cuius responsi sequitur tenor.

Adsit virtus Spiritus Sancti.

QVo ad tertiam propositam dubitationem, an fæminæ faciant numerum cum masculis, adhoc vt legitima, quæ inspecto numero masculorum tantum, esset tertia pars totius assis, fit semis hæreditatis quæ ab intestato singulis deueniret, Et licet incidimus in illam materiam su-
21 per qua Doctores vacillant; Tamen prima (vt dicitur fronte) dicendum videbatur fæminas maximè dotatas, quæ per statutum exclusæ sunt, non facere numerum ad augumentum legitimæ masculorum.

Primo, quia fæminæ exclusæ à statuto habentur pro non extantibus ad effectum augendi
22 quotam legitimæ filijs, ita concludit Dec. cons. 259. nu. 2. & refert Perra d. tr. de fideicom. qu. 15. nu. 144., Atqui in præsenti casu extat statutum Derthonæ excludens fæminas matrimonio collocatas, & dotatas à successione patris, stantibus masculis; Ergo non faciunt partem, & sic non

non augent legitimam filijs.

Secundo suffragari videtur, quod filius exhæ-
redatus non facit partem, nec auget quotam le-
23 gitimæ filijs, quia habetur pro mortuo § sed no-
stra Instit. de succesione liberorum l. 1. §. Pater
emancipatus ff. de coniungend. cum emancip.
liber. Alber. de Rosate in l. planè §. duobus ff.
de leg. 1. Roman. in l. 1. post Bal. in 6. qu. C. quã-
do non petentium partes, Philfranchus in cap.
24 si pater in septima qu. de testa. lib. 6.. & nouiss.
Marta pleno voto 69. Quod etiam intelligitur
in deportato l. 1. §. fin. ff. de bon. possess. contra
Tab. Boer. decis. 104. nu. 5., Quanto fortius ergo
hoc procedere debet in fæminis exclusis à sta-
tuto, quod dicitur ius municipale, & est tantæ
25 potestatis in sua Ciuitate, quãtæ est ipsa lex cõ-
munis in suo Vniuerso l. omnes populi ff. de
iust. & iur. l. cunctos populos C. de summa Trin.
& fid. Cathol., Idem probatur in Clem. Exiui de
Paradiso de verb. signif. Bar. in l. cum pater §.
hæreditatem ff. de leg. 2. Ang. in l. fi. C. quando,
& quibus quarta pars deb. lib. 10. per congesta
à Curt. Sen. cons. 5. nu. 2.

26 Tertio, & vltimo huc spectare videtur illa ra-
tio, quod fæminæ exclusæ à lege communi per
ingressum Monasterij non augent partem fra-
tribus quo ad legitimam deducendam, quia ha-
bentur pro mortuis Alex. cons. 197 num. 12. lib. 6.
Soc. Iun. cons. 25. col. 1. vol. 1. Cephal. cons. 245.
per totum vol. 2. Et in his terminis ita respon-
dit Alciat. cons. 775. num. 8.. Ergo à simili pari
modo fæminæ matrimonio collocatæ, & dotatæ,
quæ pro mortuis habẽtur, vt scribit Dec. d. cons.
399. num. 2.

His tamen minimè refragantibus, & re dili-
gentissimo studio examinata, matureq. perpẽ-
se contrarium verius esse puto, & in eam senten-
tiam, quam tot consultissimi viri probarunt, ac-
cedo, Nempè filias matrimonio copulatas, & à
27 statuto exclusas facere partem cum fratribus in-
quantum, quod illæ augeant numerum aliorum
filiorum, vt legitima de triente fit semis, quod
vt dicam me monent plura.

Primo adducor ex probata, & magis recepta
illa regula, quod dos succedit loco legitimę por-
28 tionis l. quoniam Nouella C. de inoff. testam.,
Bar. in l. Titio centum §. Titio genero nu. 6. ff. de
condit. & demonstr. Dec. cons. 546. col. 1. Alex.
in l. pater filium nu. 7. ff. ad l. falcidiam, copiosè
Tiraquel. in l si vnquam in verbo susceperit li-
beros nu. 11a. C. de reu. donat. Soc. Iun. cons. 79.
nu. 45. lib 3. Paris. cons. 25. nu. 39. cons. 54. nu. 14.,
& cons. 60. nu 44. lib. 2. Boer. d. decis. 104. nu. 11.
Rub. cons 34. num. 5. & cumulatissimè Menoch.
cons. 3. nu. 12. cons. 6. nu 9. & cons. 8. nu. 8. ac post
eum Caualc. decis. 8. n. 10. par. 3. & decis. 12. n. 30.
ac decis. 32. nu. 25. par. 4. vbi distinguit inter ver-
ba statuti mandantis filiam dotari; mox eam à
successione excludentis stãtibus masculis; Quia
tunc absolute dotem succedere loco legitimæ
probat; Secus autem si prius ea excludatur, mox
iubeatur dotari, quid quid in cõtrarium scribat
Roman. cons. 134. sub num. 3. vers. promittens
tamen.

29 Si ergo filiæ habuerunt legitimam per rece-
ptionem dotis, dicendum videtur eas facere par
tem, licet non admittuntur ad partem eum eius
portio accrescat cæteris filijs, quia plures quam
quatuor partes factæ sunt deducendo legitimam
pro fæminis, in quo casu locum habet dispositio
Auth. nouiss. C. de inoff. testa.

Secundo accedit, quod si persona exclusa in-
stituta fuit etiam in vno nummo, tunc facit par-
tem in computatione legitimæ, & accrescit au-
30 gumentum legitimæ alijs, ita in specie decidit
Bal. in d. auth. nouissima in fi. C. de inoff. testam.,
quod voluit etiam Ang. in l. Pater filium, vers.
quid autem esset ff. de inoff. testam. & ex com-
muni opinione testatur etiam Bocinum cons. 75..
col. 2. vol. 3. vt refert Bell. d cons. 83. nu. 15., Sed
hic filiæ fuerunt institutæ à Patre testatore in
quatuor aureis pro singula, vt apertè legitur in
testamento ergo &c.

Tertio confert, quod renunciatio filiæ facta
Patri eò viuente operatur, vt mortuo Patre, hæc
filia, licet ad partem legitimæ non admittatur,
tamen faciat partem ad augendum numerum fi-
liorum, & ista est communis resolutio., quia hæc
renunciatio in dubio censetur facta contempla-
31 tione filiorum, quo ad hunc effectum, vt testatur
Boer. d. decis. 104. nu 3. Idem affirmarunt Guliel.
Benedictus in cap. Rainnrius in prima parte n.
261. de testam. & Aleia. d. cons. 775. nu. 9. in ter-
tio casu. Quod etiam procedit si renuntiatio
facta esset in manibus vnius fratris, vel plurium,
32 vt egregiè tradit Petra d. tr. & qu. 15. nu. 146.,
qui plures cumulat idem tenentes, si ergo per
renunciationem factam patri augetur legitima
de triente in semissem fauore filiorum, Quanto
fortius vbi ab eodem testatore esset filia institu-
ta in aliqua re particulari vt hic

Quarto, & vltimo non mediocriter suadet
multorum patrũ auctoritas, & pręsertim Alciat.
33 in cons. 479 nu. 11. qui respondit, quod exclusi à
statuto augent numerum aliorum filiorum, vt
legitima de triente sit semis, & id quod deficit
ad iustam portionem exclusis accrescat non ex-
clusis, iure accrescendi, quod signanter tradit
Paul. de Castro in cons. 251. incip. viso puncto su-
prascripto vol. anti quo loci habetur., si essent
34 quatuor filij, & vna filia dotata; cum non exclu-
datur in totum auget numerum liberorum, &
legitima liberorum erit dimidia omnium bo-
norum, quę ab intestato peruenirẽt; Hoc probat
etiam d. Petra Placentinus d. tr. de fideicom. qu.
15. nu. 144., qui subiungit, quod vbi fæminæ, vel
aliqui alij sunt à statuto exclusi aliquo beneffitio
tunc tales personas, nedum facere partem alijs
ad augendum numerum liberorum, vt de trien-
te sit semis, sed etiam portionem deficientem
35 exclusis, accrescere alijs, vt pulcrè deffendit post
cõcordãtes per eum citatos, Rub. cons. 122. n. 2.

Q loquens

loquens de statuto, fæminas in aliquo dotatas excludente propter masculos; Et sic cum simus in exclusione non omnimoda, sed solū ab vniuersali succesione ꝑpter masculos, seu agnatos, & eorū fauore certæ psonę, & respectu quotæ, & respectu partis defficiētis exclusis à statuto, debet cedere illud totum ad beneffitiū eorū Alex. d. conf. 197. col. 2. in fi. vol. 6., & apertius ibidem n. 12., Quod intelligo semper procedere vbi quinque, vel
36 plures puta filij, & filiæ superfint patri, sed aliqui, vti fæminæ essent exclusæ non aliter. Idem probatūt Soc. Iun. conf. 15. col. 1. vol. 1. & ibi per
37 totum concludit, quod persona exclusa per statutum debet haberi pro faciente partem, secundum id, quod redundat in commodum, vel vtilitatem ipsius, cuius contemplatione censetur facta exclusio prædicta, idest filiorum, non hæredum, Aret. conf. 49. col. 1. Bal. in Auth. nouiss. C. de inoff. testam. & in conf. 243. vol. 3. & conf. 29. vol. 1. Cephal. conf. 245. in fi. & sequ., latissimè Curtius Sen. pleno conf. 5. Curt. Iun. conf. 21., Et ex professo disputando ornatissimè probarunt Boer. decis. 104. per totum, & Bell. conf. 83. nu. 14. cum plur. sequ. qui nu. 18. optimè adducit rationem ex Roma in l. vnica C. quando non peten. par. col. penu., scilicet, cum personæ illæ sint exclusæ contemplatione aliorum filiorum illud superfluum, debet eorum commodo cedere, idem voluit Guid. Pap. qu. 295. & quæst. 595. & Bois. tit. de bonorum pub. num. 2. Et his sic firmatis deuenio ad solutionem contrariorum.
38 Non obstat igitur primum contrarium, quod nititur in vnico dicto Decij conf. 297. n. 2., Nam respondetur, quod licet per communem relatam Doctorum sententiā Decij opinio omnino ener-
39 naretur, maximè cum pluries vti sibi parū constans à Doctoribus repræhensus sit, & præsertim à Menoch. conf. 3. in fine, & conf. 411. num 23., In alio medio tollitur; supponit namq; ipse fæminas exclusas à statuto pro non extantibus haberi, & sic pro mortuis, quod nihilominus falsum esse; hoc ipsemet probat ibidem, dum vult fæmi-
40 nam exclusam à statuto posse succedere patri fratre vnico iustè exheredato, sicut distinguit, & limitat Boer. all. decis. 104. nu. 13., qui enim semel pro mortuo habitus est perpetuò ita durat, vt censetur filius, vel filia ingressa in Monasteriū
41 fratrum minorum, vel alterius regulæ incapacis ita Alcia. d. conf. 197. n. 12. vol. 6. Soc. Iun. d. conf. 25. vol. 1. & Cephal. pleno conf. 245. vol. 2., quid
42 quid in contrarium dixerit Alba conf. 7. nu. 28. cum eius doctrina huic sententiæ non obstet.
Non obstat secundum, quia illud specialiter sancitum est à legibus in odium iustè exhæreda-
43 torum, & deportatorum, quod tamen locum habere nequit in fæminis à statuto exclusis, iuxta
44 illud fauores sunt ampliandi, & odia restringenda l cum quidam ff. de lib. & posth. Gl. in princip. Instit. de vsucapionibus l. fi. ff de const. pecun. Iaf. in l. 1. num. 4. ff. de verb. obligat. Quia
45 exclusio per statutum inducta fuit fauore masculorum, vt ipsi masculi pinguiores facultates haberent, ideo merito fauore dictorum masculorum fæminæ facient partem in computatione legitimæ, & accrescunt augumentum legitimæ filijs.

Si enim illud obseruaretur, introductum in fauorem masculorum, retorqueretur in eorūdē
46 odium; Contra tritam, & vulgatem illam regulam l. quod fauore C. de legibus, de qua latè per Dec. in l. diem functo nu. 22. ff. de officio Assessorum, & sic hoc pacto statuti dispositio obseruaretur, quæ aliter faciendo non adimpleretur; Vnde per adducta hic, & in dissolutione primi
47 contrarij; Tollitur etiam tertium contrarium fundamentum, quod probationi fæminam matrimonio collocatam, pro mortua haberi innitebar, quod quidem falsum est, vt iam demonstrauimus, Atque ita iuris esse concludo, rectiore saluo semper iuditio &c. Derthonæ die sexta Aprilis 1612.

SVMMARIA.

1 *Statutum in cap. 43. lib. 1. loquens de interesse declaratur*
2 *Interesse debetur de iure Canonico in contractibus omnibus bona fidei.*
3 *Contractus omnes de iure canonico dicuntur bona fidei.*
4 *Solutione tollitur omnis obligatio.*
5 *Solutum dicitur creditori, quomodocunq; ei sit satisfactum.*
6 *Obligatio omnis extincta dicitur per insolutum dationē factam creditori, de aliqua proprietate.*
7 *Interesse non debetur, vbi facto creditoris, sibi non fuit satisfactum.*
Negligentia, siue culpa propria cuilibet proficua esse non debet nu. 8. & 29.
9 *Mora nocere debet tam debitori, quàm creditori.*
10 *Mora debitoris, compensatur cum culpa creditoris cum vtriq; nocere debeat.*
10 *Mora vna aliam etiam extinguit.*
11 *Mora vltima creditoris præponderat præcedenti moræ, siue culpæ debitoris.*
12 *Conditio melior est rei, quam actoris in pari mora.*
13 *Pignus captum in executione rei iudicatæ habetur loco pignoris iudicialis.*
14 *Creditor, qui habet pignus, non potest prætendere fructus, siue interesse.*
15 *Vsura est lucri facere fructus rei pignoratæ, nisi ità fuisset conuentum.*
16 *Consignatio rerum pignoratarum, dicitur quædam datio in solutum quæ habet effectum solutionis.*
17 *Debitor facto deposito pecunia debita, siue pignorum in actu executionis sufficientium, dicitur liberatus ab obligatione, quam habebat versus creditorem.*
18 *Depositum, & consignatio, tantum valent, quantum ipsa solutio.*
19 *Depositarius carcerari potest, non interpellato debitore, vt exhibeat pignora iuditialia sibi in depositum data.*
20 *Deposita res manu militari auferri possunt à creditore.*

21 De-

21 *Depositarius, cū debitore, & emptore etiā pignorum, vlterius non tenetur si pecuniam pignorum venditorum consignauit Executori, ad cuius instantiam vendita fuerunt res pignoratæ, & in depositum data.*

22 *Creditor tenetur debitori, si eius culpa pignorum captorum venditio adeo fuit dilata, vt corrosa sint, vel deteriora reddita, itaut minori prætio vendita sint.*

23 *Culpa non caret is qui id ommisit ad quod tenebatur vel id non cogitauit, quod euenire facile poterat.*

24 *Depositum pignorum, sicuti à debitore non potest reuocari, ita omnino dependet à voluntate creditoris.*

25 *Depositary post longum tempus decoctio periculum ad creditorem morosum, non ad debitorem eligentem imputandum est.*

26 *Depositarij inopia regulariter nocere debet eligenti, non alijs.*

27 *Depositarij mala electio, eligenti imputanda est.*

28 *Creditor morosus Calicem bibere debet, si ob illius moram, depositarius decoxit.*

29 *Negligentia alicuius sibi damnosa esse debet.*

30 *Negligentia circa vnum, nocet etiam circa aliud.*

31 *Creditor morosus non consequitur augmentum monetarum interim factum post cæptam moram.*

32 *Creditoris damnum, & debitoris præiuditium considerandum est in monetæ augumento.*

33 *AEQVITATIS intuitu, licitum est legem restringere quod vltras non permitteretur.*

34 *Auctoris sententia.*

35 *Francisci Bernardini Terzaghi I. C. honorifica mentio. Sequestrum factum debitori ad creditoris præiuditium, impedit interesse siue vsuras nu. 36. & 43.*

36 *Interesse debentur tantum à debitore moroso, vbi de his non fuit conuentum.*

37 *Mora debitoris, non cadit, pendente dilatione ad soluendum.*

Iudicis iussus excusat à pœna, & à mora nu. 38. & 43.

39 *Parere necesse habet, qui iussu Iudicis non soluit.*

40 *Debitor excusatur à mora, si superuenit difficultas soluendi facto creditoris, ut vigore sequestri.*

41 *Mora non potest imputari, non valenti soluere ob Iudicis iussionem.*

42 *Iudicis præceptum, siue iussio, excusat debitorē à mora.*

43 *Maximè si factum fuit ante commissam moram.*

44 *Decisio Sacri Concilij Neapolitani in huiusmodi casu mora impedita per Iudicis præceptum.*

45 *Contraria fundamenta tolluntur.*

46 *L. si depositi C. depositi declaratur.*

46 *Depositarius qui pecunia sibi in depositum data vsus fuit tenetur non solum ad vsuras sed etiam actione furti.*

47 *Depositarius, & Sequestratarius valdè inter se differunt.*

48 *L. atq; §. penult. ff. de negotijs gestis declaratur.*

49 *Pecunia aliena vsus in negotiatione tenetur actione negotiorum gestorum ad vsuras versus creditorem.*

50 *Auctoris sententia in ea materia.*

51 *Debitores dolosè aliquando sequestra sibi fieri procurant, ne soluant creditoribus, vt eorum moram, & culpam tegant.*

52 *Sequestri acceptatores, & receptatores fructuum hodiè multi reperiuntur semper ad recipiendum prompti, sed in rationum redditione semper litigantes.*

Facta executione, & captis pignoribus, debitori ad creditoris instantiam, vlterius non tenetur debitor ad vsuras, aut ad aliud interesse versus creditorem, vbi facto debitoris subhastatio, & plena satisfactio non sequatur.

Cap. LXXXVIII.

STatuto huius Mediolanensis Ciui-
1 tatis in cap. 43. lib. 1. cauetur quod
in casibus de quibus de iure Canonico peti potest Interesse (quod
2 sanè in omnibus contractibus bonæ
fidei permittit ius Canonicū, vt notat gl. in c. cū venerabilis, verbo bonę fidei de exceptionibus) liquidari tunc possit per iuramentum vsq; ad denarios sexdecim in anno pro libra; omnes verò contractus bonæ fidei esse reputat ius Canonicum vt tradit Bal. in cap. 1. circa finem de
3 plus petitionibus; Hoc autem stante statuto,
Quæritur an semper interesse debeatur donec sequta fuerit debiti solutio, vel potius detur aliquis casus in quo cesset tale interesse etiam non sequta satisfactione.

Et sanè sicuti solutione tollitur omnis obligatio vul. l. si pupillus ff. ad leg. falcid. & §. 1., vt in institutionibus, quibus modis tollitur obli-
4 gatio, de qua re Federi. Scotus in repet. l. 2. num.
28. ff. si certum per Surd. cons. 385 nu. 1. & Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 675. num. 36.

5 Solutumq; dicitur creditori quomodocunq; ei satisfactum sit l. 1. ff. qui satisd. cog. l. si rem ff. de pignorat. act. & tradit Nauarus de vsuris nu. 132., Itaut ex insolutum datione alicuius pro-
6 prietatis facta creditori, dicatur extincta omnis obligatio l. eleganter ff. de pignor. Surd. cōs. 145. num. 20. lib. 1. & decis. 51. nu. 4., & 20. quem sequitur Grati. all. lib. 4. discept. forens. cap. 766. num. 35., ex quo infertur non nisi per realem satisfactionem extingui obligationem, etiam quo ad interesse.

7 De AEQVITATE tamen vbi culpa ipsius
creditoris satisfactio non fuit secuta, interesse minimè deberi concluditur. Exemplum afferri potest, quando creditor pignorari curauit bona debitoris maxime mobilia ex quorum pretio sibi satisfieri poterat in totum vel pro parte, mox neglexerit eorum subhastationē, & licitationem, Namq; tunc cum propria creditoris culpa dilata sit creditori solutio cessare dicitur omne interesse ne ex propria culpa, & negligē-
8 tia commodum percipiat contra dispositionē
l. pupillus §. quæ in fraud. cred. Card. Mant. de tacit., & ambig. lib. 12. tit. 5. num. 10. par. 1.

9 Mora enim nocere debet, tam debitori, quam
creditori negligenti pecuniam recipere, ac eius

crediti satisfactionem consequi, de qua scrib. in l. vinum, & l. nummis ff. de in lite. iur., Quia de-
10 bitoris mora cum creditoris culpa compensatur l. si ambo, vbi Castr. ff. de compensationibus Affl. decis. 150. num. 20. Vnamq; moram aliam extinguere certum est Rota Genuens. decis. 144. num. 13.

11 Quippè creditoris vltima mora præponderat præcedenti culpæ debitoris vt ex l. si seruum §. sequitur ff. de verb. obligat. probat Affl. recit. decis. 150. nu. 30, Cum in pari mora melior
12 sit conditio rei quam actoris, vt probat Alex. cons. 49. col. 2. lib. 2., & Rota Gen. decis. 118. nu. 1., Vndè cum creditor captis pignoribus non processerit ad vlteriora, sed negotium sub silentio dimisserit, nullum ius, nullaq; ÆQVITAS subest, vt interim interesse aliquod consequi valeat.

13 Res autem captæ pro executione rei iudicatæ habentur loco pignoris iudicialis tex. est in l. à Diuo Pio §. in venditione, & ibi Ias. nu. 4. ff. de re iud. Bero. cons. 62. nu. 26. lib. 3. nouis. Costa de re integra dist. 15. nu. 11. Atqui creditor habens pignus non potest prætendere fructuus,
14 neq; interesse vsurarum l. si Dominium C. de pignoribus Affl. decis. 373. nu. 1., Cum ea compenset in sortem l. 1. & 2. C. de pignorat. act. Osas. decis. 110. nu. 11. Ergo &c. Vsura enim est lucri fauore fructuum re pignoratæ nisi hoc ex
15 pacto cautum esset, vt probat Thesaur. decis. 78. num. 3.

Præterea consignatio rerum pignoratarum in depositum habitarum dicitur quædam in solu-
16 tum datio, quæ ipso iure habet effectum realis solutionis, Quia ex tunc ipso iure liberatus dicitur deponens ab omni alia sortis restitutione, vbi sufficiens fuerit depositum l. accepta C. de vsuris, & l. obligatione C. de solutionibus, & probat in eertus auctor tr. de monet. diuers. qu. 9. nu. 6., & ante eum Dec. & Tiraquell. quos sequitur Caroc. de deposito par. 2. qu. 65.

Prout debitor ob depositum factum pecuniæ debitæ, siue pignorum in actu executionis dicitur liberatus ab obligatione quam habebat ver-
17 sus creditorem pro sorte principali, & consequenter etiam pro interusurio l. non solum l. Aurelius §. legatum, & l. vltima §. vltimo ff. de liber. leg. Menoch. cons. 664. nu. 10. post Ias. in l. 1. nu. 11. C. de Iudit. Cum tantum valeat depositio, & consignatio, quam tum ipsa solutio
18 Bar. in l. 1. C. qui potior. in pignore habeantur.

Et quod per talè depositum liberatus censeatur debitor vbi sufficiens fuerit, ex eò etiam liquet, quod vbi depositarius ipsorum pignorum iuditialium in executione captorum statim ea
19 non restituit, vel tradit creditori postulanti, carcerari potest debitore non interpellato, ad euitandos circuitus vt inquit Vincenr. de Anna sing. 145. & probat Rebuff. tr. de litter. obligat. art 5. gl. 9. nu. 2. ac art. 6. gl. 2. nu. 18. lib. 1. Quorum sententiam sequitur Caroc. tr. de deposito par. 2. qu. 118. Quippè ab eo manu militari res in depositum datæ auferri etiam pos-
20 sunt, vt per l. qui restituere ff. de rei vèdicatione probat Rebuff. ad constit. Regni dicto tr. de sequestro art. primo glo. 2. num. 14. Cum quodammodo omne onus debiti assumpsisse censeatur huiusmodi Depositarius, ab eoq; releuauerit debitorem, cui pignora iudicialia capta fuerunt per executionem.

Quin etiam neq; ipse depositarius, neq; debitor, neq; emptor pignorum vlterius tenentur versus creditorem si pecunia, quæ recipitur ex venditione horum pignorum, & bonorum detur deindè ipsi Executori qui eam consumpserit, & disperdiderit, cum hoc sibi imputare habeat
21 creditor, qui cautius non egit, Rebuff. de sententi. Execut. art. 7. gl. 12. nu. 7. Ferron. in suis consuetudini lib. 2. tit. 13. de subhastat. col. 8. vers. rursus, quem refert, & sequitur Carp. ad Statum Med. 166. num. 24. lib. 1.

Cuius creditoris culpa siue mora, sibi adeo damnosa est, vt facta executione ac captis pignoribus, eisq; in depositum datis, si ex temporis diuturnitate antequam adhastam vendantur pignora ipsa Corrosa fuerint, vel deteriora reddita sint, Itaut minori pretio vendantur de
22 huiusmodi damno tenetur creditor debitori, cum fuerit in culpa creditor, dum per tantum tempus distulit pignoris venditionem, vt probat Boer. sing. mixta de crim. n. 23. loquens de libro pignorato, & Corroso, quem sequitur Carpan. ad dictum stat. 166. num. 27. lib. 1. Idem probat Bursat. pleno cons. 197. lib. 2.

De culpa etenim creditoris, satis constare videtur, dum in ea versari dicitur, is qui non co-
23 gitauit, id quod euenire facile poterat, & qui non fecit id ad, quod tenebatur l. qui bona §. cũ inter ff. de damno infecto Alex. cons. 41. sub nu. 5. in fine lib. 3. ac post multos alios, quos congerit probat Menoch. cons. 128. num. 7.

Maximè vero quia depositum pignorum non potest per debitorem reuocari, sed tantum à
24 creditoris voluntate hoc dependet, cui ius acquisitum dicitur per ipsum depositum Ceph. cons. 603 num. 33 & nouissimè Costa de re integra dist. 92. num. 7.

Porrò, quamuis depositarius interim decoxisset, ac pignora apud ipsum reppòsita non rep-
25 perirentur eligenti debitori hoc non esset imputandum; Quoniam periculum inopiæ, vel decoctionis depositarij subsecutæ ex temporis interuallo, non spectaret ad deponentem, sed ad creditorem morosum quando depositum est iuditiale, seu contentiosum quod fit ex Iudicis decreto tex. est in l. pupillum §. soror ff. de solut. Caroc. de deposito par. 2. qu. 22. nu. 12. ac Costa de portione ratæ qu. 121. nu. 7. Quamuis hoc excepto cum alijs tribus casibus de quibus
26 apud Dec. cons. 544. num. 20. & Gamam decis. 189. quibus sequitur Costa recit. qu. 121. num. 7. cum sequ. Res aliter procederet cum mala selle-
27 ctio

27 & io depositarij, eligenti esset imputanda Bar. in l. si soluturus nu. 1. ff. de solut.

28 Ob propriam namq; moram, sine culpam Calicem bibere debere creditorem non debitorem deponentem subijcit Costa all. qu. 121. num. 8. Quia in similibus creditoris sola culpa attenditur, qui ex eius incuria, & inertia cum alterius damno locupletari non debet iuribus vulgari-
29 bus cum negligentia alicuius sibi non debeat esse proficua, verum potius damnosa vt supra probatum extat arg. l. si pupillus ff. quæ in fraud. cred. Negligentiaq; circa vnum nocet etiam
30 circa aliud l. simus C. de inoff. testam. Bar. in l. ab hostibus §. sed quid nu. 7. ff. ex quibus caussis maiores in integrum.

Quod interesse intelligitur quoad omne, & quodcunq; interesse etiam respiciens monetarum augumentum, Quia si captis pignoribus, hisq; in deposit ũ datis, sileat creditor per multum tempus, nec ad pignorum subhastationem deueniri curauerit, Interim verò monetarum augmentum ingens sit factum, Tale monetarũ augmentum consequi, nec prætendere poterit
31 creditor in debitoris præiuditium, sed sibi, & propriæ moræ imputet, vt in his terminis probat Alber. Brun. tr. de moneris limit. 1. nu. 2., ac post multos per eum relatos tradit Rein. Bude. eodem tr. de monet. cap. 26. nu. 6. cum in materia hac augmenti monetarum, debitoris dam-
32 num, sicut creditoris præiuditium considerandum est vt scribit Thesaur. eodem tr. de monetarum augmento par. 2. nu. 40.

Id quod AEQVITATI valdè conuenire perspicuum est, cuius AEQVITATIS intuitu lici-
33 tum est legem restringere, quod alias non permitteretur, tex. est in §. 1. vbi glo. in verbo æstimatus in Auth. vt sine prohibit. mat. deb. col. 7., & tradit Ias. in l. A Diuo Pio §. in redditione n. 10. in fi. ff. de re iud. Et ita respondi superiori anno 1618. pro D. Ponzon. contra D. Gambaloitam, seu D. Giramum eius sororium præten-
34 dentem interesse Conuentum, & etiam monetatum augmentum cursu temporis factũ; Quamuis pro certa parte pignorati fecisset bona D. Ponzani, quorum pignorum subhastationem per multos annos neglexerat, quæ controuersia
35 fuit amicabiliter terminata per integerimum I. C. D. Franciscum Bernardinum Teraagum compromissarium electum inter ipsas partes, qui AEQVITATE suadente, & tam debitori, quam creditori prospiciendo, auxit interesse conuentum vsq; ad septem pro centenario quod se alijs soluisse D. Giramus docuerat.

Insuper lomne etiam interesse cessare debere videtur, quando debitor non soluit creditori ob sequestrum in creditoris præiuditium sibi factum; Eo enim pariter casu ex culpa credito-
36 ris retardatur satisfactio, quæ debitori nocere non debet, vt supra probauimus; Cum enim vsu-
36 ræ, sine interesse debeantur tantum à debitore moroso tex. est in vul. l. curabit ff. de action. empt. Socin. Sen. conf. 103. num. 9. lib. 4. & post alios Peguera decis. 33. sub nu. 6. vers. Et ratio esse potest, & Gratian. discept. forens. lib. 3 cap. 367. nu. 20., & cap. 243. num. 32. Pendenteq; dila-
37 tione ad soluendum non cadat mora, Et consequenter neq; debeatur interesse l. lect. ff. si cert. per. Rol. conf. 55. n. 20. lib. 2. Crau. conf. 189. n. 7. vers. sed ista opinio, quos sequitur Gratian. lib. 2. cap. 243. nu. 34. & 35.

Certum est moram vllam considerari nõ posse in debitore, qui Iudicis iussu idest per sequestrum solutionem differt, cum iussus Iudicis excuset à pæna, & mora l. fi. ff. de lege commiss. cap.
38 breui de iure iur. Ias. in l. si quis maior nu. 20. C. de transactionibus; Paretq; necesse habeat
39 qui Iudicis iussu non soluit l. non videntur data §. qui iussu ff. de reg. iur. Rota Genu. all. decis. 33. nu. 6.

Rursus superuenta difficultate soluendi, Excusatur debitor à mora, & consequenter a b esti-
40 matione quanti plurimi, & ab interesse l. Thais. ff. de fideicom. libert. Gratian. dicto cap. 243. nu. 50. cum tribus sequ. Quia non valenti soluere imputari non potest mora, quasi tunc non
41 dicatur negligere, aut differe l. 1. in fine C. de annal. except. Gratian. vbi supra nu. 5.

Hanc sententiam in terminis probat Caualcan. decis. 4. nu. 6. par. 1. & decis. 25. nu. 21. par. 2. dum ait conductorem cui factum fuit sequestrũ, siuè præceptum iussu Iudicis, ne soluat locatori
42 pecunias debitas sub pæna &c. tunc non teneri ad aliquod interesse, siuè vsuras lite pendente, & præcepto non reuocato, cum præceptum, siuè sequestrum Iudicis excuset à mora, & ab inte-
43 resse, maximè quando factum fuit antè commissam moram, & tempus soluendi Rebuff. in l. vnica in glo. dupl. nu. 59. C. de sentent. quæ pro eo quod interest; Prout ante Caualcan. idem in-
44 dicatum fuisse à Sacro Consilio Neapol. in consimili casu testatur Affl. decis. 318. præsertim num. 2.

Neq; huic opinioni aduersari potest dispositio l. si depositi C. depositi, & l. atq; §. pen. ff. de
45 negot. gestis, vt perperam nonnulli ex Scribentibus subijciunt, Quia loquuntur ill. illæ in longè diuersis casibus, & Primo l. si depositi, loquitur
46 de eo, qui pecunia sibi in depositum data vsus fuit, Quia tunc teneri de furto non tantum ad vsuras huiusmodi depositarium declarat ibi tex. qui propterea dicit quod quando tantum vsuras petit creditor, ipsi debeat gratulari depositarius; Longè verò differunt inter se deposi-
47 tarius, & sequestratarius, vt abundè tradit Rebuff. ad const. Regni tr. de sequestr. art. 1. glo. 1. nu. 13. & sequ.
48 Lex verò atq; §. penultimus, loquitur de illo, qui pecunias alienas ad eius manus peruentas (non sequestratas) in negociatione posuit, Quia tunc sicuti qui proprias pecunias in aliena negotia impedit vtiliter vsuras cõsequi potest, Ita actione negotiorum gestorum ad vsuras

49 verſus creditorem tenetur huiuſmodi perſona
alien a pecunia vtens, ſecundum quam ſententiã
50 reſpondi pariter ſupra anno 1621, fauore Biſ-
nati ſequeſtratarij ad inſtantiam Vetruæ.

Cauti tamen eſſe debent Iudices, antequam
ab hoc intereſſe abſoluant ſequeſtratarios, dili-
genter inueſtigando an ſequeſtra ſint affectata,
vel ſincera; Et an ex colluſione, & calliditate
inita inter debitores, & prætenſos creditores
facta ſint, cum experientia doceat ſæpè debito-
res ad procraſtinandum ſolutiones auctores
51 eſſe huiuſmodi ſequeſtrorum, de quibus abun-
dè D. Senator Bellonus lib. 1. de incontin. cap.
56. ſub num. 5. & 6. Quia vt inquit Rebuff. ſuper
Conſtit. Regni tit. de ſequeſtr. ar. 1. gl. 2. num. 20
52 fol. mihi 182. Hodie multi inueniuntur ſeque-
ſtri, & receptatores ſemper ad recipiendũ anhe-
lantes, ſed in rationum redditione ſemper liti-
gantes. Et pauci hodiè recuſant hoc munus pro-
pter lucrum tacitum, quod ſperant, ad quod
propoſitum adducit adagium illud Italico ſer-
mone conceptum, chi non roba, non hà roba.

SVMMARIA.

Vendere quando quis cogi poteſt tàm iure communi,
inſpecto, quàm pro executione Nou. Conſt. & ſtatu-
torum Mediolani nu. 1. & 2.
3 *Pretij viginti ſpecies enumerantur ſecundum Iul. Cæ-*
ſarem Gluſſianum.
4 *Pretij triplex genus, ſecundũ Fridericum Marſim vi-*
delicet rigoroſum medium, & infimum.
5 *Pretium iuſtu dicitur etiam dignum, & Aequum.*
6 *Pretium etiam iniquum, & immenſum datur.*
Pretium iuſtum conſtituitur, habita ratione pretij lo-
corum vicinorum nu. 7. & nu. 20. ac 34.
Pretium iuſtum conſiderentur ex communi hominum
æſtimatione, præuia rerum ſcientia nu. 8. & num. 20.
ac num. 35.
Pretium iuſtum conſtituitur, habita ratione redditus,
ſiue fructus rei qui percipitur deductis oneribus rei
incumbentibus nu. 9. & 10. ut nu. 21. ac nu. 36.
Pretium iuſtum, ex quantitate fructuum conſtitutum
tutius; & Aequius dicitur num. 11. & 38.
12 *Læſio enormiſſima ſecernitur ex quantitate fructuum*
qui percipiuntur ex re vendita.
Fructuum annorum viginti valor conſtituit verum, &
iuſtum rei pretium nu. 13. & 14 ac 27.
14 *Domus valor in mille cõſtituitur Romæ, ſi locatur quin-*
quaginta quotannis.
Modus eſt mandi domos ſtante ædificatas in Alma Vrbe
dum coacervatur valor fructuum annorum viginti,
cum valore materialium; mox dimidia capitur, &
hæc ſumma iuſtum pretium dicitur nu. 15. & 39.
16 *Com. Aloiſij Meltij Senatoris mentio.*
17 *Decretum Senatus, quo conceditur ſecunda reuiſio*
ab extimatione Peritorum.
18 *Petri Franciſci Caroli Senatoris Ampliſſimi mentio.*
19 *Decretum Senatus, quo pretium domus per peritos ma-*
le conſtitutum, declaratur, ac reducitur.
22 *Pretium, ſiue æſtimatio bona illa non dicitur, quam duo*
vel tres offerrent quia ex affectione æſtimatio dice-
retur;
23 *Pretium, ſicut æſtimatio non fit ex eo quod ſemel tanto*
pretio vendita fuit res.
24 *Pretia rerum non ſunt formalia, ſed varia bilia*
24 *Dictum Senecæ.*
25 *Pretium, ſiue æſtimatio iuſta dicitur, quæ fit conſide-*
ratis rei qualitatibus.
Pretium iuſtum non ex affectione, aut ſumptu, ſed ex
communi hominum æſtimatione præuia rei ſcientia
perpendi debet nu. 26. & 27.
28 *Pretium iuſtum eſſe debet, niſi ad preces emptoris ſi*
quis venderet, alioquin non venditurus.
29 *Pretium rerum diminuitur, vel augetur ex paucitate,*
vel multitudine emptorum, vel rerum vendendarũ.
Onera deducenda ſunt ex fructibus ad iuſtum rei pretiũ
conſtituendum nu. 30. & 37.
31 *Domus magna ſita in Ciuitate pretium non ex qualita-*
te ædificij, ſed ex quantitate redditunm conſtitui de-
bet.
32 *Domus lauta, ſiue magna, pro cultu vrbium potius, quã*
occaſione fructuum ædificantur.
33 *Aeſtimatio ſiue pretium domus, non eſt conſtituenda*
habita ratione materiæ. & opere, ac quanti impenſũ
eſt, ſed tantum, ſi domus eſt pauci fructus, & magna
expenſa, quantum communiter venderetur.
40 *Pretium iuſtum dicitur etiam, quod vel iuſſu Princi-*
pis, aut diſpoſitione Statuti, aut teſtatoris taxatũ eſt.
41 *Pretium iuſtum dicitur, quod ex venalibus edulijs, &*
alijs rebus edicto taxatum eſt.
42 *Pretium iuſtum nõ præſumitur quando venditio facta*
eſt ab homine ære alieno valde grauato, vel venden-
te rem litigioſam.
43 *Pretium iuſtum non dicitur, quando diminutũ eſt belli*
imminentis cauſa, vel tempore peſtis.
44 *Pretium vbi collatum ſit ad certum tempus, ſi eo tem-*
pore bellum imminet, vel peſtis ſuperueniat, diffe-
renda eſt æſtimatio, ad aliud tempus, quia tunc iuſtũ
pretium non dicetur.
45 *Pretium iuſtum conſtituere dicitur pactum, quia com-*
mune mutat.
46 *Pretium iuſtum in dubio dicitur quod paſſim receptũ*
eſt in regione, vel nundinis.
46 *Probatio pretij iuſti, quomodo facienda.*
47 *Pretium iuſtum in dubio præſumitur eſſe quod conue-*
tum eſt inter partes.
48 *Pretij iuſti duo ſunt ſpecies, aliud legitimum, quod lege*
Ciuili, vel Principũ edicto rebus præſcribitur. Aliud
naturale, in quo omnes conſentiunt, vel tacito omniũ
conſenſu concurrunt.
49 *Multitudo attenditur in conſtitutione communis pretij*
non dignitas, quia viliores præponuntur dignioribus.
50 *Pretium iuſtum probatur per ſubhaſtationem quia re*
ad haſtam publicam vendita, pretio iuſto vendita
cenſentur.
51 *Maximè ſi ſubhaſtatio fuit pluries reiterata, & diuer-*
ſis temporibus.
51 *Contrarium probat Cremens. cum alijs relatis.*
52 *Fructus rei vendendæ; ad pretium conſtituendum con-*
ſiderantur tantum, reſpectu præſentium, non præte-
ritorum.

Præ-

Prætium iustum rei, quodnam dicatur, & multa de hac materia præsertim circa domorum æstimationem. Cap. LXXXIX.

FRequentissima est materia insti prætij, tum ad contractuum rescissionem ob enormissimam læsionem, tàm emptores quàm venditores respicientem vt in l. 2. Cod. de rescind. vendit. de qua relatè actum fuit supra in cap. 22. nu. 2. tum pro bonis in solutum dandis inuito creditore, de quibus Nou. Constit. tit. de bonis in solutum dandis, tum deniq; pro venditione immobilium inuito Domino fiendorum, vel ratione Quotæ, vt in Nou. Constit. tit. de empt. & vendit. & in stat. 433. lib. 1. vel ratione vicinitatis Ecclesiæ, aut Monasteriorum, aut aliorum casuum de quibus
1 latè Felin. in cap. penult. col. 2. de Iudicijs, & habetur in l. quamuis ff. communi diuidundo, vel ad lautè ædificandum, de quo Nou. Constit. lib. 4. in tit. de ædificijs priuat. Aut deniq; cũ quis
2 cogitur præstare iter ad fundum, de quo in l. si quis sepulcrum ff. de religios. Aut permittere excauationem pro ducendis aquis de quo, in eisdem Nou. Constit. tit. de aquis, & fluminibus cap. omnibus habentibus: Quarè vtilissimum erit scire quod nam sit prætium iustum, vel in congruum.
3 Viginti etenim enumerantur species prætij, de quibus abundè Iul. Cæsar Glussianus tr. de prætio, & æstimatione lib. 2. cap. 1. Triplex verò rerum prætium scribit Frideric. Martin. tr. de
4 cens. cap. 6. nu. 7. fol. mihi 24. post Couaruu. lib. 2. var. resol. cap. 3. in princip. Ex Aristotile secũdo Ethicorum, Rigorosum scilicet, medium, & infimum. Quamuis ad propositum nostrum, considerandum tantum sit prætium iustũ, quod AEQVVM & etiam dignum quandoq; dicitur
5 vt l. si fundum ff. de in rẽ verso, & l. 2. C. si in causam Iudic. Quia adest etiam prætium iniquum, & immensum, de quo in l. & si æquo prætio, & l.
6 si domus alicui ff. de leg. 1. iuncta l. ex damni ff. de damno infecto.
Prætium igitur iustum alij constitui debere statuerunt habita consideratione prætij locorũ
7 vicinorum iuxta l. prætia rerum ff. ad l. falcid. & l. si seruum ff. ad l. aquil. Alij ex communi hominum æstimatione prætia rerum scientia, vt tra-
8 dit Couarru. lib. 2. var. resol. cap. 3. nu. 4. & sequ.
9 Alij habita ratione redditus, & fructus, qui ab eis percipiuntur iuxta l. penult. ff. de rebus eorũ, & l. si fundum ff. de leg. 1. deductis oneribus rei incumbentibus dote legata ff. de dote rele-
10 gat. l. mortis causa ff. de mortis causa donat. Osasc. decis. 83. & probat Tiraquell. de retract. linager. glo. 1. §. 15. à nu. 1. vsq; ad nu. 18. & gl. 4. §. 29. à nu. 8. vsq; ad nu. 22.

11 AQVIOREM tamen & tutiorem esse huius vltimum modum æstimandi rem immobilem, ex quantitate fructuum, & redditus rei traduņt glo. & DD. in all. l. si fundum ff. de leg. 1. & scribit Bart. in l. si filius §. si quis alicui ff. de leg. 1. est etiam Tex. in l. si fundus sit sterilis ff. de rebus eorum, & in l. si quos, & ibi glo. verbo æstimantur C. de rescinden. vendit. plenissimè Marta Voto 54. nu. 15. vbi nu. sequ. examinat mate-
12 riam læsionis enormissimæ itaut ex diuturna eorum perceptione, constituatur rei prætium, quod spacium in hoc genere deffinierunt sa-
13 pientes esse cursum annorum viginti glos. in Auth. perpetua C. de Sacros. Eccl. & §. quia verò Leonis in Auth. de non alien. & permutat. Afflict. decis. 284. Ias. in l. si dudum nu. 5. ff. de leg. 1. Couarru. cit. cap. 3. nu. 5. Beia respon. casuum conscientiæ casu 25. vers. de Prætij AEQVITATE, & Mandos. in signat. Gratiæ vers. si in euidentem, vbi expressè tradit quod Romæ dicitur
14 Domum valere mille, quia conuenienter locatur, & conducitur quinquaginta aureis, Ad rem Ioseph. Ludou. decis. Perus. 65. nu. 14. par. 2. Surd. consil. 451. nu. 39. D. Bimius cons. 35. num. 22. qui scribit huiusmodi prætium ex redditu viginti annorum constitutum, veram AEQVAT æstimationem, & iustum prætium dicitur, idem probar, Menoch. cons. 111. nu. 8. cons. 1147. num. 13. & cons. 1174. nu. 17. ac nouissimè Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 752. nu. 47. Lupus de Vsuris Coment. 2. §. 1. à nu. 77. & Coment. 3. §. 5. nu. 116. Prout materiam ipsam æstimationis mobilium latissimè pertractat Pantal. Cremens. in reper. l. 2. nu. 220. nu. 249. nu. 266. nu. 271. & num. 281. cum sequ. Et D. Alex. Raud. var. resol. cap. 29. nu. 4. cum plur. sequ. post Siluanum cons. 147. nu. 5. lib. 1.
Et quia in æstimandis Domibus, maximè lautè constructis, quæ potius ad ornatum, quam ad vtilitatem ædificatæ dicuntur; communes æstimatores sæpè materialium tantum, & soli valorem considerant, nulla habita ratione redditus, in maximum præiuditium emere volentium AEQVITATI valdè cõuenire videtur, id quod
15 Romæ obseruari testatur Gabriel. cons. 168. nu. 115. lib. 1. & mihi testatus est Amplissimus Senator Ludouicus Vignatus in constituendo
15 prætium, coaceruando videlicet valorem materialium, & quantitatem redditus domus extimandæ, detractis oneribus, mox totius illius summæ dimidiam accipiendo; Ea enim vera, & realis domus extimatio diiudicanda est; & sic iustum prætium ex ea constituitur.
Cum autem superiori anno 1624. consimilis controuersia vigeret inter D. Petrum Paulum Fontaniam, & Vicinas Sacello Sacri Fontis Diui Barnabæ pro quibus ipse patrocinabat, & bini periti in summa librarum viginti duarum millé domum controuersam locatam sub pensioné libr. quinq; centum æstimassent, institi coram Sen. Excellentiss. vt denuo ipsius Domus fieret æstima-

æstimatio, Quia amplissimus ordo die 18. Iunij 1624. referente Amplissimo D. Senatore Bello-
16 no, ac lecto supplici libello aduersæ partis per amplissimum D. Senatorem Co. Aloysium Meltium, censuit, vt denuo fieret æstimatio, à pri-
17 to confidente, habita ratione tâm materialium, quàm redditus ipsius Domus, mox omnia Senatui referret Amplissimus D. Senator Pe. Fran-
18 ciscus Corius, vt circa illius domus pretium deliberari posset.

Quoniam vero tertius, & ipse Peritus nō obseruādo ordinata per Senatum, & ipsæ Domus controuersæ prætium auxisset, vsq; ad summam libr. viginti trium mille. Denuo Excellentiss. Senatum adiui, & præuijs informationibus, tandem die 5. Decembris 1624. referente ipso amplissimo D. Senatore Corio, censuit pretium
19 dictæ Domus esse constituendum in libris sexdecim mille, vt penes Egr. Secretarium Saccum, & sic mediam viam de AEQVITATE securus fuit Senatus.

Pro quarum decisionum clariori intelligentia allegationes in ea causa factas hic subnectere oppotunum duxi.

Pro Emptoribus domus iunctæ Sacello Fontis D. Barnabæ.

Adsit Virtus Spiritus Sancti.

Quemadmodum solo pietatis instinctu Io. Andreas Adobatus, & alij tres socij promiserunt emere domum adhæsam Sacello Fontis Diui Barnabæ iusto pretio extimando, simulq; morem etiam in hoc gerendo Egr. alias Vicario Prouisionum præsentis Ciuitatis, qui ad Dei Opt. Max. gloriam, totiusq; Ciuitatis nedum illius Viciniæ gaudium sacellum ipsum ædificari; & in eo sacrificari curauerat.

Ita eo libentius dictæ Domus pretium, & valor ad AEQVITATEM reduci debet, ne venditor, cum emptorum iactura locupletetur, & è contra. Vt sanè valde locupletior fieret Dominus dictæ domus si pretium à Perito arbitratum (quo spiritu quaue ratione nescitur) consequeretur, cum illud ascendat ad libras fere 23 mille, quamuis tempore, quo pensiones domus valde auctæ erant, anno scilicet 1616. domum ipsam locasset Dominus pro annis nouem, statuta pensione libr. 500. in circa. Quam si nunc denuo locare haberet, nec quidem ad libras quatuor centum ascenderet pensio; stante decremento quod à tribus annis citra factum est in locandis domibus, & quotidie fit, vt notorium est.

Rerum enim immobilium æstimatio fieri de-
20 bet, vel habita ratione quantitatis redditus, & fructuum, qui ab eis percipiuntur l. pen. ff. de rebus eorum, & l. si fundum ff. de leg. 1. & tunc pretium iustum dicitur, quando ex fructibus annorum viginti adæquatur Mariscott. lib. 2.
21 var. resol. cap. 132. num. 23. Vel habita consideratione pretij locorum vicinorum, itaut bona
22 non diceretur æstimatio illa, quam offerent duo, vel tres, quia diceretur, tunc constitui pretium ex affectione contra l. pretia rerum ff. ad l. falcid., & l. si seruum ff. ad l. Aquil. Cremens. in repet. l. 2. num. 217. cum tribus seq. C. de rescind. vendit. qui nu. 224. subiungit non esse bo-
23 nam æstimationem, quæ fieret habita ratione, quod semel tanto pretio vendita fuit res; Ergo
24 etiam in præsenti tantum valet, Quia pretia rerum non sunt formalia, sed variabilia, vt probatur in l. in lege falcid. hoc seruandum §. fin. ff. ad l. falcid. sed variantur ex tempore, & loco dicta l. pretia rerum §. fin. ff. eodem tit. Vnde inquit seneca.

Et omni in casu æstimatio pretium cuiusq; rei pro tempore est; de quo Anneus Robert. lib. 2. Rerum Iudic. cap. 16. vers. Nemo negauerit fol. mihi 279. iusta dicitur, quæ fit conside-
25 ratis rei qualitatibus, vt tradit Cremēs. vbi supra nu. 247. & 251. iuncto nu. 255. Adeo quod pretium iustum non ex cuiuslibet affectione, aut sumptu, sed ex communi hominum æstima-
26 tione præuia scientia rei perpendi debet Couarun. var. resol. lib. 1. cap. 3. nu. 4. qui vers. secundo hinc, tradit in pretij iusti extimatione non esse considerandum, quanti res ipsa empta fue-
27 rit, nec quot labores, & expensas pro eius acquisitione, aut constructione venditor fecerit, sed tantum habendam esse rationem communis hominum æstimationis subiungit.

Et sic certum est, non posse venditorem ab emptore vltra iustum rei pretium exigere, nec recipere quicquam propter damnum quod ipse ex venditione patitur. Nisi ad praeces em-
28 ptoris rem vendiderit, alioquin non venditurus; Summa Siluestri in verbo emptio quæst. 6. quem sequitur Couarun. dicto cap. 3. sub eodem numero vers. quarto.

Hinc compertum habetur inspecta communi hominum æstimatione pretium rei diminui, vel
29 augeri ex paucitate emptorum, & multitudine rerum vendendarum, ac venditorum Couarun. vbi supra nu. 5. Quo circa cum inspectis his temporibus quamplures immo innumeræ domus expositæ sint ad vendendum in præsenti Ciuitate, pauciq; sint emptores, concludendum erit domuum pretia valde diminuta esse; & consequenter inepte, & perperam egisse Peritum, qui nulla earum qualitatum habita ratione sed cōsiderato tantum valore omnium materialium fabricatorum ex suo marte pretium ipsum adeo excessiuum, & iniquum constituit.

Quia si communem hominum æstimationem attendamus, quæ certa reputatur, vbi vel ipsi æstimatores, vel alij multi tali pretio emerent domum vendendam, sine quod nec libris decē mille, quis domum ipsam empturus reperiretur; Si vero domus redditus attendi deberet, deductis oneribus iuxta tradita per Gratian
30 lib. 2.

30 lib. 2. discept. forens. cap. 343. num. 8. nulli dubium est, quod minori pretio, potius quã maiori dict. libr. decem mille venderetur, & sic vndiq; constat irrationabile esse, & exorbitans pretium per dictum peritum arbitratum.

Tanto magis, cum valor huiusmodi domus
31 magnæ sitæ in Ciuitate æstimandus sit, non ex qualitate ædificij, sed ex redditu quo locari solet, & his temporibus locatur, vt post multos probat Ioseph Ludou. decis. Perus. 45 num. 11 parte 1 ubi eam rationem tradit, quia domus magnæ pro cultu urbium potius quam occasio-
32 ne fructus ædificantur, ut inquit etiam Bursa consil. 88. num. 17. lib. 1. Elegantèr Gabr. consil. 168. nu. 15 lib. 1. vbi damnat eorum materiam, qui domuum æstimationem constituendã esse censent, habita ratione materię, & operæ, &
33 quantum impensum est, cum hoc esset absurdũ, & de tantum considerari debere, si domus est parui fructus, & magnæ expensæ, quantum cõmuniter venderetur domus, Marisc. d. lib. 2. var. resol. cap. 134. n. 13. & 14 dicet propriè loquatur de Palacijs.

Propterea cum maximè contractus de quo agitur potius ad resecandas molestias, & lites exortas ratione dicti Sacelli propositus fuerit, quam quod voluntaria emptio fieret Excell. Senat. præcantur dicti Socij Vt dignetur aliquẽ ex Egr. Secretarijs deligere, qui vna cum Perito ab ipso deputando domum visitet, & vicinisq; de illius valore se informet, ac de eiusdẽ domus redditu, qui ex instrumentis publicis etiam elicitur, omniaq; cum voto referat vt omnibus intellectis statui possit pretium, quo domum ipsam emere debent dicti Socij, absq; venditoris detrimento nec ipsorum emptorum iactura, quod speratur &c. Mediolani die 30. Maij 1624.

Ad L. Om. Dei, atq; Deip. semper Virg. Mariæ.

Iulius Cæsar Calnisus
I. C. C. Derth.

Pro emptoribus domus adhæsę Sacello Fontis Diui Barnabæ.

CVM Io. Baptista Maronus, & Socij incumbant rei piæ dum domum adhæsam Sacello Fontis D. Barnabæ pro illius ampliatione emere statuerunt, probabilis spes eis subesse poterat non nisi iusto pretio eandem domum emere debere: Atqui valdè eos fefellit opinio, dum Periti electi more auium, dum vna volat cæteræ volant, vnus post alium excessiuo, immo exorbitanti pretio, & plus Aequo eam æstimarunt, vt morẽ gererent D. Petro Paulo Fõtanæ eiusdẽ dom. Domino. Vltimus n. peritus electus idest Iacobus Philippus de Monte postquam domum ipsam, & illius qualitates accuratè perpendisset valoremque distinctum tam murorum, quam situs, & aliarum rerum incedula per ipsum conscripta annotasset, æquo detrahere debebat importantiam onerum, & reparationum, oculis obcæcatis dum dicto Fontanæ morem gerere voluit, eundem valorem nullæ facta detractione onerum, & reparationum posuit, & æstimationem retulit, & quod peius est falso affirmauit detractionem fecisse dictorum onerum, & reparationum, vt ex eadem cedula in actis exhibita constat.

Admisso enim eo, quod iusta taxatione æstimauerit muros, & situm, ac alia pertinentia dictæ domus, (quod tamen non admittitur) & quæ omnia summam librarum 20000. in circa constituebant, Adhuc detracto capitali onerum, & reparationum, quod fuit om. librar 3750. constituit (cum expensæ prædictæ vno anno, cum alio computato ascendant ad summam lib. 150.) residuum valoris dictæ domus reducendum erat ad lib. 16850. Et sic manifeste patet eorumdem esse extimationem prædictam, & sub falsa causa eam ad tantam summam ascendere.

Præterea certum est, quod pretium iustum rei immobilis constitui debet, vel habita consi-
34 deratione pretij locorum vicinorum l. prætia rerum ff. ad l. falcid, & l. si seruum. ff. ad l. aquil. Cremens. in repet. l. 2. nu. 217. cum seq. C. de rescindenda vendit. Vel ex communi hominum
35 extimatione prævia rerum scientia, vt alias dictum fuit, & scribit Couarru. lib. 1. var. resol. cap. 3. nu. 4. Aut demum habita ratione reddi-
36 tus, & fructuum, qui ab eis percipiuntur iuxta l. penul. ff. de reb. eorum, & l. si fundum. ff. de
37 leg. 1. deductis oneribus, vt scribit Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 343. nu. 8. Et tunc iustum pretium dicitur quando ex fructibus annorum viginti adæquatur Marescot. lib. 2. var. resol. cap. 132. num. 23.

Si primus modus attendatur hoc in casu, notorium est valorem recitatæ domus excedere non posse libr. decem, vel vndecim mille cum consimiles domus in ea regione tali pretio sæpæ fuerint alienatæ. Si secundum modum sequi vellimus, exceptis dictis Peritis, qui Fontanæ morem gerere voluerunt, communi hominũ extimatione domus ipsa maiori pretio libr. vndecim mille vendi non posset.

Vbi vero tertio modo extimandi vti placeat,
38 qui modus tutior, & Aequior est, vt tradunt scrib. in dicta l. si fundum ff. de leg. 1. certum est valorem dictę domus excedere non posse libras decem mille, cum libræ sexcentum, quibus locata fuit domus ipsa tempore quo pensiones domus valde erant auctæ, detractis oneribus Patronalibus, & reparationibus, redactæ dicantur ad libr. 500 quæ curriculo annorum viginti constituunt libras decem mille.

Et quatenus non habita ratione tantum redditus

ditus dictæ domus, sed etiam materialium illius extimatio fieri deberet iuxta tradita per
39 Gabr. cons. 168. num. 115. lib. 1., & obseruatur, in Alma vrbe; Coaceruando simul valorem materialium idest dictas libras 16850. & quantitatem redditus dictæ domus detractis oneribus, & expen. reparationum vt memoratas libras decem mille, quę summę in totum constituunt libras 26850. mox totius illius summæ dimidiam accipiendo adhuc libras tantum 13425. constitueret iustus valor dictæ domus; Et sic longè minus valeret domus ipsa, quam Peritus pro dictus obcecatus retulit.

Vt igitur ad AEQVITATEM reducatur pretium ipsum, nec venditor cum emptorum iactura locupletetur cum loco redditus libr. quinquecentum quem ex domo prædicta hucusq; percepit, libras mille centum, & vltra quolibet anno consequeretur venditor ex capitali dictarum libr. 22600. quo domum prædictam extimauit peritus; Rogant emptores Excell. Senat. vt omnibus consideratis decernere dignetur pretium ipsum, quo dictaram domum emere debent emptores; Auditio enim tanti Ordinis nulla interposita mora parere se offerunt emptores, & ita sperant. Mediolani die primo Decembris 1624.

Iulius Cæsar Caluinus I.C.

40 Ommittendum præterea non esse paco iusto pretium etiam dici, id quod iussu Principis, statutoue, vel ex testamento taxatum est Iaf. in l. Barbarium nu. 36. ff. de officio Prætoris, Bossi tit. de Extraordin. crimin. nu. 7. Quia iustum
41 pretium dicitur, quod ex Venalibus edulijs, & alijs rebus edicto taxatur. Couaruu. lib. 3. var. resol. cap. 10. Menoch. de arbitrar. casu 1914. nu. 6. Roder. de annuis redd. lib. 2. qu. 3. nu. 42. Valasc. decis. 45. nu. 12. Capic. decis. 17. & post eos Gluſ. dicto tr. de Pretio, & æstimatione lib. 2. cap. 23. vers. iustum pretium in fine, qui vers. si quenti tradit quod iustum pretium non præsumitur in homine ære alieno grauato, vel
42 rem litigiosam vendente ex Bart. in l. 1. § si hæres ff. ad Trebell. & l. si Societatem §. arbitriorum ff. pro Socio.

43 Secuti pretium iustum non dicitur, quando diminutum est, vel auctum belli causa, Idest belli imminentis vel quod geritur, ac etiam pestis causa; vt scribit Alex. in l. diuortio col. 3. ff. sol. matr. & trad. Papiens. in forma libel. act. real. §. & in florenis nu. 16. Affl. decis. 83. nu. 3. Mascard. de probationibus concl. 1396. n. 15. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. nu. 49. Tusc. litt. V. concl. 15. Giurba ad Stat. Messanæ cap. 6. gl. 12. sub nu. 29. vers. sunt etiam, sin tantum vt pignorato fundo ea lege vel transacto certo tempore illud possideat iusto pretio po-
44 stea æstimando, & finito tempore clasicum audiatur, & belli timor immineat, inhibenda est æstimatio, donec cesset timor belli, non vanus vti probat Gluſ. dicto cap. 23. vers. iustum pretium propè finem.

Insuper pactum iustum pretium efficere; communeq; mutare habetur in l. si venditor ff. de
45 ser. expor. & in l. habitationum ff. de perio. & commod. ac l. si voluntate C. de rescindenda
46 vendit. prout iustum etiam illud est in dubio, quod passim receptum est in regione, vel mundinis, ad quod probandum satis est adducere eorum testes; qui in foro versantur, cum forè alij Ciues sequantur pretia talium in foro versantium, vt tradit Bart. in l. omnia C. de cau. pub. Id Iodoc. in tr. de Tutorum munere cap. 8. nu. 8. quos sequitur Gluſ. alleg. cap. 27. vers. Pacta, in fine; Et in dubio conuentum pretium præsumi
47 iustum tradit Bal. in l. per diuersas C. mandati Gluſ. loco relato vers. Pretium iustum, in fine Fontan. de pact. nupt. cl. 5. gl. 8. part. 9. nu. 30. & Bos. cons. 40. nu. 19. cum sequ. Vin. decis. 437. nu. 8. & 6. Giurba ad Stat. Messanæ alleg. cap. 6. gl. 13. num. 3. parte. & Anton. Robert. all. cap. 16. vers. Deinde contractus sola.

48 Iustiq; pretij duas esse species scribit Matien. lib. 5. compil. legum Hispan. tit. 11. & 6. p. gl. 2. nu. 9. Aliud pretium scilicet legitimum est, quod lege ciuili, vel edictis Principum rebus præscribitur, Aliud naturale in quo communes consentiunt, vel ratio consensus, in quo habenda est ratio etiam multitudinis, & vilioris, non enim in hoc praeponuntur digniores vilioribus;
49 immo postponuntur, vt inquit Gluſ. rel. cap. 23. in fine.

50 Deniq; pretium iustum probatur etiam per subhastationem, vt scribit Card. Mant. de tacit. & ambig. dicto lib. 4. tit. 20. nu. 8. par. 1. ac probat Menoch. conf. 358. nu. 14. & conf. 122. ac conf. 843. num. 28., & conf. 844. num. 35. Maximè quando subhastatio facta fuit pluries, & diuersis diebus, vt post Mascard. conc. 655. nu. 1. probat Gluſ. dicto lib. 2. cap. 4. vers. Pretia illa, quā-
51 uis huic conclusioni non assentiat Cremens. in repet. dictæ l. 2. num. 103. Cod. de rescindend. vendit., & Valasc. decis. 43. num. 11. ac Franch. decis. 64. num. 10. & 16. cum alijs quos congerit Giurba decis. 105. nu. 2.

Materiam hanc æstimationis, siuè pretij mobilium, & immobilium, ac se mouentium latissi-
52 mè examinet Mascard. conc. 655. cum quatuor sequentibus per totum ac nouiss. Giurba ad Stat. Messanæ all. cap. 6. gl. 12. per totum quo loco copiosissimè materiam ipsam examinat, & nu. 96. scribit in constituendo precio nullam haberi rationem fructuum præteritorum, sed præsentium, quia ex præsentis extimatione non infertur ad præteritum cum loco, & tempore rerum pretia varientur latiss. D. Senator Bellonus lib. 2. de incontin. cap. 63. sub nu. 2.

SVM-

SVMMARIA.

1 Venter non patitur dilationem.
1 Fames dicitur acutissimus gladius.
2 Bona fideicommisso supposita alienari non possunt pro alimentis liberorum.
Contrarium verius nu.4. & 10. ac 12.
3 Pater tenetur semper dotare filiam ad alimenta vero nisi in casu inopiæ.
5 Dotis, & alimentorum causa æquiparantur.
6 Res prohibita alienari, vendi potest pro alimentis.
7 Patri licet vendere proprium filium ob famem.
8 Pater potest ob famem proprium filium comedere, vbi tanta sit necessitas.
9 Fideicommissum maternum potest etiam alienari ob alimenta filij.
10 Fideicommissum alienari potest pro alimentis quando ea debentur iure sanguinis, & naturæ, & sic ex causa onerosa, non ex causa lucratiua.
11 Grauatus non cogitur fideicommissum restituere si necessitate vrgetur.
12 Fideicommissum alienari potest pro alimentis liberorum, etiamsi legitimam, & trebellianicam consumpsissent.
13 Socin Sen. & Peregr. opinio reprobatur.
14 Parentes licet ægreferant filios bona sua perdere, non tamen patiuntur eos mendicare.
Morientium desideria, & voluntates, ex viuentium opinione colliguntur nu. 15. & 30.
16 Pater iterum tenetur alimentare filium, cui legitimã iam consumptam assignauerat.
17 Alimentorum obligatio in parentibus descendit ex AEQVITATE, caritateq; sanguinis.
18 Iudicem oportet perpendere singulorum desideria quando agitur de alienando fideicommissum occasione alimentorum liberorum.
19 Filia facilius dote priuatur quam alimentis ob inhonestam vitam.
20 Decisio Senatus Taurinensis, quod filia priuari possit dote, & legitima ob vitam luxuriosam, etiamsi matrimonium contraxisset cum stupratore.
21 Decisio eiusdem Senatus circa taxationem dotis filiæ, quæ luxuriosè vixerat, mox resipisceerat.
22 Dos, & legitima succedit loco alimentorum.
23 Alimentorum causa est fortior, & magis necessaria, quam dotis causa.
24 Alimentorum causa fortior est quam legitima.
25 Legitima iure positiuo debetur; Alimenta vero iure naturæ.
26 Extensio legis fit ex paritate rationis.
27 Auth. Res quæ procedit etiam pro excarcerandis liberis detentis causa delicti, vel debiti contracti, quum causæ captiuorum redimendorum, & alimentorum æquiparatur.
28 Persona omnibus rebus est ante ferenda.
29 Criminalem ob causam alienari potest fideicommissum vbi delictum esset casuale tantum deffendit Costa.
31 Parentes non solent permittere, vt filij in vita periculo remaneant, ob causam criminalem vbi pecunijs eorum saluti consulere valeant.
32 Parentes proprijs alimentis sæpius se priuarunt vt liberis carceratis auxilio essent.
33 Pater quidam nobilis filium etiam ingratum redemit à pœna triremium solutione aureorum quingentorũ.
Solutum filio à patre imputandum est in legitima nu.33. distinguitur nu. 34.
34 Succurendum ei non est, qui propria culpa in necessitatem incidit.
35 Filius eadem ratione tenetur redimere patrem captiuum, & è contra.
35 Vxor tenetur redimere maritum captum.
36 Ecclesiæ bona alienari prohibita, possunt vendi pro carceratum liberando ex causa delicti, vel æris alieni.
37 Conclusio firmata procedit etiam ad euitandam carcerationem filij, vel Patris aut mariti.
38 Delictum patris, ac liberorum siue mariti, non liberat alios eos ab onere alendi, & excarcerandi.
39 Vir bannitus, vel etiam excommunicatus si est pauper alendus est ab vxore, & è contra.
40 Vir, & si legum sit contemptor, ei tamen obsequium præstare tenetur vxor.
Fideicommissum alienari potest etiam pro erudiendis liberis nu.41. Contrarium probat Peregrinus n. 42.
43 Auth. Res quæ, non procedit quotiescunq; testator expressè prohibuit alienationem etiam ex causa dotis alimentorum.
44 Contrarium verius.
45 Testator sicut si viueret teneretur pro dotibus, & alimentis eius descendentium, ita moriendo tale onus non potest euitare.
46 Obseruantia Sen. Excellentiss. in hoc dominio circa eam quæstionem.
47 Decretum Sen. Excellentiss. in ea materia.
48 Obseruantiam Tribunalium Regnorum Hispan.
49 Limitationes ad d. Auth. Res quæ.
50 Reprobatur limitatio Padillæ ad d. Auth. Res quæ circa illud quod non procedat illius dispositio vbi consumpta sit legitima.
51 Descendentium dignitas salua semper esse debet in interpretatione mentis testatoris.
52 Contraria tolluntur, & soluuntur.
53 Molinæ fundamentum corruit.
54 Quæ omnibus prosunt præferenda sunt ijs quæ specialiter vtilia sunt.
55 Fructus bonorum fideicommisso suppositorum sequestrari possunt tanquam proprij grauati ad instantiam illius creditorum.
56 Fructibus fideicommissi sequestratis, alienari possunt bona fideicommissaria pro alimentis grauati, & filiorum.
57 Iudicis decretum necessarium non est in huiusmodi alienatione.
58 Auth. Res quæ procedit in fideicommissis ascendentibus, non transuersalibus.
59 Decretum Senatus in ea materia.
60 Decretum aliud Senatus quo dispensauit posse alienari bona fideicommisso transuersali supposita cum quibusdam qualitatibus.
61 Decretum aliud Senatus quo concessit alienationem domus fideicommisso transuersali, & particulari supposita.

supposita, dummodo loco illius alia supponeretur.
61 *Co. Aloysij Melij Senatoris Amplissimi mentio.*
62 *Senatus Mediolani manum apponit ad ea, & tollit cũ causa, quæ sunt de iure gentium.*
63 *Quarta debita ex Auth. Præterea, detrahi potest ex bonis fideicommisso suppositis.*
64 *Nisi expressè esset prohibita.*
65 *Contraria sententia verior, quod scilicet non debeatur quarta ex bonis fideicommissarijs.*
66 *Maximè in fideicommissis antiquis.*
67 *Feudum nouum illud dicitur, quod de nouo fuit acquisitum.*
68 *Decretum Sen. quod quarta de qua in Auth. Præterea non debeatur ex fideicommisso auito.*
69 *Io. Baptistæ Vicecomitis Senatoris Amplass. mentio.*

Bona fideicommisso supposita alienari possunt pro alimentis liberorum, & descendentium Testatoris fideicommittentis. Cap. CX.



1 Limentorum materia fauorabilis valde est, cum venter non patiatur dilationem, vt est in adagio, & habetur in l. 1. C. de alim. pup. præstãdum ac scribit D. Senator Bellonus lib. 2. de incont. cap. 64. sub num. 5. famesq; dicitur acutissimus gladius, vt tradit Bal. in l. partum C. de collat., Idcirco quærere hic oc- currit, An consumpta per liberos, & descendentes legitimã, ac Trebellianica bona fideicommissio ascendenti obnoxia alienari possint, & sic subuerti fideicommissum pro alimentis ipsorum liberorum.

De hac re allegari solet tex. in Auth. res quę C. commun. de legati, vbi glo. in verbo obli-
2 gationis negatiuam partem sustinet, videlicet non posse alienari bona fideicommissaria pro alimentis liberorum, quam sententiam sequuntur ibidem Odofred. nu. 13. Iacobus de Beluis. qu. 9., Quorum opinionem probat Molina de primog. hispan. lib. 4. cap. 6. nu. 22. & seq.; Quia cum textus ipse loquatur de dote, trahi non potest ad casum alimentorum, cum non admittatur argumentum de dote ad alimenta ad quæ
3 tenetur tantum Pater in casu inopię filię, quamuis ad dotem teneatur indistinctè l. fin. vbi gl. C. de dot. promiss. Padil. in repet. dictę Auth. res quę nu. 77. C. commun. de leg.
4 AEQVIOR tamen, & benignior est contraria sententia, quam post Bar. Alex. Ias. sequitur ipsemet Padil. loco relato nu. 78. cum seq. plur., vbi probat quod si grauatus non potest se alere ex fructibus atq; redditibus ipsius fideicommissi, poterit vt se alat euertere fideicõmissum; Dotis enim, & alimentorum causa in hac pro-
5 pria materia æquiparatur in Auth. contra rogatos C. ad Trebell.

Facit etiam optimè tex. iuxta glo. in l. ob æs alienum tantum C. de prędijs minorum, vbi res prohibita alienari à leg. quoniã minoris
6 est, potest iure optimo alienari ad alimentandũ ipsum pupillum, atq; personas ei coniunctas, vt declarat ibi glo. in verbo alienum per l. 1. §. sed nonnullos ff. de tutor., & ration. distrahẽd., Et eò fortius, quia si licet Patri propter fa-
7 mem vendere proprium filium l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Imo, & ipsum posset comedere,
8 si modo tanta esset necessitas, multò magis licebit propter eamdem causam fideicommissum euertere, vt ibidem probat Padil. nu. 82. & seq. vbi multa alia adducit fundamenta, Prout antè cum eamdem sententiam, vti humaniorem sequitur Fulgos. in dicta Auth. res quę num. 7. quem refert Surd. cons. 367. n. 42. Maluasi cons. 8. nu. 28.

Hanc eamdem sententiam vti magis Aequã etiam in alienatione fideicommissi materni
9 (quod magis est) sequitur Rota, vt tradit Gratian. lib. 2. discept. 331. nu. 4. cum sequ. Vbi testatur ita iudicatum fuisse per Rotam die 18. Maij 1607. quod etiam tradit in cap. 15. nu. 13. lib. 1.

Prout eamdem opinionẽ amplectitur Costa remed. subsid. 106. illat. 2. nu. 5. & 6., quando
10 scilicet agitur de alimentis debitis iure sanguinis, & sic onerosis, non ex causa lucratiua à qua sententia neq; discrepat Peregr. de fideicom. art. 42. sub nu. 86. vers. contrarium determinarunt eamq; comprobat Prætus lib. 4. de interpret. vlt. volunt. dub. 11. nu. 73 vers quartus Casus fol. mihi 429, & ex professo, & plenius eamdem etiam probat Surd. de alimentis tit. 4. qu. 9. nu. 38. cum sequ. & tit. 8. priuileg. 19. per totum maximè verò nu. 5. & 6. quo loci ex Benincas. tradit, quod si grauatus vrgetur ne-
11 cessitate non cogitur fideicommissum restituere.

Eamdem sententiam ex professo de AEQVITATE sequitur D. Merenda in quem nuperrimè incidi lib. 4. controuers. iur. cap. 34. per totum maximè nu 9 Duobus pręcipuè fundamentis,
12 alterò ob præsumptam voluntatem Testatoris, altero ex obligatione qua alimentandi filios, nepotes, & pronepotes si viuerent, teneretur Testator etiamsi liberi legitimam, & Trebellianicam consumpsissent, quid quid in contrarium
13 ex Socin. Sen. in l. Marcellus §. res quæ nu. 3. ff. ad sen. cons. Trebell. affirmant Peregr. all. art. 42 nu. 87. & Surd. citat. priuil. 19 nu. 7. Quia si ibi eorum traditio vera esset supeflua videretur proposita quæstio.

Licet enim parentes ægreferant filios bona sua perdere; Perrarò tamen patiuntur eos, enim non habeant vndè viuant, stipem quærere, vel
14 viles artes cum dedecore exercere; Ergo credendum non est Testatoris de quo agitur talẽ
15 fuisse mentem, cum morientiũ desideria ex viuentiũ opinione colligamus l. 4. C. de natur. lib.

Maximè

Maximè cum iam abundè supra in cap. 74. probatum sit iterum teneri Patrem alimentare
16 filium, qui bona sibi pro alimentis assignata propria culpa dissipauit, etiam si eum iuramẽto promisisset filius vlterius alimenta non petere, quod magis est, Quia hæc res ex AEQVI-
17 TATE, charitateq; sanguinis descendit, vt inquit I. C. in l. si quis à liberis §. verum ff. de liber. agnosc. Et ideo singulorum desideria per-
18 pendere Iudicem opportet, vt subijcit D. Merenda d. cap. 34. sub nu. 6.

Addo ego, eò fortius concludendum esse dispositionem dictæ Auth. res quæ procedere etiã in alimentis liberorum, sicuti locum habet in dotibus, quanto facilius dote, & legitima priuari potest filia, quæ inhonestam vitam duxit
19 quam alimentis, quæ ei etiam debentur, si resipiscat vt probauimus supra in cap. 83. nu. 40. & scribit Thesaur. qu. famil. 70. nu. 1. cum sequ. lib. 1. Vbi ita iudicatum fuisse per Senatum Tauriensem testatur num. 21. dum filiam luxuriosam vitam agentem dote, & legitima posse priuari simulq; exhæredari per Patrem probat,
20 etiamsi cum stupratore matrimonium contraxisset filia, vt subijcit Thesaur. nu. 14.

Quamuis defuncto Patre nullis alijs existentibus liberis AEQVITATE quadam motus, taxauit ille Senatus dotem dictæ filiæ matrimonio copulatæ ad ducatos mille, licet Patris hæ-
21 reditas esset valoris vltra viginti millia, vt scribit Thesaur. loco relato in fine.

Præterea certum est dotem, & legitimam succedere loco alimentorum l. assiduis C. qui
22 potior in pign. hab. gl. in l. vlt. §. si verò confundatur C. de iure deliberandi, Costa de remed. subsid. prelud. 1. nu. 19. & Lupus tr. de illegitimis comment. 2 §. 1. nu. 15. Et probauimus supra in cap. 74. n. 2. Si itaq; bona fideicommisso supposita pro dote alienari posse disponit ipsa Auth. res quæ ergo pari ratione procedere debet in causa alimentorum; Quippè multo for-
23 tius, cum alimentorum causa sit fortior, & magis necessaria, ac priuilegiata quam dotis causa l. 1. & 2. C. de patr. qui fil. distr. & l. necare ff. de liber. agnosc. & cap. si quis propter necessitatem, extrà de furtis, Peregr. d. art. 42. nu. 87.
24 Prout longè fortius est vinculum alendi liberos, quam legitimam eis relinquendi l. si quis
25 à liberis §. vtrum ff. de lib. agnosc. Quia legitima iure positiuo debetur, alimenta vero iure naturæ, quod fortius est, D. Merenda cit. cap. 34. nu. 8. lib. 4. idcirco ex paritate, siuè potius ex maioritate rationis, & magis priuilegiatæ
26 causæ extensionem fieri debere notatur in l. ob æs C. de prædijs minorum, & gl. in l. 1. C. de condit. indeb. Peregr. all. art. 42. sub nu. 87.

Cuius Authenticæ dispositio procedit etiam pro ex carcerandis liberis, ob æs alienum contractum, vel ob delictum detentis, aut ab hosti-
27 bus captis, Quia causæ alimentorum, & redemptionis captiuorum sunt æquiparatæ, & à pari procedunt l. Sancimus C. de Sacros. Eccl. Tiraquel. tr. de pia causa in præfatione vers. item legatum alimentorum, latè Surd. cons. 367. num. 41.

28 Persona enim omnibus rebus est ante ferenda l. in pecudum ff. de vsufr. l. iustissimè ff. de ædil. ædicto. Natta cons. 430. nu. 9. quem sequitur Surd. all. cons. 367. nu. 40. Conclusionem ipsam amplectitur etiam Padill. in all. repet.
29 Auth. res quæ nu. 43. cum sequ. & nu. 98. & 99. quam sententiam sequitur Costa, vbi maleficia essent casualia all. remed. subsid. 106. illat. 2. in fine, Quia Testator viuens sic facturus fuisset, quo casu cessare rationem euertendi fideicommissi scribit, idem in causa crim. graui admittit Peregr. d. art. 42. nu. 92. Quia Patres viuen-
30 tes sic facere consueuerunt, quorum voluntatis est optima interpretatio l. quoniam desideria C. de natur. liber., Cuius rationis vigore puto ego pro omnibus delictis, & maleficijs procedere debere dispositionem dictæ Auth. res quę, Quoniam quis parens adeo vecors adinueniri
31 posset, qui filium suum in vitæ discrimine existentem, vel nemo ex maleficio damnatum pecunia non redimeret, vt loquendo de capto ab hostibus scribit Padill. loco relato sub nu. 95.
32 Pluries enim experientia docuit Parentes se ferè alimentis priuare pro filijs è carceribus liberandis, Et hoc anno 1628., cum quidam fil. famil. nobilis Cremonensis, ob grauia crimina, de quibus processum ego instruxeram damnatus esset ad Remum, Itaut ab ea pœna se eximere valeret, solutione aureorum quingentorum,
33 illius Pater vir sanè fortis, quamuis à f'io malè tractatus, & fortassis etiam percussus aliquãdo fuisset à proteruo filio, Nihilominus stante paterno amore, & communi honestate, maximo eum eius facultatum detrimento, conatus est filium à pœna redimere, solutione dictarum pecuniarum bona propria alienando, Quod notatu dignum est; Et hanc portionem computandam esse in legitima scribit Ripa in l.
33 2. in quarta num. 185. ff. ad l. falsid. & Fabian. in Auth. nouissima nu. C. de inoff. testam. Quamuis distinguat Alex. Trentacinq. lib. 1. var. resol. tit. de legit. resol. 5. sub num. 18. vers. ex hoc declaratur, & vers. seq. Inter casum in quo vigore statuti pater soluit pœnam pro
34 filio, & casum in quo sponte soluit Pater, quia quando spontè fuit facta solutio, non esse solutum imputandum in legitima tradit auctor ipse quod dictum vbi verum esset extendere etiã illud putarem ad casum, quando Pater ex necessitate honestatis solueret, quæ æquiparanda est casui necessitatis vt supra affirmauimus.

Quidquid ex Salic. & Ang. in contrarium scribit Padill. in dicta Auth. res quę nu. 102. &
34 Osas. decis. 168. nu. 8. ea ratione quod non sit succurrendum ei, qui propria culpa incidit in necessitatem l. siuè hæreditaria ff. de negot. gestis, cui rationi satisfacit Surd. loco relato.

R Sicut i

Sicuti eadem ratione tenetur filius redimere Patrem captiuum, & è contra Pater filium l. si captiui C. de Episcopis, & Cler. & vxorem mari-
35 tum l. quamuis cum ll. sequ. ff. solut. matr. vt probat Surd. cit. consil. 367 nu. 38. vers. diuersitas, Item, & nu. 39. ac nu. 41. Quia sicuti Pater tenetur alere filium, Ita etiam alendi onus transit in filium fauore Patris, quem de AEQVITATE alere tenetur filius si inops est Pater l. si quis à liberis ff. de liber. agnosc. Anneus Robert. lib. 1. rerum iudic. cap. 11. vers. Iurisc. fol. mihi 6. cum bona Ecclesiæ alioquin alienari prohibita, pos-
36 sint alienari pro liberandis carceratis ex causa delicti, vel æris alieni, nulla facta distinctione, an culpa detenti præcesserit glo. vnica in cap. Sacrorum 12. q. 3. quam ibi probatam ornat Bal. & Castr. in d. illud C. de Sacros. Eccl. Boer. decis. 128 nu. 3. quos sequitur Surd. all. consil. 367. nu. 43 Padill. loco relato nu. 94.
37 Id quod procedit tam vt è carceribus liberetur maritus, vel Pater, quem ob in ijs coniiciatur, cum semper de eorum honore, & honestate agi dicatur; Comin. in dicta l. quamuis ff. sol. matrim. quem sequitur Surd. sæpius cit. cons. 367. nu. 28. & num. 42 in fine quam conclusionem sequitur etiam D. Senator Bellonus lib. 1. de incont. cap. 157. nu. 11. & 12. Delictum enim
38 mariti, & liberorum regulariter non liberat vxorem, & patrem ab onere illos alendi à lege
39 de alendis liberis, & marito, & è contra, cum vir bannitus, & etiam ex communicatus si pauper fit veniat alendus ab vxore speciali in tit. de dote post diuort. rest. §. fin. nu. 70. Bart. in l. si constante nu. 22. ff. sol. matrim. quos sequitur Surd. tr. de alim. tit. 1. qu. 36. num. 6. & in all. consil. 367. num. 44.
40 Et si enim vir sit legum contemptor, semper tamen vxor obsequium, & reuerentiam ei præstare debet, quidquid in contrarium tradat Bart. cons. 478. nu. 2. lib. 5. quem reprobat Surd. cit. cons. 367. in fine, vbi idem procedere in patre, & liberis testatur, & adduximus supra in cap. 74. nu. 25.
41 Huius Authenticæ prouisio locum etiam habere dicitur in erudiendis liberis, eisq; disciplinis capescendis vt probat Merenda loco relato nu. 13. pro qua eruditione bona fideicommisso supposita posse alienari concludit; Quam-
42 uis contrarium statuat Peregr. dicto art. 42. nu. 43. & Padilla loco relato num. 89. & 91.
Et quamuis illius textus dispositionem limitare conantur Scribentes, quando testator expresse prohibuit alienationem etiam ex causa
43 dotis, aut alimentorum per glo. in l. nulla C. de iure dotium, vbi Bar. & Bal. quos sequitur Alex. in §. Diui vbi Ias. nu. 105. Ripa nu. 76. & in cons. 56. nu. 3. lib. 1. Quorum opinionem amplectitur Boer. decis. 129. Suarez in l. Quoniam in prioribus in 2. limitat. C. de inoff. testam. Couarru. var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10. vers. cæterum.
Tamen limitationem ipsam expresse impro-
bat nostri alios ibi Padill. num. 116. in fine cum
44 sequ. Maxime cum fauorem publicum respiciat textus ipse, cui non possunt derogare Testatores idquod etiam probat Ias. ibidem in fine, & post multos alios Phanut. de lucro dotis concl. 10 in 0.
45 Sicut enim si viueret testator teneretur pro dotibus, & alimentis eius descendentium; Ita moriendo contra tale onus disponere nequit, ult. l. si quis à liberis ff. de liber. agnosc. vt late probat Fachin. lib. 4. controuers. iuris cap. 48. vers. fed. ratio. vsq; ad finem. Et ita practicatur
46 quotidie in hoc Dominio, & declarat Senatus Excellentiss. mediantibus debitis dispositionibus alienandi huiusmodi bona fideicommisso ascendenti supposita; Et in facti contingentia refert etiam amplissimo, & nunquam satis laudato
47 D. meo Senatore Rhaudense censuit Sen. die 21. Iulij currentis anni 1629 me patrocinante pro minoribus de Rubeis Castri nouentibus, Quorum Abbauus constituto vniuersali fideicommisso, expresse prohibuerat omnem, & quamcunq; alienationem etiam pro dotandis filiabus descendentibus, Quia nihilominus cum constaret nulla alia bona libera extare, dispensauit Excellentiss. ille Ordo, vt bona ipsa alienari possent pro dotatione binarum filiarum ipsorum minorum supplicantium sororum.
48 Quam prouisionem fieri solere etiam in supremis Tribunalibus Hispaniarum restatur Pa-
49 dill. loco relato nu. 118. qui auctor seq. nu. tradit alias limitationem ad eam legem, vz. non cõprehendi in ea dotem confessatam, sed tantum verè receptam, & non contineri casum in quo filius grauatus legitimam consumpsisset, Quæ tamẽ vltima limitatio nullo modo verà videtur, Tum quia contrarium amplè fuit in hoc ca-
50 pitulo, vti principale negotium probatum, superfluus; & inanis omnis fuisset labor circa hanc quæstionem, cum subsistente legitima prius cã alienare deberet grauatus pro alimentis, quam ad fideicommissi bona manum apponere, vbi illorum fructus sufficientes non essent pro illius alimentis, Tũ quia obstaret regula quod alteri pro altero fieri non potest iniqua conditio, & quod pœna tantum eius comprehendat auctores, Tum quia ex supra firmatis salua de-
51 scendentium dignitas esse hoc pacto non posset; contra expressam mentem Testatoris, vt innuit D. Merenda loco relato in fine vt supra fuit probatum.
Et ex his sublata dicuntur in contrarium adducta, tum ex communiori sententia tot Doctorum, tum quia glo. prædicto verbo obliga-
52 tionis, non loqui videtur de sumptibus alimentorum, sed de sumptibus militiæ, vt explicat ibi Padill. nu. 88. præsertim quia Molina in contrariam sententiam pro filiis ea ratione quod vtilitas publica consideretur tantum in conseruatione maioratus, non in præstatione alimento-
53 rum ipsis descendentibus; Et tamen æquè, imò maio-

maiorem respicere vtilitatem publicam. præsta-
tionem alimentorum descendentius ipsius te-
statoris, nè fame pereant ex supra firmatis con-
cludendum est; Quam conseruationem maio-
ratus vt de se patet, Quia ea quæ omnibus pro
54 sunt ijs quæ specialiter vtilia sunt præponun-
tur vt apertis verbis legitur in ipsa Authentica
res quæ.

Non ommittitur tamen quòd iuxta tradita
per D. Merendam in all. cap. 34. nu. 10. & 12.
55 contracto per fideicommissarium ære alieno;
possunt creditores, omnes fructus bonorum fi-
deicommisso suppositorum petere, & consequi
in præiuditium fideicommissarij, cuius bona li-
bera dicuntur fructus ipsi, Etiamsi Testator
pro familiæ splendore fideicommissum insti-
tuisset, & fructus pleno iure reliquisset fidei-
56 commissario, Quo casu alimenta ex fideicom-
missi alienatione constituendæ erunt pro ipso
fideicommissario, & filijs vt ibi concludit Me-
renda, qui admonet Iudices, ne habenas laxent
in decernendis his alimentis, cum satis sit, ne
cum dedecore viuant liberi secundum morem
regionis, & qualitatem familiæ.

Quod autem decretum Iudicis necessarium
sit nec ne in alienatione bonorum fideicom-
57 misso suppositorum pro dotibus vel alimentis,
aut alijs causis supra relatis, necessarium mini-
mè esse concludit Peregr. all. art. 42. nu. 94. per
tot um; vbi tamen prius constet alia bona libera
minimè extare, quamquam emptores vt pluri-
mum detractum ex optent, vt tutius bona huius-
modi emere valeant, & sibi cautum sit.

58 Quod tamen intelligi debet quando agitur
de fideicommisso ascendenti; Secus quando de
transuersali agitur ad quod manus apponi non
potest; nisi summa suadente AEQVITATE, vt
nè fideicommissarij dignitas valdè læsa rema-
neat, vt aliquando licet rarò obseruare solet Se-
natus Excellentiss. qui die 3. Iunij 1618. in qua-
dam causa censuit petitam dispensationem quo
59 ad fideicommissum transuersale non esse con-
cedendam, nisi quo ad alienantem, & eius hæ-
redes saluo iure aliorum vocatorum.

Quamuis eodem anno 1618. die 19. Nouem-
bris ex mera AEQVITATE, & magna suaden-
60 te causa refferente Amplissimo D. Senatore
Cattaneo censuit dispensationem Com. Hiero-
nimo Plato pro alienatione bonorum fideicō-
misso transuersali suppositorum, etiam respe-
ctu quorumcumq; vocatorum cum eo tempe-
ramento, Vt pars pecuniarum ex venditione
soluendarum, deponeretur super Banco S. Am-
brosij; ad hoc vt vtilia, siuè interesse ipsius sum-
mæ, quod ex banco percipi solet, cederet ad vti-
litatem fideicommissi, vt pænes Egr. Secreta-
rium Landrianum.

Prout anno 1624. die 12. Februarij, idem
Amplissimus Ordo refferente Amplissimo D.
Senatore Com. Aloisio Meltio censuit fauore
61 Amplissimi D. Senatoris Belloni posse permu-
tari domum transuersali, Imò particulari fidei-
commisso affectam, & eius loco aliam supponi,
Quod notatu dignum est, cum non desint mul-
ti, qui huiusmodi permutationem nō posse fieri
scribunt, sed Senatus AEQVITAS omnia cum
moderamine perpendit, limitat, & decidit,
Apices, & ius positiuum vbi expedierit soluen-
do, & amplius his, quæ de iure gentium sunt
62 manum apponendo ex causa, vt tradit Lancell.
Conradus de iure publico lib. 1. c. 7. de Præside,
& Sen. sub num. 11. vers. ordinate solet fol. mihi
521.

63 Ex quibus bonis fideicommissarijs an dedu-
ci possit quarta debita vxori indotatæ per di-
spositionem Auth. Præterea C. vnde vir, & vxor,
contendunt interpretes, & pro affirmata latè
scripsit post alios Plotus cons. 30. num. 43. & 44.
Vbi probat, quod cum quarta ipsa debeatur
miserationis gratia prohibita non censetur à
64 fideicommissis, nisi expressè hoc esset disposi-
tum, vt tradit Alex. cons. 122. num. 15. lib. 4. &
Dec. cons. 165. nu. 5.

65 Quamuis veriorem, & AEQVIOREM esse
contrariam sententiam probat Alba cons. 41.
præsertim nu. 4. vbi expressè tradit ipsam quar-
tam non posse detrahi ex bonis fideicommisso
suppositis, quam sententiam comprobat Car-
pan. ad stat. 247. num. 9. lib. 1. & Costa remed.
66 subsid. 2. sub nu. 5. vbi tradit saltem hoc proce-
dere in fideicommissis cōstitutis à minoribus,
vt facta ab Auuo, Abauo, & similibus iuxta
tradita per Clarum in §. Testamētum plena qu.
40., maximè vers. sed quæro, vbi scribit Feudū
67 nouum dici illud, quod de nouo fuit acquisitū
ab ipso Testatore vltimo loco defuncto, ha-
buitq; initium in persona illius, qui de eo fuit
inuestitus. Et ita respōdi ego superioribus annis
pro D. March. Paulo Antonio Pallauicino con-
tra Annam Bagnariam, & tandem censuit Ex-
68 cellentiss. Senatus die 27. Nouembris 1627.
refferente Amplissimo D. Senatore Io. Baptista
69 Vicecomite decernendo quartam petitam non
deberi, verum Marchionem vti patris hæredem
teneri ad præstationem annui legati ipsi Bagna-
riæ relicti per eius patrem.

SVMMARIA.

1 *Appellatione materiæ, non venit materiatum ad quod sua materia reuerti non potest.*
2 *Vendēs farinam, ex qua fuit fabricatus panis actionem non habet ad panem.*
3 *Contrarium verius in subsidium.*
4 *AEQVITAS vbi subest, idem est iudicandum in similibus.*
5 *Iniquum esset, si emptor mutando formam rei sibi venditæ, tollere posset ius creditoris.*
6 *Statutum Papiæ 66. in ciuilibus concedens prælationē in re propria declaratur.*
7 *Extensio legum fit etiam in correctorijs ex identitate rationis.*

R 2 Vendi-

Venditori rei habita fide de pretio obligata dicitur res ipsa, etiamsi transmutata sit illius forma in aliam rem vbi emptor non sit soluendo. Cap. LXXXXI.

1 Licet appellatione materiæ non veniat materiatum, ad quod suam materiam reuerti non potest iuxta l. quæsitum §. illud ff. de legat. 3. vt de lana, & farina dicitur, ex quibus aliquod fuit constructum, quæ vincuntur à suis specificatis, nec vlterius ad sua reddi valeant, Quod secus dicendum est in metallis, quæ semper sua specificata potêria superant, & ad priorem rudem massam facilè conuertuntur, vt exponit tex. ipse, Et sic qui vendidit farinam, ex qua fabricatus fuit panis, actionem minimè ha-
2 bere dicatur ad panem tanquam ad propriam rem, cum farinam non panem vendiderit ex prouisione l. si me, & Titium ff. si cert. peta. & l. Iulianus §. offerri ff. de action. empti.

Tamen de AEQVITATE, vbi nullo alio modo succursum sit indemnitati creditoris in subsidium facultas ei conceditur vendicandi eamdem farinam, & quamuis aliam eam panes quemcunq; reperiatur, etiamsi transmutata sit
3 illius forma, vt per l. interdum ff. qui pot. in pignore habeantur probat Anchar. cons. 184. in fine vers. & hoc est AEQVI, quo loci scribit quod iura similem AEQVITATEM admittunt,
4 & communes regulæ in alijs casibus, vt l. si cum seruum ff. si certi petor. Prout sententiam hanc ex professo sequitur Costa remed. subsid. 12. n. 12. cum duobus sequ. licet per errorem adducit Anchar. in cons. 284. nō autem in cons. 184. in quo vere hanc explanat materiam.

5 Sicut è cōtra iniquum esset si emptor mutando formam rei emptæ posset tollere ius creditoris l. qui res §. aream ff. de solut. Et ita elluderet legumlatores l. non dubium C. de legibus, vt expressè probat Laurent. decis. 96. nu. 4.

6 Qui Costa nu. 15. exponit stat. Papiæ 66. in ciuil. concedens venditori prælationem in re propria, & in pretio ipsius, habere locum etiam si forma rei fuisset mutata per glo. singul. in l. si pupilli §. si Titij vers. Sempronium ff. de negot. gestis, cum in correctorijs etiam fiat extensio
7 ex identitate rationis Surd. decis. 139. & in his nostris terminis latè probat Laurent. all. decis. 96. per totum.

Quam sanè conclusionem notatu dignam esse docet experientia, cum frequenter in foro occurant consimiles casus, dum quis vendit Triticum, farinam, lanam, asides, siuè Tabulas, sericum, linum, & similia ex quibus panis, nauis, vestimenta, & huiusmodi generis fuerunt fabricata, quæ omnia obligata esse venditori, etiam post mutatam rei formam concluditur in subsidium.

SVMMARIA.

1 Bona omnia delinquentis describuntur in hoc dominio Mediolanensi statim atq; quis de delicto per quod venit bonorum confiscatio est imputatus, eo tamen à possessione minime amoto.
2 Bonorum descriptio ob delictum, alibi non fit nisi sequuta sententia condemnatoria.
3 Possidere quis præsumitur rem, quæ penes ipsum reperitur.
4 Qui apparenter est in possessione, præsumitur etiam possidere existenter.
5 Possidens in dubio præsumitur pro suo possidere.
6 No. Const. in tit. de offitio quæst. extraord. cap. hoc quoq; adictum declarantur.
7 Clausula constituti, non transfert veram possessionem, sed fictam.
Contrarium vtrius nu. 13. & 16.
8 Possessio vera non acquiritur, nisi effectualiter capiatur.
9 Beneficium cap. reintegranda, non datur pro possessione acquisita per constitutum.
10 Verba Nou. Const. intelligenda sunt in proprio eorū, non in ficto significatu.
11 Verba Nou. Constitutionum loquentia de possessione referenda sunt ad veram, & effectualem possessionem, non ad fictam.
12 Possessio transfertur etiam ex inutili contractu quando, effectiuam quis acquisiuit possessionem.
14 Nou. Constitutionum verba ampliatiuè sunt intelligenda vt tertij plaudentium vertetur.
15 Verba Nou. Const. quæ propriè, & impropriè intelligi possunt impropria potius sunt interpretanda, vt minus à iure communi recedatur.
16 Nihil interest Titium possidere, vel Sempronium nomine Titij, vigore constituti.
17 Ordinatio Illustriss. Magistratus Extraordin. Redd. in ea materia circa clausulam constituti.
18 Fiscus ob delictum, ad instar vniuersalis successoris inuadit, & occupat omnia bona tenta, & possessa, et prout tenebantur, & possidebantur per delinquentē.

Delinquente possidente certa bona nomine alieno etiam vigore constituti non veniunt in confiscatione bona ipsa, si delinquentis bona confiscantur in hoc Dominio Mediolanensi. Cap. LXXXXII.


X præscripta obseruantia in hoc Dominio Mediolanensi describuntur omnia bona delinquentis, statim atque quis de delicto est delatus, ex quo venit

verit bonorum confiscatió, Itaut etiam aliena
bona in domo imputati reperta describi so-
1 leant non expectata sententia condemnatoria
amoto minime reo de possessione vt docet Bar.
2 & alij in l. fi. C. de bo. vacant. lib. 10. Quamuis
alibi huiusmodi descriptio fieri non soleat, nisi
post sententiam, vt abundè scribit Peregr. de
iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 196.
3 Ex eò enim solo quod delinquens reperitur
rem habere præsumitur quod illam posideat,
quia vt inquit Bal. in l. post sententiam num. 8.
vers. sed nec illud C. de sentent. Et interlocu-
4 tor, qui apparenter est in possessione presumi-
tur etiam existenter arg. nor. in l. Titia ff. de
solut. Peregr. dicto tit. 1. nu. 197. Et in dubio
posidens præsumitur pro suo posidere toto
5 tit. ff. pro suo Peregr. all. tit. 1. nu. 198.
AEQVITATEM tamen sequendo prouisum
fuit per No. Constit. in tit. de offitio Quæstorũ
Extraord. Redd. cap. hoc quoque ædictum
6 quod ædicta publicata ad hoc vt certo termino
quis cõtradicat, si ius aliquod in bonis descrip-
tis prætendit iuxta tex. in l. diffamari C. de in-
gen. & manumiss. Non noceant his quorũ bo-
na fueraut, seu erant, vbi illi, quorum bona con-
ficantur, non fuerint in possessione seu tenuta
dictorum bonorum, & etiam si essent in tenuta,
modo essent nomine alieno.
Hac stante prouisione suboritur quæstio an
satis sit docere delinquentem tempore delicti
possedisse per constitutum speciale appositum
in alterius fauorem; Quoniam clausula consti-
tuti non operatur translationem possessionis
7 realis, sed illius virtute dicitur acquisita ficta
possessio, tantum in animo consistens, non vera
vt tradit Neapod. in consuetud. Neapol. tit. de
contr. emptionis, verbo tradita, quod etiam
probat in consuetud. instrum. de contrah. empt.
verbo tradita, Tiraquel. tr. de constitut. poss.
in 11. limit. fol. mihi 92. Carpan. ad stat. 398.
num. 213.
8 Possessio enim vera non acquiritur nisi ca-
piatur effectualiter Afflict. decis. 299. num. 7. &
23. In tantum, vt sicuti pro possessione ficta per
constitutum acquisita, non datur benefitium
cap. Reintegranda pro restitutione prætensi
9 spoliati vt nor. Paul. in l. si sorori C. de iur.
delib. & Bal. in rubr. extra de causa possess. &
propriè col. 4. & in cap. 1. de controuers. inter
masculum, & fæminam, copiosè Afflict. decis.
299. num. 13. Itá multo minus vigore consimi-
lis constituti affirmari potest delinquentem
nomine alieno possedisse vt restitutioni statim
sit subiecta talis proprietas, maximè cum verba
constitutionum intelligi debeant in proprio
eorum non in ficto significatu l. 3. §. hæc verba
10 ff. de negotijs gestis. l. non aliter ff. de leg. 3.
Ias. in l. more nu. 33. ff. de acquir. hered., & in-
terusurij constit. probat D. Bimius cons. 23.
nu. 13.
11 Et sic verba ipsa refferri debeant siuè ad pos-
sessionem ciuilem, siuè ad naturalem, aut realē
actualem ac vel corporalem, & manualem, effe-
ctualemq; non ad fictam prouenientem ex cau-
sa constituti de quibus terminis abundè Plotus
in l. si quando n. 54. & 55. C. vndè vi Tiraquell.
all. tr. de constit. possess. limit. 7. nu. 43. Quo
loci inquit quod etiam ex inutili contractu
transfertur possessio quando ipsa possessio
12 verè, & actualiter traderetur iuxta tex. in l. 1. §.
si vir vxori ff. de acquir. possess.
13 De AEQVITATE tamen contrarium verius
esse videtur, vbi fraudis suspicio aliqua non cõ-
curreret; Tum quia prouisio ipsa N. Constit. eius
effectũ plenè sortiretur, ne per descriptiones
iura tertij penes delinquentem existentia cõn-
tradictionum molestia quodãmodo lederentur,
& impensa afficerentur, Tum quia benignius,
& ampliatiuè intelligi debent illius verba, vbi
14 agitur de tertij preiuditio, cui minus præiudi-
cari debere quē fieri posit in materia No. Cõst.
& statutorũ tradit. Boss. tit. de foro cõpet. n. 14.
quem sequit. D. Bimius in all. cons. 23. num. 15.
15 Quia verba quæ possunt propriè, & impropriè
intelligi, potius intelliguntur impropriè, vt mi-
nus à iure communi recedatur, Dec. cons. 268.
nu. 3. & D. Bimius cons. 113 num. 54. Tum quia
per clausulam constituti ex communiori, &
16 AEQVIORI Doct. sententia veram, & realem
possessionem transferri probat idem D. Bimius
cons. 21. nu. 3. vbi inquit, quid interest Titium
posidere, vel Sempronium nomine Titij, cum
Sempronij ministerio, dicatur Titium posside-
re l. quod meo ff. de acquir. possess. Tiraquell.
in all. tr. de constit. possess. par. 2. ampliat. 1. n.
7. circa finem, Quam materiam scilicet posses-
sionem ex constituto resultantem copiosè exa-
minat D. Merenda lib. 3. controuers. cap. 21.
per totum, & ante eum D. Marta de claus. par.
2. claus. 20. vbi plura distinguit, & declarat, re-
gulariterq; pro absoluto habet nu. 4. Constitu-
tum operari translationem possessionis ad
quoscunq; effectus per l. mulier, vbi glo. & Bar.
ff. de rei vendicat. Argel. tr. de legit. contradict.
qu. 2. art. 1. nu. 10., faciunt tradita per Costam
cons. 10. nu. 13. & de claus. conuent. claus. 70.
num. 2.
Prout de eiusdem Constituti vi, & potentia
scribit Gratian. discept. forens. cap. 113. nu. 71.
cap. 317. nu. 19. ac plenius cap. 321. num. 17. Et
17 ita declarauit Ill. Magistratus Extraord. Redd.
mense Septembris 1555. in causa Buzineti Tri-
uiliensis, qui docebat per publicum instrumētũ
emisse à delinquente certa bona, quæ in instru-
mento constituerat venditor se posidere no-
mine Emptoris per solitam clausulam consti-
tuti; etiam si emptor non docuisset se esse in
actuali possessione.
Fiscus enim ad instar hæredis, tanquam vni-
uersalis successor inuadit, & occupat omnia bo-
18 na tenta, & possessa, & prout tenebantur, & pos-
sidebantur per delinquentem l. fi. C. de ædict.

D. Adr. rol. in tantum vt res quas delinquens iure conductionis, depositi commodati, vel alio titulo tenebat pro iure, detentationis transeunt in Fiscum l. fin. C. de bon. Vacant. Peregr. dicto lib.5. de iure Fisci tit.1.nu.196. in fine; Idcirco sicuti vigore Constituti delinquēs possidebat nomine emptoris, Ita, & Fiscus, qui propterea tenetur ad eorum bonorum relaxationem, absq; alia contradictione, & iuris solemnitate vbi apertè constet rem alieno nomine esse possessam.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus, etiamsi facto Iudicis id euenit.*
2 *Sepeliendus quis est in Ecclesia Parochiali vbi alibi sepulturam sibi non elegit.*
3 *Parochus cadauere spoliatus, ante omnia est restituendus, maximè si Sacramenta defuncto administrauit, Contrarium verius nu.6.*
4 *Sepulturæ electio fieri potest etiam tacitè.*
5 *Sepulturam eligere videntur aduenæ, & viatores in ea Ecclesia, cuius Parochus sibi Sacramenta administrauit.*
6 *Corporis humati vexatio, euitanda est.*
7 *Religionis causa, in ambiguis stricta ratio spernitur.*
8 *Cadauera insepulta relinquere, maximum dedecus est.*
9 *Sepulturæ tradere cadauera laudabile est.*
9 *Dauid laudauit, eos qui Saulem à se interfectum humarunt.*
9 *Annibal pœnus laudatur, eo quia Paulum Emilium, mox M. Marcellum, & Tiberium Graccũ interemptos humari, & eis pias exequias fieri iussit.*
10 *Creditor non potest impedire sepulturam eius debitori.*
10 *Appellatio denegatur quotiescunq; res non patitur dilationem.*
11 *Reipublicæ interest, ne cadauera insepulta remaneant.*
12 *Sepulturam prohibens cadaueri graui pœna tenetur.*
13 *Sepellire mortuos quis cogi potest, vbi absq; incommodo, & facilè possit exequi.*
14 *Testis tempore ad quid quis teneatur versus infectos.*
15 *Ludouici XI. Gallorum Regis Pietas.*
16 *Sepultus semel, debet ibi perpetuo manere.*
17 *Beatorum ossa, bonoris causa transferuntur.*

Spoliatus cadauere non restituitur ante omnia, & sic in hoc limitatur regula, quod spoliatus antè omnia restitui debet. Cap. XCIII.



Ritum, & regulare est, spoliatum ante omnia esse restituendum, tam
1 si facto partis, quam ipsiusmet Iudicis de facto procedentis, & iura spernentis id euenerit, vt per totũ tit. de restit. spol., & ex Menoch. recuper. remed. 8. nu. 3. & 26. Magon. decis. Florent. 120. nu. 6. traditum est supra in cap. 45. num. 38. cum sequ. plur. & probat Crau. cons. 140. n. 2. Surd. cons. 168. num. 26., & Gratian. lib. 4. discept. for. cap. 734. nu. 6. cum sequ. plur. & cap. 739. num. 15. cum sequ.

Adeò quod cum in Ecclesia Parochiali sepeliri debeant cadauera morientium, qui sepulturã minimè elligerũt, præsertim forensium in Ciuitate defunctorum vt concludit Archid. in
2 cap. 2. num. 3. de sepultur. in 6. & tradit Boer. decis. 175. si de facto fuerit cadauere spoliatus Parochus, dum illud sit in alio loco humatum, ante omnia restitui debeat, maximè si per Pa-
3 rochum fuerunt morienti administrata Sacramenta Abb. in cap. 1. num. 4. de sepulturis summa Siluestr. verbo sepultura num. 8. cum sequ. Ric. in praxi fin. Eccles. decis. 659. num. 1. & 2. Quoniam ius sepulturæ pendet multum ab administratione Sacramentorum, & illius electio fieri possit etiam tacitè Pe. de Vabal. de quarta Parochi cap. 6. nu. 18. & 19. Viatores verò, &
4 Aduenæ morientes, videntur tacitè ellegisse sepulturam per istam Sacramentorum administrationem Butr. in cap. 1. nu. 9. & in cap. in nostra num. 3. de sepult. & probat Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 104. nu. 37. cum sequ. qui n. 75. scribit ex decreto Sac. Concil. Trid. sess. 25.
5 cap. 13. deberi quartam Parochialem Parochiæ in qua defunctus recipiebat Sacramenta etiam si sepulturam sibi ellegerit in alia Ecclesia,
6 De AEQVITATE tamen antè omnia non restituitur spoliatus cadauere ad euitandam corporis humati vexationẽ, vt probat Innocent. in can. cum liberum de sepulturis, & ita de AEQVITATE iudicare solere Rotam Romanã testatur Cassan. in Catologo glo. mondi pat. 2. consider. 5. vers. de gloria autem, Gramat. decis. 82. nu. 2. Et post multos alios per eum relatos probat Menoch. recuper. remed. 1. nu. 446. Quia
7 in ambiguis pro religione, stricta ratio spernitur, vt testatur Papin. in l. sunt personæ ff. de religios. & sumpt. funer.
8 Maximum etiam dedecus esse existimarunt antiqui, si in sepulta relinquerentur cadauera l. quod si nulla in fi. ff. de relig. & sumpt. funerum; Et è contra tanta fuit antiquorum in cadaueribus humandis religio vt etiam ipsimet inimici impium existimarint, si inimicorum sua manu interfectorum corpora insepulta pate-
9 rentur, exemplum tradit Menoch. sub nu. 445. de Dauid Rege, qui laudauit Tabes, & Galad, ex eo quod Saulis à se interfecti inimici cadauer humauerat. & de Annibale Pœno Romanorum perpetuo hoste commemorat, qui pias exequias celebrauit Paulo Aemilio, apud Cannas trucidato, ac M. Marcello, & Tiberio Gracco, apud Trebiam confossis, & alijs Romanis Ducibus.

Hinc elliciunt Scribentes non posse impediri pèr creditorem, ne debitoris mortui corpus sepelliatur

pelliatur, minusq; audiendum esse creditorem
10 ea de re appellantem, vt tradit Specul. tit. de appell. §. in quibus vers. octauo, Quia est res dilationem non recipiens Gramat. all. decis. 82. sub 2. Reipublicæ enim interest, ne corpora mortuorum insepulta dimittantur, maxime pro
11 conseruanda Ciuitate à Pestilentia, quam fœtores producunt, ex quo grauis imposita est
12 pœna impedientibus sepulturam cadaueribus l. cum sit iniustum, & in Auth. seq. C. de sepulcr. viol. Grama. rel. decis. 82. sub nu. 3. qui in fine tradit ita indicare solere in magna Curia.

Quippè quod vbi alius non sit, qui mortuum sepelire quærat, si quis absq; suo incommodo,
13 & facilè possit exequi iure, etiam naturali præcepto compellitur sepelire mortuum, quia tunc huiusmodi misericordiæ opus in præceptum cadit Azor. par. 2. institut. moral. lib. 2. cap. 3. vers. cæterum fol. mihi 716. quo loci ex Diuo Antonino 3. par. Historiar. tit. 22. §. 3. narrat peste sæuiente quosdam contra Christianam pietatem huiusmodi misericordiæ opus prætermisisse, & si humanæ prudentiæ est, & de ratione medicinæ, vitare peste infectos; Tamen contra
14 dilectionem, & Christianam pietatem subtrahere infectis necessaria, seu non ministrare animæ, & corpori necessaria, vt habeantur tanquã Ethnici, & Publicani, Quidquid in contrarium scribat Ang. in Auth. vt defuncto funer. in princip. à Grammat. & alijs reprobato.

Cuius religionis intuitu Ludouicum XI. Gallorum Regem noluisse permittere amoueri cadauer Agnetis Pulchræ, cócubinæ illius patris
15 in medio chori humatum, vt ad alium locum transferri posset scribit Cassan. all. consider. 5. vers. Quod pulchrè demonstrant, etiam si impedimento esset Sacerdotibus talè sepulcrũ, Et etiamsi viuente patre sibi multum aduersata fuisset ea mulier.

Quam conclusionem quod sepultus non debeat exhumari etiam in cadaueribus infidelium Iudeorum procedere habetur in cap. sicut de Iudeis, quia semel sepultos decet ibi perpetuò remanere, nec possunt eorũ ossa de loco trans-
16 ferri l. nemo C. de relig. & sumpt. fun. & tradit Cassan. rel. consider. 5. vers. de gloria autem verbo, & adeo; Quod tamé limitatur in Beatis, quorum ossa honoris causa transferuntur de li-
17 centia superiorum, vt tradit ibidem Cassan. verbo imò etiam, ac habetur ex traditis per Azor. instit. moral. lib. 4. c. 8. per totum par. 2.

S V M M A R I A.

1 *Pupillorum curam habere, interest reipublicæ.*
Mater efficitur indigna successione filij pupilli, si statim ei non petat tutorem nu. 2. etiam respectu legitimæ num. 5.
3 *Verbum confestim, significat aliquando, cum primum quis poterit.*
Verbum confestim, in materia petendi tutorem filio pupillo, extenditur vsq; ad tempus quatuor mensiũ nu. 4. & ad annum nu. 12.
6 *Mater tenetur petere tutorem filio pupillo, duplici ratione, scilicet pietatis, & succedendi causa.*
7 *Lactantij firmiani sententia, circa Dei prouidentiam versus bruta, & versus hominem.*
8 *Homo, hominem tueri, souere, & diligere debet.*
9 *Mater, non petendo tutorem filijs, & ad secunda vota transeundo, summam committit crudelitatem.*
10 *Crudelitas dicitur vitium excedens modum humanum.*
11 *Diui Ambrosij sententia circa hominis definitionem, quanditur ab humo, quæ nihil cuipiam eripit, sed qui dicitur omnia largitur omnibus.*
12 *Mater habet tempus anni ad petendum tutorem filio.*
13 *Proximioribus, siue magis coniunctis, fortius concedi debet beneficium concessum remotioribus.*
14 *Mater admittitur ad luctuosam filij hæreditatem.*
15 *Mater tenetur intra annum petere curatorem ventri prægnanti.*
16 *Mater tenetur ante annum petere tutorem filio, si ille tẽpore mortis patris habet annos tresdecim, & mẽsem vnum aliter priuatur successione si decedat.*
16 *Mater excusatur per nouem dies si ei obijt aliquis propinquus.*
17 *Contraria tradit Maranta.*
18 *Anni tempus quod matri competit ad petendum tutorem ei non prodesset, si se arctasset ad vltimos dies anni, intra quos tutella peti, & decerni non posset.*
19 *Contrarium probat D. Senator Bellonus.*
20 *Mater excusatur à pœna ob non petitum tutorem filio, si, & ipsa minor est.*
21 *Etiamsi maior exinde facta esset, quia sufficit quod minor esset tempore mortis viri.*
22 *Aetas matris attenditur habita ratione iuris communis non statutorum.*
23 *Contrarium probant Maranta, & Gabriel.*
24 *Statuti verba perpendenda sunt, quia si de actu particulari loquitur, procedit prima opinio, si de actibus generalibus, secunda opinio locum habet.*
25 *Filius vbi decederet postquam factus est adultus, mater, non priuatur illius hæreditate, etiamsi tutorem illi non petierit tempore debito.*
25 *Pestis tempore non labitur tempus matri.*
25 *Andreæ Aliferi Vicarij Pratorij, & Senatoris Iacobi filij mentio.*
26 *Mater quando excludatur à tutela filiorum.*
27 *Mater non reddit ad tutelam, vbi ea fuit semel priuata nisi in subsidium.*
28 *Mater ob neglectam filiorum tutelam, & impietatem huiusmodi, excluditur ab eorum successione.*
29 *Matris negligentia in petendo tutorem filijs, consideratur ex lapsu quadrimestris.*
30 *Negligentia matris ex lapsu anni tantum considerat.*
Mater etiam lapso anno, & nouem diebus potest petere tutellam filiorum num. 31. & 32.
33 *Contrarium probat Maranta.*
Tutellæ decretatio, non expectato responso matris vel durante termino ad respondendum, nulla dicitur nu. 34. & 35.
Mater non admittitur ad tutelam iam alteri decretam tanquam re non integra nu. 36. & 40.

Mater

Mater iterum citanda est, vbi rursus decerni debet tutella, aliter nulliter agitur nu. 37. & 43.

38 *Tutelæ decretatio alicui facta sub falsa causa nulla redditur.*

39 *Moram committere non dicitur is qui contendit, & litigat super negotio.*

Mater quæ se declarauit velle nubere, excluditur à tutela filij licet pœniteat, quia se per culpa eius præcessit nu. 41. Contrarium probat Sen. Bellonus, & Caroc. nu. 42.

43 *Mater iterum citanda est, an tutelam filij suscipere velit, quando denuo ipsa tutella decernenda est ob mortem primi tutoris, cui fuit decreta citra culpam matris.*

44 *Facto mutato, etiã in minima parte, mutatur totũ ius.*

45 *Matris voluntas negatiua in recusatione tutelæ, nõ præsumitur, nisi se declarat, vel labi tẽpus permittat.*

46 *Mater quæ tutelam filij non accepit, vt ipsi filio prodesset, non dicitur culpam commisisse.*

47 *Mater tenetur petere tutorem filio, non solum semel sed quotiescunq; sine tutore remanserit filius.*

48 *Legis dispositio dilatanda est de similibus ad similia.*

49 *Regula exclusus semel à tutela semper exclusus, intelligitur de eo qui propria culpa fuit exclusus.*

50 *Minor excluditur à tutela ob minorem ætatem.*

51 *Tutori datiuo locus est, quando excluditur testamentarius.*

52 *Minor factus maior admittur ad tutellam a qua primo fuerat exclusus ob minorem ætatem.*

52 *Cessante impedimento, cessat effectus impedimenti.*

53 *Regula semel exclusus semper exclusus in fideicommissis procedit, quando exclusio est perpetua, non autem eueniente casu.*

53 *Fœmina admissa ad fideicommissum ob deficientiam masculorum, superueniente masculo, fideicommissum abdicatur à fœmina, & masculo traditur.*

54 *Nouæ Constit. & statuta casum omissum relinquunt dispositioni iuris communis.*

55 *No. Const. in tit. de Tutelis declarantur.*

56 *Io. Baptista Arconati Senatoris Amplissimi mentio.*

57 *Decretum Senatus quo tutela decreta est matri quæ ad secunda vota conuolauit.*

58 *Octauiani Picenardi Senatoris Amplissimi honorifica mentio.*

59 *Pe. Francisci Corij Senatoris Amplis. mentio.*

60 *Decretum Senatus quo dispensata fuit mater quæ ad secunda vota transiuit etiamsi tutelæ rationes non reddidisset, modo eas redderet termino mensis.*

Mater habet tempus anni ad petendum tutorem filij nè incidat in pœnam priuationis hæreditatis licet de rigore breue tempus sibi concedatur.

Cap. LXXXXIV.



1 Pupillorum curam habere Reipub. interest, cum illis subuenire omnis suadeat ratio, vt explicat Imperator Seuerus, cuius verba reffert Modestinus in l. 3. ff. qui pet. tut. & cur. In tantum vt filij pupilli successione indigna reputatur mater, quæ tutorem ei statim non petijt, vt dispo-
2 nit Tex. in l. 2. & 3. ac etiam in l. vlt. eodem tit. Vbi apertis verbis cauetur matrem expelli, & priuari legitima hæreditate filij in pupillari ætate defuncti, cui tutorem constitui neglexerit, aut prioribus tutoribus excusatis reiectisuè confestim aliorũ nomina non dederit, Id quod etiam cauit Vlpian. in l. siue ingenua §. si mater ff. ad sen. conf. Tertull., vbi repetita leguntur ea verba Imperatoris Seueri registr. in all. l. 3. ff. qui pet. tut. vel cur.
3 Quamuis verbum illud confestim (quod interpretatur ibidem gl. intelligitur cum primũ poterit iuxta gl. in cap. quia propter, Verbo mox extra de electione, & in cap. cum olim causam, verbo cum statim de restitut. spol. Idẽ tradit Azo. in summa C. ad sen. conf. Tertull. num. 4. & C. qui pet. tut. nu. 3. D. Senator Bell.
4 lib. 1. de incont. cap. 109. nu. 6.) ad tempus quatuor mensium ampliare placuerit scrib. per tex. in Auth. Presbiteros, & l. 2. vbi Bar. & Ang. C. de Episcopis, & Clar. Idem Bar. in l. 2. §. confestim ff. ad Tertill. Costa remed. subsid. 10. nu. 13. & antè eum Afinania cons. 100. nu. 2.
5 Quæ priuatio matris extenditur etiam ad portionem legitimæ, vt voluit Bal. cons. 140. lib. 1. quem sequitur Maranta in repet. l. is potest nu. 188. ff. de acquir. hæred.
6 Duplici etenim ratione tenetur mater ad petendum tutorem filijs vz. primo materna pietate, secundo succedendi causa vt tradit Angel. & Vbal. cons. 118. num. 2. quem sequitur Vin. decis. 460. sub num. 8. Qui auctor ex Lactantio
7 Firmiano lib. 6. diuini institut. cap. 6. scribit, quod Deus, qui cæteris animantibus sapientiã non dedit, & munimentis ab incursionibus, & periculis tutiora generauit; Hominem verò quia nudum fragilem formauit, vt cum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cætera, hunc Pietatis affectum, vt homo hominẽ tuea-
8 tur diligat, foueat, contraq; omnia pericula, & accipiat, & præster auxilium, cum summum inter homines vinculum sit humanitas, quis quis disrumpet, nefarius, & parecida existimandus est.
9 Sicuti mater filijs tutorem non petendo, & ad secunda vota transeundo crudelitatem sum-
10 mam committit erga miseros filios, quæ crudelitas dicitur vitium humanum excedens modum iuxta D. Tho. 2. 2. qu. 157. art. 1. quam sequitur Vin. all. decis. 460. nu. 11., vbi Diui Ambrosij lib. 3. de offitijs cap. 3. scitum illud dictum
11 reffert; Considera homo vndè nomen tuum assumpseris ab humo, quæ nihil cuipiam arripit, sed omnia largitur omnibus, & diuersos in vsus omnium animantium vsus ministrat.
12 De AEQVITATE tamen mater habet annum ad petendum tutorem filijs vt per l. sciant C. de legit. hæred. & per §. sed quem admodum instit. ad.

ad fen. conf. Tertill. probat Gratian. decis. March. 177. nu. 1. quo loci scribit per dispositio nem dictæ l. sciant, correctum esse rigorem antiquum, quod statim debebat peti tutor per matrem, de quo in all. ll. ff. qui per tut. & curat. ac ff. ad sen. cons. Tertill. idem probat Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 72. nu. 19. Quod etiam admittit Surd. conf. 175. sub nu. 30. asserens ex mente Aret. in §. fi. nu. 1. instit. ad Sen. Tertill. opinionem esse magis Aequam, & antè eum idē probat Maranta in all. l. is potest nu. 189. in fin. ff. de acquir. hæred.

Ratio est, quia licet tex. in dicta l. sciant loquatur in alijs personis coniunctis, Tamen extenditur etiam ad matrem, & Auiam, ne sint deterioris conditionis, vt explicant ibi Bart., & cæteri, ac Bal. conf. 288. quidam decessit in fi. lib. 2. & conf. 297. col. fin. lib. 3. Qua fortius beneficium ipsum concedi debet matri, & Auiæ

13 tanquam magis coniunctis Gratian. in all. decis. 177. nu. 2. & cit. cap. 72. n. 19. & 20. Aequum

14 enim, & rationabile est eam admitti ad luctuosam filij hæreditatem l. fi. C. de instit., & substit. Ceph. conf. 433. nu. 12. lib. 3 & Gratian. all. cap. 72. nu. 22. ac Morot. resp. 81. in fine.

Cuius pietatis intuitu tenetur etiam mater petere curatorem ventri prægnanti intra annū

15 ex AEQVITATE, quamuis alias intra nouem menses id facere teneretur, vt post Bal. in l. præcibus sub nu. 22. C. de Impub., & alijs substitut. probat Gratian. recitat. cap. 72. nu. 1.. & num. 20. cum seqq. plur. vbi ad contraria respondet, & illa tollit. Idem antè eum tradit Maranta in repetitione l. is potest n. 184. ff. de acquir. hæred. vbi quamplures alias tradit ampliationes, & limitationes à nu. 179. vsque ad nu. 202., exactissimè materiam examinando.

Aliam etiam præter eas addo limitationem,

16 vt scilicet mater non habeat annum ad petendum tutorem, quando filius tempore mortis patris haberet tresdecim annos, & vnum mensem, quia si tunc penultima die decederet filius in pupillari ætate antequam mater petijsset tutorem ad illius hæreditatem non admitteretur mater, vt probat idem Bal. in conf. 431. iste casus in fin. lib. 2. quem sequitur Gratian. citat. cap. 72. nu. 4. in fine, Qui Auctor in cap. 243. n. 18.

16 lib. 2. Scribit excusari etiam matrem si decessarint ei propinqui, & consanguinei saltem per nouem dies in quibus non potest inquirrari; Itaut si illo anno plures eius propinqui obierint posset habere excusationem plurium mensium.

17 Quamuis contrarium concludere videantur Maranta in alle. repet. l. is potest num. 189. ff. de acquir. hæred., dum tradit matrem habere totū annum, nulla alia distinctione facta, & si sub eodem numero vers. Hoc autem concludit, quod si mater se nimium arctasset in fine anni ad pe-

18 tendum tutorem, & pupillus esset mortuus in fine anni, de quo anno super erant pauci dies; Intra quos verisimiliter non potuisset peti, & decerni tutela; tunc priuatur hæreditate, & successione filij mater, ac si post annum mortuus esset per Alex. in l. cum stippulatus nu. 11. ff. de verb. oblig. & copiosè Corn. pleno consilio 147. lib. 1. Cui sententiæ resistunt ea quæ ex Gabr. & alijs tradit D. Senator Bellonus alleg.

19 cap. 109. nu. 6. Vbi scribit excusari matrem, etiā si pauci dies anni restarent ad petēdum tutorē.

20 Prout ab eadem pæna priuationis hæreditatis filij excusatur etiam mater, quando, & ipsa minor est, quia tunc propter eius imbecillitatē ætatis à peritione tutoris excusatur l. fi. C. si aduersus delictum, glo. in §. quemadmodum verbo diem quod inst. ad Sen. Cons. Tertill. Eugen. cons. 33. n. 107. & probat Gratian. all. decis. 177. nu. 5. & cap. 72. nu. 8. Maranta in all. l. is potest nu. 191. Surd. conf. 175. nu. 36., Qui nu. sequenti scribit idem etiam procedere, si interim maior facta esset mater per ea quæ tradit Ias. in l. minoribus num. 7. C. de his quibus vt indignis, Maranta all. nu. 91., vbi ait sufficere quod ma-

21 ter fuerit minor tempore mortis mariti, etiā si per triduum efficiatur maior iuxta glo. in l. 2. C. in quibus casibus in integrum restitutio non est necess., & in l. minoribus C. de his quibus vt indignis.

22 Quam opinionem procedere etiam quando vigore statuti, vel Constitutionis quis maior reputaretur ex ætate annorum viginti vel circa probat Gratian. all. decis. 177. nu. 9. cum seqq. plur. licet contrarium tradit Maranta in cit.

23 repet. l. is potest sub nu. 191. ex Gabr. lib. 6. com. opin. tit. de tutelis conc. 1. nu. 53.

24 Pro quarum opinionum conciliatione considerand a sunt verba statuti, an sci. ea ad certos actus referantur, quo casu verior diceretur Gratiani sententia, vt subijcit ipse nu. 14. & 15. Si autem statutum esset generale, & omnia cōprehenderet, tunc procederet contraria opinio.

25 Si tamen filius decederet factus adultus, tunc nō pcederet phibitio successionis matris, quæ filio omnino succederet etiā si ei tutorem intra annum non petijsset l. matres C. ad Tertul. Maranta in sæpius cit. l. is potest num. 192.

Supradicta tamen non procederent tempore pestis, cum eo tempore non labatur istud tēpus, & probat Galin. de verb. signif. lib. 10. cap. 27. nu. 55 2. fol. mihi 295. à tergo nu. 92. Quoniā verò materia hæc tutelæ decernendæ matri, & similibus frequens est in foro, & multi occurrunt casus; In quibus tutela, vel denegatur, vel conceditur matri, subijcitur responsum à me pro

25 latum superiori anno coram Eximio I. C. D. Andrea Alifero Vicario Prætorio huius Medio

26 lanensis Ciuitatis, & D. Amplissimi Senatoris Iacobi Aliferi condigno filio. In quo multa dubia resoluta videntur.

Pro

Pro D. Beatrice Ferraria Vulpia.

Adsit Virtus Spiritus Sancti.

EXclusionem matris à filiorum tutela, his sequentibus tantum casibus statuisse leges habetur, viz. quando ad secunda vota transiuit
26 quia suspecta effecta est, quæ semper talis durat, etiamsi vidua postea remanserit, ob illecebrè animum, Viu. decis.462. nu.5.& 6.;vel transire se declarauit licet pæniteat, quia ex hoc mobilis dicitur vt multi voluerunt; Quamuis contrarium verius esse probat D. Senator Belli lib.2.de incont.cap.38.num.4. Item quando negligens fuit in suscipienda tutela, permittendo labi tempus à legibus statutum pro ea suscipienda, vel ei renunciauit, ob lite pietatis,& debiti obsequij officio, vt declarat Anan.consl.101.nu. 2. post Bar. in l. Tutor sub nu. 4. vers. aut mater ff. de tut. & curat. dat. ab his. Et his casi-
27 bus ad tutelam nō redire matrem nisi in subsidium,& defficientibus legit.tutor.post Specul. probant Socin.cons.85.nu.16.lib.3.Tiraquel.tr. cessant causa limit. 11. nu. 10. Honded.consl.23. num.17.cum sequ. Mising.sing. obser.83. cent.3. Costa de re integra dist.10.per totum vbi multos alios citat, & præsertim Surd.decis.106. His addo eundem Surd.cōs.159.per totum Morot. omnino videndum resp. 74. n.7.cum tribus seq. vbi latissimè hanc pertractat materiam Caroc. decis.120. num.7.cum sequen.& Viui.all.decis.
28 462.,& decis.460.per totum vbi num. 7. scribit quod ob huiusmodi crudelitatem, & impietatem, ac negligentiam erga miseros pupillos redditur mater omnino exclusa ab eorum successione.

Cum autem D. Beatrix nec in suspicionem transitus ad secunda vota inciderit, nec negligens fuerit in petenda tutela filiorum, minusq; ei spontè renunciauerit, non dicitur esse in casu exclusionis à tutela ipsa, Quæ negligentia con-
29 sideratur ex lapsu quadrimestri iuxta tradita per Costam remed.subsid.102.nu.13.,& Morot. all. resp.74.nu.9.per ea, quæ scribunt Doct. in Auth. matri.& Auiæ C. quando mul. tutelæ of-
30 fitium, Quamuis lapsum anni requiri ad constituendam matrem morosam, & negligentem, habeatur in l. sciant C. de legit. hæred. & tradit Add. ad Anan. in all. cons. 101. in princip. ac probat Gratian. decis. March. 177.nu.1.ac Viu. decis.462.nu. 1. cum sequ. Bereta cons. 118. sub nu. 7. Immò etiam lapso anno posse matrem tutelam petere probat idem Gratian. forens.di-
31 sceptat.28.n.21.lib.1., quod etiam probat Ant. Gabriel lib.6.concl.tit.de tutelis concl.1.nu.74. Vbi inquit matrem vltra annum habere etiam nouem dies ad petendum tutorem alijs, licet
32 contrarium tradit Maranta in repet. l. is potest
33 sub nu.189.vers. & quia ff.de acquir.hæred.

Et vt negligentiam aut moram, simulq; spontaneam renunciationem nō interuenisse in hoc casu comperiatur; Distinguenda sunt tempora; Vel enim agitur de decretatione tutelæ facta in D. Io. Paulum,& sciendum est, quod defuncto quon.Benedicto eius viro mēse Februarij 1626. monita fuit D. Beatrix die 27.Martij ad instantiam Io. Pauli,vt infra mensem deliberaret, an tutelam suscipere vellet, iuxta dispositionem No. Constit. quo termino pendente, recursum habuit D. Beatrix ad Sen. Excell. petendo terminum ipsum prorogari, vt eius fratres, & consanguineos in loco Serrauallis degentes consulere valeret circa acceptationem, vel repudiationem tutelæ, quam prorogationem per mensem eidem concessit Sen. Excell. die 26. Aprilis;Sequenti verò die 28. eiusdem mensis, nulla habita ratione dictæ prorogationis, & quod adhuc terminus mensis competebat Beatrici ad deliberandum, sub erroneo prætextu, quod tacitè recusaret tutelam D. Beatrix, eam sibi decerni subripuit Io. Paulus exclusa matre, &
34 sic nulliter, vt probat Bar. in all. l. tutor sub nu. 4. ff. de tut. & cur. datur ab his.

Quare habito maturo consilio cū fratribus, litem mouit D. Beatrix contra dictum Io. Paulum, vt circunscriberetur decretatio tutelæ in ipsum facta, tanquam de facto, & nulliter de-
35 creta Bal. in Auth. eisdem pænis nu. 1. C. de secund.nupt.Surd.consl.159.nu.10.& nu.26. quam lite pendente cum mulier hæc vexata valdè diceretur, & lis in longum pertraheretur, sibiq; per communes amicos persuaderetur, Io. Paulum tanquam in cælibatu viuentem, & filijs carentem probabiliter valdè posse meliorare cōditionem eius filiorum, si tutelæ onus eidem relinqueretur, Id quod sanè,& ipsa mater agnoscebat, quodammodo coacta ad conuentiones cum eo venit die 16. Iunij eiusdem anni, ex quibus tutelam iam decretam pænes Io. Paulum permanere acquieuit, modo filij pænes ipsam allerentur, vt ex ipsis conuentionibus liquet; Et sic nec expressè nec tacitè spontè consensit deputationi Io. Pauli; sed coacta, dum cum eo litem sustinere cogebatur acquieuit dictæ decretationi, & vt proprijs filijs, proficeret ob futuram spem successionis dicti Io. Pauli(vt re,& breue euenit vt notorium est), & sic quatenus iuxta recitatorum Doctorum opinionem, du-
36 rante tutela Io. Pauli ad eam admitti non potuisset D. Beatrix tanquam re non integra, ex fundamentis adductis per Honded. consl.23.n. 20.lib. 2. & Costam dist.10.nu.13. de re integra.

Eo autem defuncto, hæredibus institutis pro dimidia filijs D. Beatricis, factus est locus decretationi noui tutoris, qui inscia D. Beatrice, eaq; non citata creatus fuit Reuer. Io. Petrus Vulpius,& sic iura,& auctores vt supracitati nō obstabant, quin tutelam reassumere posset D. Beatrix,& quin necessario iterum citanda esset antè illius decretationem, Tum quia non fuit in mora petendi quo casu tutela de facto, & ei non

37 non monita, alio decreta, nihil releuat, vt probat Surd. all. cons. 159. nu. 16. Tum quia in aliquam insitionem nunquam incidit per transitum ad secunda vota, vel expressionem huiusmodi cogitationis: Tum quia minimè renunciauit vnquam dictæ tutelæ, quamuis coacta, & detesta ex longa lite, atq; vt filijs proficeret, acquieuit decretationi iam factæ in Io. Paulum, tum denique quia cum decretatio facta fuerit in dictum Reuer. Io. Petrum, cò sub erroneo prætextu quod ad tutelam non posset vlterius ad-

38 mitti D. Beatrix, datio ipsa nulla fuit, Bar. in dicta l. Tutor. nu. 2. ff. de tut. & cur. datur ab his.

Moram enim, & negligentiam non commisit primo loco, dum per menses litiganit ratione decretationis dictæ tutelæ cum Io. Paulo, &

39 in controuersijs cum eo stetit, vt in his terminis probat Ias. cons. 53. num. 20. Prout secundo loco pariter negligens non fuit, dum intra duos menses, nedum post annum comparuit, & petijt sibi decerni tutelam amoto Reu. D. Io. Petro, & circunscripta eius decretatione tanquam facta inutiliter, & incitara ipsa Beatrice.

Et quatenus concludunt recitati Doctores, quod mater exclusa à tutela, ob transitum ad secunda vota, vel vbi ad ea transire se declarauerit, vel tutelam neglexerit, non posse eam rea sumere effecta vidua, vel pænitentia ducta, nisi

40 re integra, vel in subsidium, quando alij adesse non possunt legitimi tutores, vt probant Costa, Honded. Mantica, & alij relati, ea ratione, quia

41 semper culpa aut negligentia matris præcessit, licet contrarium sustineat la matre, quæ pænitui nubere Catoc. d. decis. 129. nu. 8. in fin &

42 D. Senator Bell. all. cap. 38. nu. 4.

Non tamen eorum traditio locum habete potest in alio casu, videlicet quādo mater citra culpam, aut negligentiam propriam amisit tutelam, vt in nostra facti specie; Tunc enim quatenus durante primo tutore auditi non debuisset, in quibus terminis loquuntur recitati Doctores, præsertim Moror. all. cons. 74. nu. 6. Tamen per mortem primi tutoris, cuius decretationi coactè acquieuit mater, res effecta fuit in-

43 tegra, & rursus citanda erat mater pro noua decretatione tutelæ, vt in specie probat Borell. cons. 95. nu. 6. post Ant. Nicell. concord. 20. quo loci subijcit Borell. quod tutela absq; noua citatione decreta, nulliter decreta dicitur, mutata enim modicitate facti mutatur totum ius,

44 Port. Imol cons. 147. nu. 85. & matris voluntas negatiua non deprehenditur, nisi ipsa se decla-

45 ret, vel temporis lapsu excludatur, vt docet in his terminis; Surd. all. cons. 159. nu. 16.

Maximè verò, quia hoc in casu D. Beatrix tedio litis affecta, nō autem sponte acquieuit deputationi D. Io. Pauli, vt filijs proprijs prodesset, nec ab hæreditate ipsius Io. Pauli, ideirco indignati excluderentur, vt supradictum fuit,

46 cuius intuitu, non incidit in pœnas mater, quæ non petijt tutorem filijs intra tempus à legibus statutum, quia eorum satione cessatum est vt ex professo, probat Bal. & Salic. in l. matres in princip. C. ad Tertul. Anchar. cōs. 440. vers. hoc tamen præsupposito Marsil. sing. 302. optimè confert Tex. in l. 2. §. tractari ff. ad Sen. Cons. Tertul. vbi facto magno legato filio, si maiorem non habetet, excusatur mater non petendo tutorem filiorum, vt legatum consequi valeat.

Ex adhoc valdè confert ratio aliàs deducta, quod scilicet quemadmodum mater, quæ semel petijt dari tutorem filijs, nō excludatur ab illorum successione, iuxta l. 2. §. si mater ff. ad Tertull. Tenetur iterum petere prouisionem tu-

47 toris, si primus tutor decretus, vel fuit reiectus, vel interijt, vt probat Paulus Montanus de tutelis cap. 18. nu. 17. Ita si semel monita matre decreta fuit tutela alicui, eo primo tutore defuncto, iterum monenda venit mater, ruinvt pari mensura mansuretur commodum, & incōmodum; Tum etiam quia dilatanda est lex de similibus ad similia cum omnia nec valeant, nec

48 possint scripto comprehendi, Peguera decis. 51. sub nu. 2. vers. & similiter in fi. post Conan. tr. de AEQVITAT. in princip. sub num. 3. litt. A. & B.

49 Et sic regula semel exclusus in tutela semper dicitur exclusus, limitata dicitur, distinguendo casus dum sic. mater exclusa fuit, ob propriam culpam, aut negligentiam, Quia his remoris deffectibus exclusus semel à tutela, eam reassumit, vt dicitur in tutore minore, qui licet ob

50 minorem ætatem excludatur à munere tutelæ l. fin. C. de leg. tutoribus, & eo casu locus est

51 datiuo tutori, vt probat Surd. aleno, & alleg. cons. 159. & Costa remed. subsid. 102. num. 12. Tamen superuenta ætate perfecta, amoto datiuo tutore, decernitur tutela testamentario se-

52 mel excluso, & interim facto maiore, vt per l. non solum §. si liberus, & ibi glo. ff. de excus. tut. probat Oinor. instit. de fiduc. tutor. num. 6. & post eum Gabr. cons. 29. nu. 52. cum sequ. lib. 2. & Surd. dicto cons. 159. num. 10. cum sequ. cum cessante Impedimento cesset effectus, Vul. iur.

52 & in terminis tutelæ probat Io. de Amicis cōs. 144. nu. 4. & 10.

Idem dicitur de substitutione fœminarum extantibus masculis, quia superuenco masculo,

53 hæreditas peruenta ad fœminam ab ea abdicatur, cum semel exclusus semper exclusus, procedat quando exclusio est absoluta, & perpetua, non autem eueniente casu vt probat Menoch. cons. 202. nu. 51. & 52. Surd. cons. 125. nu. 42. & seq. plur. vbi ait num. 48. quod res alienata, & prohibita alienari ob natum vocatum, reuocatur res, sed non ex tunc, sed ex nunc, Natta cōs. 657. num. 8. priorem conclusionem comprobat Peregr. de fideicommiss. art. 27. nu. 21. Et in similibus terminis tradit Costa de re integra dist. 77. sub nu. 4. propè finem, & de pott. ratæ q. 30. nu. 9.

Cæterum No. Constitut. sicuti casum nostrū non

non exprimunt, nec de secunda decretarione
54 tutoris loquuntur, ita eum iuris communis dispositioni relinquere dicuntur, Bolf. tr. de foro comper. sub nu. 9. Sola ad const. Pedamont. tit. de modo, & forma Suppl. sub nu. 67. vers. sed vt quandam fieri potest; Quippè quod sicuti iubeur, vt statuatur matri terminus mensis ad
55 accipiendam tutelam, eaq; non accepta in dicto termino, censeatur decretata in proximum agnatum nulla alia facta mentione exclusionis matris, ita necessariò innuere videtur, vt huiusmodi terminus reiteretur, quotiescunq; noua fieri debet decretatio tutelæ ob mortem ciuilè, vel naturalem primi tutoris, vel ob eiusdem remotionem quod magis est ex iuribus supra adductis.

Quam sanè conclusionem eo fortius procedere arbitror, dum ex numero tot Doctorum materiam hanc triturantium, præsertim Vin. Mor. ot. Costa, Honded., & Surd., nullus de hoc nostro casu verba facit, sed tantum quando mater vel transiuet ad secunda vota, vel transire velle se declarauit, aut tutelæ renunciauit expressè, vel tacitè per negligentiam, & moram eam non acceptando in termino à legibus statuto, quibus casibus, re non integra ad tutelam iterum agere prohibetur mater; Sed neq; vllum verbum faciunt de noua decretatione tutelæ ob mortem primi tutoris, ad quam matrem citari omnino debuisse fatis, superq; probatum est, Et sic certò certius habetur quod si tertius hic casus fuisset consideratus à dictis Doctoribus, in hanc, & ipsi inclinassent sententiam, tanquam diuersum habentem rationem, & iuri ac AEQVITATI consonam, cum maximè fundamenta in alijs casibus considerata, vllo modo procedere nequeant in hoc tertio casu, vt abundè fuit doctum.

Et ex his sublata dicuntur ea quæ subtiliter, & doctissimè excitauit D. meus Vicarius Prætorius cui me, & causam summopere commendo. Mediolani die 25. Aprilis 1628.

Ad L. D. D. Atq; Deip. Virg. Mariæ.

Iulius Cæsar Caluinus.

Controuersia hæc ex solita dexteritate, & summa prudentia Amplissimi D. Senatoris Io. Baptistæ Arconati amicabiliter terminata fuit,
56 decernendo tutelam D. Beatrici, cum consensu eiusdem Reuer. Vulpij, qui eam renunciauit.

Ommittendum tamen non est, quod licet iure communi inspecto mater quæ ad secunda vota conuolauit priuetur tutela filiorum vt supra
57 adduximus num. 26. Nihilominus ex quadam AEQVITATE vbi de probitate matris constet ex subministrandis informationibus decernere solet Senatus Excellentiss. tutelam matri huiusmodi per dispensationes vt sanxit die 2. Octo-
58 bris 1619. & die 8. Ianuarij 1624. refferente Amplissimo, & Eruditissimo ac Sapientissimo D. Senatore Octauiano Picenardo, post hæc scripta Preside Illustriss. Magistratus Ordin. Redd. creato mox ob inexplicabiles tanti viri virtutes Regente Illustriss. in Supremo Italicarum Rerum Consilio à S. R. M. electo ac die
59 10. Iulij 1623. fauore Catherinæ Rancatæ refferente Amplissimo D. Senatore Corio, etiamsi rationes non reddidisset, modo eas redderet
60 termino mensis sub pæna nullitatis dispensationis.

SVMMARIA.

1 *Senectus veneranda est, semperq; fuit.*
2 *Senes quinquaginta priuilegijs gaudent.*
3 *Bartholamæus Colconus parere recusauit Gentili Leonissa Generali Duci Venetorum ob maiorem ætatem.*
Senes non possunt carceribus mancipari ob ciuile debitum ad instar mulierum, & pupillorum n. 4. & 13.
Contrarium probant alij nu. 14.
4 *Mulieres non possunt detineri in Carceribus pro ciuili debito.*
5 *Senes non ita exactè sunt custodiendi, vt iuuenes in carceribus.*
6 *Iudici nota esse debent carceratorum ætates, & vbi senes repertantur Principi denunciare qui eos fortassis dimitti iubebunt.*
Senectutis ratione etiam ob delictum à pæna liberantur senes nu. 7. & 13.
8 *Senes excusantur ab obseruantia præceptorum regulæ Diui Bened. &c.*
9 *Senes excusantur à peregrinationibus, & longis itineribus, quos cæteri necessario subire tenentur.*
9 *Episcopus ob grauem ætatem excusatur ne ad Sinodum personaliter accedat.*
10 *Senectus ipsa morbus est.*
Senex non solum ægrotare, sed etiam in morte esse videtur nu. 11. 17.
12 *Senectus nil aliud est quam vita occasus, vt inquit Seneca.*
13 *Senex non est Tortura subijciendus.*
15 *Senex ob debitum non est detinendus in carceribus sed arrestandus tantum in domo Prætoris.*
16 *Senio fauor debitus, tertio nocere non debet.*
16 *Responsio Baetia ad illud responsum.*
17 *Senex in morte esse dicitur.*
18 *Senex multis priuilegijs decorati apud Lacedæmones*
18 *Prouerbium quod in sola sparta expedit senescere.*
19 *Lisandri dictum fauore senum.*
20 *Senectus honorata tantam habet auctoritatem, vt pluris sit quam omnes adolescentiæ voluptates, vt inquit Cicero.*
21 *Statuto senili ætati fauorabili renunciari potest expressè, & tacitè cum iuramento.*
Contrarium verius nu. 24.
22 *Per iurus non est audiendus.*
23 *Renunciasse quis censetur priuilegio quod sibi competebat tempore contractus gesti contra ipsum priuilegium, secus si post contractum superuenisset priuilegium.*

24 *Statuto*

Sexagenarius gaudet beneffitio statuti, de sexagenaria ætate, etiamsi contraxerit postquam sexagenarius factus est.

Cap. VC.

1 Venerādam senectutem esse, semperq; fuisse venerabilem inquit Calistratus in l. semper ff. de iure immun. qui sequitur, quod maiores penè eūdem honorem Senibus, quam Magistratibus tribuebant, quos muneribus excusari debere
2 sicut Magistratus disponit ibidem tex., cum multis, & innumeris priuilegijs gaudeant senes
3 quorum quinquaginta cumulauit Cæpola tr. de Imperatore militum eligendo in cap. 1. à nu. 2. vsq; ad nu. 18. dum Bartholameum Coleonum subesse recusantem Gentili Leonissæ Generali Gubernatori totius exercitus creato in Veneto Dominio ob ætatem maiorem illi esse anteferendum concludit.

Inter quæ priuilegia nonnulli voluerunt illud connumerari, senes scilicet non posse carceri-
4 bus mancipari ob ciuile debitum, cum ij mulieribus, & pupillis æquiparentur. Ias. in l. ad personas Egreg. nu. 9. & 10. ff. de iure iur., quæ personæ pro debito detineri nequeunt, vt probauimus supr. in cap. 15. nu. 14. & scribit Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. lib. 10. conferunt tradita per Oddum de restitur. in integrū par. 1. qu. 3. art. 3. sub num. 11. vers. Quartum, & nu. 14. ac qu. 8. nu. 109. vers. Quoad senem.

Quam sententiam probare Primo videtur Caccialupus tr. de debitore susp. & fugit. qu. 5. nu. 6., dum inquit, non ita exactam custodiam
5 in carcerato sene fieri debere, quam in iuuene per l. si vt certo §. custodiam ff. commoda su-
6 bijcitq; Iudici notas esse debere carceratorum ætates, Quia si prospexerit senio confectum in carceribus existere Principi nuntiabit, qui fortè Pietate motus eum dimitti faciet, vt inquit Modestinus in l. in metallum ff. de pænis, ac Imper. Honorius, & Theodosius in l. Iudices C. de Episcopali audientia.

Tandem sententiam magis explicitè comprobat Baeria tr. de inope debit. cred. addic. rr. 2. cap. 7. vbi nu. 3. scribit, quod Acquissima, ratione senex in carcerē duci non potest, quia
7 sicuti ex causa delicti senex obligatus seruire, & operas præstare, senectutis ratione liberatur ex præcisa dispos. tex. in all. l. in metallum ff. de pænis, multo magis in carcerem conijci, & retineri non debet ob debitum contractum.

Senectutis enim intuitu iussit D. Benedictus in regula monachorum cap. 37. vt ij excusentur
8 ab obseruantia preceptorum regulæ his verbis; Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senum, & infantium, vnde distinctione re-

S gulæ

gulæ non teneantur, Quemadmodum à longis peregrinationibus, & itineribus, quos cæteri necessario subire tenentur immunes sunt, senea cap. magne de voto, vbi votum transmarinum
9 alias irremissibile, remittitur per Summum Pontificem propter grauem ætatem, facit tex. in cap. quamuis de sent. excommun., & cap. placuit 18. distinct., vbi Episcopus excusatur ob ætatem, ne ad Sinodum personaliter accedat, Baet. recit. cap. 7. nu. 7. & 8., qui sequentibus numeris multis alijs fundamentis, & rationibus
10 ipsam comprobat conclusionem vsq; ad finem; Cum senectus ipsa morbus sit, vt ante Terent.
11 tradidit Aristot. lib. 5. de generat. animal., Quippè quod senex non solum ægrotare, sed etiam in morte esse videtur l. is qui ff. de fideicom. libert., Scrib. in l. senium C. qui testam. fac. poss. Quia iuxta Senecam senectus nil aliud
12 est, quam vitæ occasus, quem refert Viuu. decis. 243. nu. 20., & Giurba ad stat. mess. cap. 2. glo. 14. nu. 2. par. 1.
13 Senectuti etenim veniam dari etiam ratione criminis habetur in l. si quis in graui §. ignoscitur ff. ad Sillan. glo. in l. fere in omnibus ff. de reg. iuris Caldas. de restitut. in integrū verbo vel aduerso dolo num. 54. fol. 236. amplè Farin. qu. 102. art. 22. vsq; ad nu. 40., Cuius ætatis respectu torturæ non esse subijciendum senem post Gandin., & alios tradit Clar. in qu. 60. vers. successiuè quarto, & qu. 64. vers. non etiam debet, & sequitur Farin. qu. 41. nu. 24. litt. A.

Quam sententiam antè eos pariter admittit Anchar. consil. 336. vers. his præmissis. quem sequitur Carp. ad stat. 243. nu. 45. lib. 1. & nouissimè defendit Gratian. discepat. for. lib. 2. cap. 328. per totum, maxime verò nu. 14. vbi scribit hanc
13 opinionem esse Aequiorem, & passim obseruari in visitationibus carceratorum, in quibus dimittuntur septuagenarij detenti ex causa debiti, prout idem probat in cap. 502. nu.

Ipsi tamen conclusioni contradicunt plures, & primo Natta cons. 319. nu. 2. & 3. Olasc. decis.
14 123. sub num. 3. vers His tamen. & ita iudicasse Senatum Taurinum concludit nu. 4. Auctor ipse qui ad contraria respondet, addito eò temperamento per Senatum, vt ætatis aliqua ratio habe-
15 retur, non esse senem arctius detinendum, sed solum arestandum in domo Prætoris, quod tēperamentum conuenire videtur doctrinæ Caccialupi, de qua supra fuit actum.

Sicuti contrariam sententiam sequitur Menoch. pleno cons. 916. vbi ad omnia supra pro prima opinione deducta respōdet, & ea tollere conatur, ea præcipuè ratione, quod fauor debi-
16 tus senio, non debet lædere ius creditoris: Cui rationi respondet. Baet. all. cap. 7. num. 16. vers. Deindè, quod non lædit creditoris ius, cum senecta tanta sit, vt operæ senis, ei vsui esse non possint, qui senectuti condonare debet seruitium, vt condonat ęgritudini velit, nolit, & vt condonat morti, in qua senex semper esse dici-
17 tur, Polid. Ripa tr. de act. in mortis art. cap. 6. nu. 25. Viu. decis. 243. num. 3. & Giurba ad stat. Messanæ cap. 2. glo. 14. sub nu. 2.

Hinc fauores multi, & priuilegia numerosa
18 concessa fuerunt Senibus p Lacedemonios, apud quos ex Licurgi legibus maior rerum omnium honor maiori ætati habebatur, ex quo notabile illud adagium ortum habuit, quod in sola sparta expedit senescere, vt affirmare consueuerat Lisander, qui Lacedemoni esse honestissimum
19 senectutis domicilium dicere solebat, vt in eius vita, & in vita Licurgi scribit Plutar., & refert Cepola d. tr. de Imper. militiæ dilig. cap. 1. n. 2., & de qua ætate inquit Cicero de senectute,
20 quod habet senectus honorata præsertim tantā auctoritatem, vt ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ voluptates.

Cæterum an huiusmodi priuilegio de iure municipali concesso senibus sexagenarijs, seu septuagenarijs, vt in statuto Mediol. 247. lib. 1. cauetur, quis renunciare valeat, variæ etiam in hoc sunt Scribentium traditiones, cum & expressè, & tacitè huic priuilegio posse quemquā renunciare tradant multi, Expressè quando id expressè passi sunt, Tacitè, quando tēpore contractus quis erat senex, siue sexagenarius, aut
21 septuagenarius, maximè cum iuramēto, vt probat Anchar. iun. lib. 2. qu. 8. per totum, maxime nu. 9, Tanquam enim periurus non esset audiē-
22 dus idem probat Carp. ad all. stat. 243. n. 8. lib. 1. Quia tunc cum non superueniat istud ius, siuè
23 priuilegium, & exceptio post contractum, & renunciationem, sed inerat tempore obligationis, eidem renunciare censetur, vt scribit Grat. all. cap. 328. num. 20. cum sequ., & antè eum idem probauit Baet. d. tr. de inope debit. tr. 2. cap. 16. n. 35. Gomez tr. de possessione in se ipsum lib. 2. cap. 23. nu. 7. cum duobus sequ.

De AEQVITATE tamen contrarium verius esse creditur, namq; cum statutum ipsum sit negatiuum ei renunciari non posse scriptum reli-
24 quit Ias. in l. nemo potest nu. 28. & in illius repetitione nu. 42. ff. de leg. 1. ac in rubr. de actionibus nu. 23. ex Baldo in l. fi. in decima quarta oppositione C. de edicto Diu. Adr. toll., & in cap. transmissam de electione.

Secundum vero Bar. in l. ius publicum nu. 4. ff. de pactis, pro resolutione dubij distinguen-
25 dum est, Aut statuti causa respicit priuatam vtilitatem pasciscentium tantum, vel eam non respicit, sed subest alia causa, quia primo casu renunciari posse, secundo verò non, subijcit Bar. loco relato, sicuti idem etiam procederet, vbi si
26 secus fieret esset contra bonos mores l. alia §. eleganter ff. sol. matrimonio.

Rursus aut statutum est ex causa publicæ vtilitatis, licet respicere videatur principaliter
27 vtilitatem priuatam, & tunc per pactum tolli non posse tale statutum affirmat ibidem Bar. nu. 7., & habetur in l. de die ff. de pactis dotal., & in l. 2. & l. quemad. C. de agr. & cens. lib. 11.

Quæ

Quæ qualitas elicitur, vbicunq; in statuto apposita est causa, quæ respicere videtur publicam
vtilitatem, quia tunc etiam cum iuramento ei
non potest renunciari l. iuris gentium §. & generaliter ff. de pactis.

Statutum verò de quo agitur, sub quo continentur non solum senes, sed etiam mulieres, &
minores certum est principaliter ratione publicæ vtilitatis, & honestatis factum fuisse, licet se-
28 cundatiō priuatum commodum respicere videatur. Tum quia tres ex quatuor partibus viuentium continet genus ipsum ætatis, & sexus,
Quo casu loquendo de maiori parte viuentium
publicam potius, quam priuatam vtilitatem respicere dicendum est, Tum quia honestati publicæ resistere videretur, si mulieres, & minores
ac senes pro debitis in publicis carceribus asseruarentur, vt de se patet, Tum etiam quia cũ
ll. à Bar. allegare publicam vtilitatem respicere
concludat, etiamsi l. de die ff. de pactis dotalibus disponat pactũ per quod efficitur deterior
dotis conditio non valere, quæ mulieribus tantum dotatis fauet, & l. 2. & l. quemadmodum
C. de agr. & cens. lib. 11. prouideant tantum non
posse vendi predium, & retinere agricolas, vel
cum minima parte fundi eos vendi; Nulli dubiũ
est magis publicam vtilitatem in cõsideratione
habitam fuisse dum æditum fuit prædictum statutum, quam dum illæ Imperiales dispositiones
promulgatæ fuerunt, quæ tantummodo agricolarum, & colonorum, ac eorum dominorum, ac
mulierum nuptarum commodum respicere dicuntur, & sic huiusmodi statuto non posse renunciari concludit Asin. tr. de execut. §. 2. cap. 8. n. 2.
29 Præterea carcerare senem sexagenarium pro
debito videtur contra naturalem AEQVITATEM, cum sit veneranda senectus, vt supradictum fuit in principio, & cauetur per l. fi. C. de
tiron. lib. 12. & l. semper ff. de iure immun., sed
renunciatio eorum quæ naturalem lædunt
30 AEQVITATEM est nulla, & inualida §. beneficiũ Instit. de action. Affl. decis. 121. sub n. 5. ergo
renunciare huiusmodi statuto validè nõ potest.
Addito insuper, quod vbi fauor est introductus propter fragilitatem, & imbecillitatem
personæ ei non potest renunciari, quia qua facilitate quis actum faceret, eadem facilitate fauori suo quis renunciaret vul. l. dolo, vers. di-
31 uersum ff. de nouation. Bar. & alij in l. si quis in
conscribendo C. de pactis, Natta cons. 463. n. 3.
cuius fragilitatis, & imbecillitatis minorum,
mulierum, & sexagenariorum intuitu fauor præcisius fuit introductus, vt de se patet; Minorum
enim, & mulierum fragilitas, & imbecillitas cõsideratur per tex. in §. quapropter in Auth., vt
immobilia, de quo Bal. in l. 2. n. 12. C. de rescind.
venditione. De senum autem imbecillitate
abunde agit Cicero de oratione pro sext., & in
orat. per Quinto Mutio quem reffert Menoch. de
32 arbitr. casu 60. nu. 8.
33 Maximè concurrente ratione publicæ honestatis, cui renuntiari non posse diximus supra, &
scribit Thesaur. decis. 153. nu. 8., siquti hac eadē
ratione publ. honestatis mulieres pariter non
posse carcerari pro ciuili debito, tradit Couarr.
lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 3., & probauimus supra
in cap. 15. nu. 22. cum sequent.
34 Hoc enim pacto prouisum remanebit, ne humana caro sexagenariorum in carceribus marcescat, iuxta tradita per Ioseph. Ludouic. decis.
Perus. 64. nu. 6. cum duobus sequ. par. 2., & ita
respōdi anno 1617. pro Dominijno debitore sexagenario, qui post eam ætatem contraxerat, &
35 statuto prædicto renunciauerat, ac obtinui à
Sen. Excellentiss. refferente Ampliss. D. Senatore Hieronymo Callento.
Prout ita mox repetui, idem etiam censuisse
eumdem Sen. Excellentiss. die 5. Iunij 1589. fauore Martini de Martinis, qui contraxerat postquam sexagenarius factus erat cum renuncijs, &
36 iuramento in instrumento appositis, quem
gaudere nihilominus debere beneficio dicti
statuti de sexagenaria ætate declarauit Senatus; quod decretum registratum est in secunda
addit. ad No. Constit. fol. mihi 12. à qua sententia dissentire non videtur Gratian. all. cap.
328. nu. 23. Asin. de execut. §. 2. cap. 7. per totum
maximè nu. 13.
37 Quod Senatus consultum ex rationis identitate procederet etiam in eo qui, postquam detentus fuit annum sexagesimum ageret, quia
tunc vigore statuti dimittendus esset, è carceribus eadem ratione, qua detineri non posset, vt
dicitur de eo, qui ratione minoris ætatis non
admittitur ad tutellæ mun' suspiciēdũ, sed alius
deputatur, superuēta verò ætate perfecta, tutela
ei cõferri debet, amoto datiuo tutore, Gabriel
38 cons. 29. n. 52. lib. 2. & Surd. cons. 159. nu. 10. cum
seq., maxime quia vbi subest AEQVITAS, licitũ
est inducere ampliationem, aut fallentiā legi, vt
procedat, vel vt legis dispositio in eò casu, iuxta
glo. in Auth., vt sinè prohibitione vers. Existimamus, & probauimus supra in cap. 15. nu. 19.
Senex verò quis dicatur, & qua ætate Iudicis
arbitrio relinquatur, vt probat Menoch. de ar-
39 bitr. all. casu 59 per totum; quod tamen intelligitur, quandò expressè non fuit à iure statutũ
40 de certa ætate, Quia vbi ius deffiniret ætatem
cessaret arbitrium, vt in septuagenario qui excu-
41 satur à tutela, & cura l. 3. ff de iure immun. &
§. item maior Inst. de excusat. tut., Et à munere
personali excusatur habens annum quintum, &
quinquagesimum l. vlt. C. qui ætat. se excus. lib.
10. Gratian. all. cap. 328. num. 2. cum plur. sequ.
Giurba ad stat. mess. cap. 2. glo. 14. nu. 11.
Aliquando enim senes dicuntur annorum
quinquaginta, quandoq; annorum sexaginta,
42 quandoq; septuaginta, aut octuaginta, & quandoq; annorum quadraginta sex. Igneus in l. 3.
§. ignoscitur num. 13. ff. ad S. C. Sillan. Odd. de
43 restitut. in integrum qu. 2. num. 20. qui tradit
senectutem dici ab anno 50. vsq; ad annum 70.

Idem tradit Honded.conf.30.nu.25. lib.2., licet Bart. de testam.num.53. inquit senem esse eum, qui annum septuagesimum compleuit, materiã hanc latissime examinat Giurba in d.cap.2. glo. 14. à nu. 10. vsq; ad finem num. verò 12. scribit,
44 quod vbi quis est septuagenarius non potest Iudex arbitrari eum non esse senem, & sic Iudex suum arbitrium profert à septuaginta annis infra non supra, quia tunc indistinctè est quis senex Farin.qu. crimin.76. num. 84. Cath. Tuscus litt.S.concl.103.nu.4.

Et quamuis senes dicantur morti proximi,
45 quia vt inquit Apostol. ad Hebr. cap. 8. omne quod antiquatur, & senescit propè interitũ est;
46 Cum secundum Senecam senectus nil aliud sit, quam vitæ occasus, vt explicat Viu. all. decis. 243. nu. 20. qui auctor nu. 18. ex Macrob. lib. 1. Saturnalium scribit, quod quemadmodum Hæ-
47 dera serpens vires arboreas necat, Ita vetustas etiam amplexu annorum pari modo necare cẽsetur, maxime cũ morbo æquiparetur senectus, vt supra dictum fuit, & tradit Neuizañ. in silua
48 nuptiali lib. 2. sub n. 4., & sequ., Tamen omnes senes quinquenalis vitæ spem ex iuris præsumptione sibi pollicentur. Alex. & cæteri in l.hereditarum ff. ad l. falcid. Suarez in l. quoniam in prioribus ampl.3.num.12.C.de inoff. testam. vel saltem sperant anno viuere, vt innuit glo. in d.l. hæreditarum, & tradit Rom. conf.363. Menoch.
49 lib. 4. præsumpt.85. nu. 85. Polid. Ripa de actis in mortis art. cap. 33. nu. 11. & 12., & post eos Giurba in cit.cap.2.glo.14.nu.3.par.1.

S V M M A R I A.

1 *Delinquentium bona, vt plurimum confiscantur in quibuscunq; Dominijs vigore statuti, aut constitutionũ siue consuetudinis.*

2 *Iure communi inspecto bona delinquentium non confiscantur, nisi deficientibus descendentibus, vel ascendentibus.*

3 *Dispositio generaliter loquens, generaliter etiam intelligenda est.*

Filius viuo patre consequi non potest legitimam cum ei non debeatur, nisi patre mortuo nu. 4. & 6.

5 *Fiscus prætendere non potest legitimam filij f. mil. condemnati viuo patre.*

6 *Legitima non reseruatur filijs, confiscatis bonis patris.*

9 *Contrarium verius.*

7 *Pater sicuti alienando per viam contractus priuate potest filios legitima, ita etiam delinquendo,*

8 *Delinquendo quis quasi contrahere dicitur cum Fisco, cum ad pœnam indictam se obliget.*

9 *Legitima debetur descendentibus de ÆQVITATE.*

10 *Imperator priuatorum commodum potius, quam Fisci vtilitatem respexit in Auth. vt nulli, & in Auth. bona damnatorum, dum confiscationem remissit extantibus descendentibus, aut ascendentibus, siue collateralibus in tertio gradu.*

11 *Statuta imponentia confiscationem bonorum ob delictum tanquam iuris communis correctoria, strictissime sunt interpretanda.*

12 *Decretum Senatus Pedamontani legitimam reseruarẽ filijs in confiscatione bonorum patris.*

12 *Nou. Constit. in tit. de iure, & priuilegio Fisci cap. omnium, quibus legitima reseruatur descendentibus & ascendentibus.*

13 *Culpa aliena, alijs nocere non debet.*

14 *Persona quæ deliquit, non res puniri debet.*

Imperium, hominum adiectione potius, quam pecuniarum copia ampliatur nu.15. & 16.

17 *Matrimoniorum, & liberorum fauore multa priuilegia concessa fuerunt à primis Imperatoribus.*

18 *Liberorum numerus proficuus est Reipublicæ.*

19 *Tiberius Cæsar laudauit in Senatu Drutum filium, eo quia vxorem, & tres liberos haberet.*

19 *Coniugium est Reipublicæ Seminarium, & Vrbis principium.*

19 *Ordines Ill. Magistratus Extraord. Redd. circa legitimam filiorum.*

20 *Legitima filijs non reseruatur confiscatis bonis patris, quando agitur de crimine læsæ Maiestatis.*

21 *Filiabus tamen eo casu reseruatur aliqua portio.*

22 *Filiæ dotandæ sunt à Fisco cui feudum reuersum est.*

23 *Crimen læsæ Maiestatis, amittitur tantum per subditũ versus Dominum.*

24 *Legitima non reseruatur filijs, quando agitur de crimine hæresis; Vel etiam filij interuenerant crimini læsæ Maiestatis.*

25 *Legitima non reseruatur filio, quando ei bona auferuntur tanquam ab indigno.*

26 *Legitima non reseruatur filijs quando dimidia tantum bonorum confiscatur patri.*

27 *Legitima filiorum absorbet omne patrimonium si sunt plures filij in casu confiscationis secundum aliquos.*

28 *Legitima filiorum absorbet totũ patrimoniũ si est modicũ, aut exiguũ ne egestate pereant secũdũ aliquos.*

29 *Legitima in hoc Dominio Mediolani statuitur filijs ex bonis paternis confiscatis iuxta dispositionem Auth. nouissima.*

30 *Absurdum esset, vt filij pinguiorem legitimam consequerentur per delictum patris, quam ex illius prouisione.*

31 *Legitima in decernenda ob patris delictum attendi debet obseruantia Curiarum.*

Legitima detrahitur in bonis confiscatis tàm fauore filiorum, quàm fauore patris, & aliorum ascendentiũ num. 32. si tamen filius non habet liberos alias secus num. 34. 35.

Legitima filiorum non deducitur ex bonis maternis ob delictum matris confiscatis nu. 33, quamuis è contra matri debeatur legitima in bonis filij confiscatis nu. 34.

36 *Quarta vxori debita ex Auth. Præterea, detrahitur ex bonis mariti confiscatis.*

37 *Legitima ex bonis confiscatis debetur tantum filijs natis, siue conceptis, ante commissum crimen per patrẽ.*

38 *Tempus condemnationis inspicitur in reseruatione legitimæ filiorum delinquentis.*

39 *Filius natus, siue conceptus post condemnationem, dicitur natus ex alio homine.*

40 *Legitima debetur filio etiam nato post lapsum terminũ in*

in edidis ad contradicendum præfixum, dummodo cõceptus sit ante delictum.
41 *Tempus non currit non valenti agere, vti nundum.*
42 *Legitima debetur filijs statim secuta condemnatione non expectata patris naturali morte.*
43 *Pater habetur pro mortuo secuta condemnatione capitali in contumatiam.*
44 *Legitima in casu confiscationis debetur filijs etiam adoptiuis, naturalibus, legitimatis, & nepotibus.*
45 *Limitatur conclusio, quando adoptio esset fraudolenta.*
46 *Filij adoptiui, ac naturales, & nepotes non computantur in numero aliorum filiorum ad obtinendam immunitatem duodecim liberorum.*
47 *Filia desponsata, adhuc in domo patris existens, ei prodest, vt excusetur à muneribus ob certum numerum filiorum.*
48 *Computantur in legitimam ea qua filius conscripti in laudo, ac in condemnationibus per patrem solutis.*
49 *Legitimam nõ absorbent, nec in eam computantur habita à patre ex causa donationis.*
50 *Ordinatio Ill. Magistratus Extraord. Redd. quod donata per patrem simpliciter, non computentur in legitima.*
50 *In legitimam qua imputantur necne.*
50 *Statutum 305. lib 1. de non melioranda conditione descendentium declaratur.*
51 *In legitima non computatur feudum, neq; emphiteusis quæ filio spectant vigore inuestituræ.*
52 *Feuda, & emphiteusis quæ proueniunt à patre pro se, & hæredibus computantur in legitimam.*
53 *Legitima confiscari non potest etiam post patris mortẽ si illius alienatio fuit prohibita vsq; ad certum tempus.*
54 *Bona alienari prohibita non transeunt in Fiscum etiam vita durante ipsius delinquentis confiscati.*
55 *Confiscatis bonis delinquentis, fieri debet contradictio etiam respectu legitimæ ei prohibitæ ab eo qui vocatur ad fideicommissum.*
56 *Alienata per confiscatum computantur in eius legitima.*
57 *Alimentorum legatum non venit in confiscatione.*

Legitima debetur filijs, & alijs descendentibus primi gradus per Fiscum, ex bonis paternis confiscatis ob delictum. Cap. LXXXXVI.



Onfiscatis bonis patri ob delictum, controuertunt scribentes, an
1 legitima filijs, & alijs descendentibus sit reseruanda, cum passim vigore Decretorum, siue Constitutionum, aut consuetudinum in quibuscunque Dominijs publicentur bona delinquentium, vt per No. Constit. huius Mediol. Dominij tit. de pœnis cap. homicida, & tit. de iure, & priuileg.
2 Fisci cap. omnium, non obstante dispositione Auth. bona damnatorum C. de bonis proscript. per quam bona delinquentium descendẽtibus, siue ascendentibus reseruabantur, & quæ non nisi ijs deficientibus ad Fiscum pertinebant.

Et sanè cum Decreta, seu Cõstitutionis huiusmodi generaliter loquantur, viz. quod bona ho-
3 micidæ publicentur nulla facta reseruatione legitimæ, generaliter etiam intelligi debent etiã respectu legitimæ), in fraudem §. fi. ff. de milit. testam. Præsertim cum filius viuo patre legitimam non habeat in bonis suis, nec consequi in-
4 uito patre possit l. 1. §. sed impuberi ff. de collatione bonorum. Sicuti etiam condemnato filio familias cum bonorum publicatione, non debe-
5 tur legitima à patre, in tantum vt Fiscus illam petere non possit, vt probat Castrens. cons. 32. col. 2. & Alex. cons. 75. nu. 13. lib. 1. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 271. nu. 8. quia viuo patre
6 nullum ius prorsus habet filius in legitima, & consequenter neq; Fiscus l. 1. § si impuberi ff. de collat. bon. l. cum quærirur C. de inoff. testam. Ruin. cons. 149. nu. 13. lib. 3. Giurba ad itac. Messanæ cap. 7. glo. 18. num. 1. Gratian lib. 2. discept. forens. cap. 247. num. 59. Et ita in specie tenet Cassan. in consuetud. Burg. tit. de confiscat. §. 1. num. 16. fol. mihi 349. vbi absolutè tradit, quod sicuti Decretum nullam reseruationem fecit de legitima filiorum, sicut fecit de dote, & alijs iuribus mulierum, ita ea excipi à confiscatione nõ potest, quam sententiam antè eum probarunt Io. de Legnano, & Zabarel. in Clem. Pastoralis in 7. qu. de re Iud. Eâ præsertim ratione, quod
7 sicuti pater alienando per viam contractus priuare potest filium legitima, ita & delinquendo.
8 Quia quasi contrahere cum Fisco dicitur pater delinquendo, cum versus eum se obliget ad pœnam l. Imperatores ff. de iure Fisci glo. in l. 1. § bestias ff. de posth.
9 De AEQVITATE tamen contrarium verius est, quia legitima filijs, & descendentibus reseruata dicitur in confiscatione facta de bonis patris ob delictum, vt post Bologn. cons. 35. in fine, & D. c. cons. 235. col. pen. ac alios latissime probat Rol. cons. 97. nu. 9. cum sequ. plur. lib. 2. quẽ sequitur Clar. qu. 78. vers. videndum est etiam, qui testatur ita practicari in hoc Mediolani dominio; Hanc eamdem sententiam amplectitur Sola ad Constit. Sabaud. tit. de edictis annonæ glo. 11. sub nu. 20. in fi. & gl. 12. num. 5. cum seq. plur., vbi num. 11. cum sequ. ad auctoritates in contrarium alleg. optimè respondet, & eas tollit prout easdem tollit Rol. all. cons. 97. num. 10. cum sequ., Sesse decis. Aragon. 26. nu. 42. vbi de AEQVITATE deberi legitimam descendentibus scribit, quia cum legitima debeatur filijs ita suadente natura, ab ea nonnisi per eorum demerita excludi possunt, eamdem sequitur sentent. Farin. quæst. 24. num. 24. circa med. vbi eam veriorem, & Aequiorem esse scribit, & nouiss. D. Senator Bellonus lib. 2. de incont. pleno cap. 51.
10 Ratio præcipua ea esse videtur, quod cum

Clementiss. Imperator priuatorum magis, quã Fisci sui cõmodum respexerit in Auth. vt nulli in d. §. fi. relata in d. Auth. bona damnatorum, dum constituit bona damnatorum, non amplius secundum veteres leges Fisco applicari, sed vel descendentibus, vel ascendentibus, aut ex latere con functis vsq; ad tertium gradum.

11 Statuta enim ipsius Auth. correctoria, bonorum confiscationem imponẽtia strictissimè sunt interpretanda, maxime cum sint pænalia, nec idcirco extendi debent ad casum non expressum tex. est in l. si seruum §. non dixit ff. de acquir. hęred. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. sub nu. 22. vers. Cuius sanè, qui sub nu. 24. vers. Contrariã opinionẽm, & nu. seq. infinitos adducit Doctores hanc nostram sententiam approbantes, præsertim Bofs. tit. de bonorum publicatione n. 11.

Hanc eamdem sententiam sequitur Thesaur. piena decis. 104. vbi sub nu. 2. scribit hanc opi-
12 nionem esse Aequissimam, & secundum eam censuisse Sen. Pedamont.

Quam ambiguitatem expressè tollunt in hoc Dominio No. Constit. in tit. de iure, & priuileg. Fisci cap. omnium, vbi expressè in confiscationibus reseruatum fuit ius legitimæ tum ascendentibus, quam descendentibus debitę, ad quã prouisionem, vt subijcit Thesaur. iun. in addit. ad d. decis. 104. nouissimè deuenit etiam Serenifs. illius Prouinciæ Dux generali decreto iubendo, vt in confiscationibus reseruaretur legitima filijs in amplissima forma, vt ibi videre est, cum per extensum ibi fuerit insertum decretũ i quam sententiam replicat Thesaur. in decis. 198. per totũ, & antè eum defendit Pichus in repetit. l. Titia §. Titia cum nuberet sub n. 45. ff. de leg. 2. & in reper. l. post contractum nu. 23. & nu. 32. & ibi Annibal num. 52. ff. de donat. Fabian. de Chiochis in repet. Auth. nouissima n. 262. C. de inoff. testam.

Hinc Paulus I. C. in l. cum ratio ff. de bon. damnatorum tradit Aequissimum existimatũ esse,
13 eò quoq; casu, quo propter pænam parentis, aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum ne alieno admisso grauiorem pænam luerent, quos nulla cõtingeret culpa, cuius, l. aurea verba ad litteram refert Fachin. hanc sententiã amplectens lib. 5. contrmarried. iur. cap. 95. circa
14 medium, Cum enim persona non res delinquerit, persona tantum puniri debet, vt tradit glo. in auth. vt nulli Iudicũ in fine, verbo Tunc Fisco propè finem.

15 Ex Clementia Imperatoris Adriani, eò facilius bona delinquentium dimittebantur filijs, & attinentibus eorum, vt Imperium hominum adiectione potius ampliaretur, vt scribit Paulus in eadem l. cum ratione, per hæc verba, Fauorabilem apud me causam liberorum Albini filiorũ numerus facit, cum ampliari Imperium hominũ ad iectione potius quam pecuniarum copia ma-
16 lim, Quod vtinam his temporibus magis cordi esset Consiliarijs, & Ministris Principum; cresceret enim potius, non autem ita decresceret viuentium numerus. Hominum namq; multitudo Imperij ampliatio, & fortitudo verè est, ad quam multitudinem, & hominum copiam au-
17 gẽdã tot priuilegia cõcessa legũtur, tum fauore matrimoniorũ, tũ pro numero liberorũ, vt in l. fi. C. de his qui num. lib. 10. & in l. in albo C. de Decur. lib. 10. ac in l. fin. ff. sol. matrim. Liberorum etenim numerus Reipub. valdè fauorabilis, & perficuus fuit apud Romanos, quo attento Ti-
18 berius Cæsar postquam Tribunitiam potestatẽ filio Druso contulisset Senatui, quem summopere venerabatur teste Suetonio in illius vita, significauit Drusum eius filium vxoratum esse, & tres liberos procreasse, qui idcirco Reipublicæ benè meritus dicebatur, vt refert Tacit. lib. 3.
19 cap. 40. Quia vt inquit Cicero lib. 1. de officijs Coniugium est Vrbis principium, & quasi Reipublicæ seminarium, multa de priuilegijs, & prærogatiuis concessis tùm à priscis, tùm à recentioribus Reipub. illis qui numerosam ptolẽ habuerunt tradit Scipio Amiratus ad Tacit. lib. 2. cap. 12. Et ita obseruare solet quotidie Illust. Magistratus extraordin. Reddit. & præsertim declarauit die . . . . . in causa confiscationis bonorum . . . . in qua reseruata fuit legitima filijs referente.

Ab hac tamen legitimæ reseruatione excluduntur filij vbi agitur de crimine læsæ Maiesta-
20 tis, vt exprimit Imperator in eadem Auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. & cauetur in No. Constit. d. cap. omnium, ac tradit Peregr. all. tit. 1. nu. 18. Baiard. ad Clem. in all. qu. 78. num. 124.

Quamuis eò casu portio aliqua etiam reseruatur filiabus l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. quia
21 per Fiscum eò casu debita est dos filiabus, vt tradit Bal. in l. fi. C. de dote promiss. Socin. conf. 30. lib. 1. Plotus cons. 30. sub nu. 48., quos sequitur Sola ad Const. Pedam. all. glo. 12. sub num. 7.
22 Baiard. ad d. qu. 78. nu. 125. & nu. 131., quod procedere etiam in feudo ad Dominum reuerso, ex quo filiæ dotandæ sunt à Fisco, tradit Bofs. de
23 bon. publ. num. 9., Quod Crimen committitur tantum per subditum, subiungit ibidem Peregr. sub nu. 18. vers. Illud tamen notandum, de qua re Alciat. conf. 19. lib. 7. per totum.

24 Prout locum etiam non habet legitimæ reseruatio in crimine hæresis, & quando cum patre filij etiam læsæ Maiestatis crimen commisissent vt per l. sue hæreditaria ff. de negot. gestis probat Peregr. loco relato vers. quinto fallit, & vers. sequ. in nu. 19. tradit etiam hanc legiti-
25 mam non reseruari, quando bona auferuntur per Fiscum vti ab indigno iuxta doctr. Baldi in l. hæreditas C. de indign., & Mart. Laud. tr. de Fisco qu 5. Baiard. ad d. qu. 78. num. 126. idem Peregr. d. tr. de iure Fisci lib. 3. tit. 7. nu. 31., idem
26 dicendum est quando dimidia tantum bonorũ patris publicatur, quia tunc cum alia dimidia remaneat filijs, legitima pro ipsis non est reseruanda

tanda l. 1. ff. de bon. damnatorum Sola ad d. Constit. Sabaud. rit. de adictia Annonae glo. 11. nu. 18. Baiard. ad cit. quaest. 78. num. 120. Farin. all. qu. 24. num. . Peregr. d. lib. 5. tit. 1. nu. 11. in fine.

Quanta autem esse debeat portio legitimae filijs reseruata, quamuis & in hoc variè loquantur Scribentes, cum tex. in dicta l. cum ratio ff. de bon. damnat expresè disponat, quod si plu-
27 res liberos damnatus habet, omnia bona damnati eis conceduntur, idest si tres vel quatuor, Quia à tribus infra dimidia bonorum filijs reseruari debet, vt probat Fachin. all. cap. 95. lib. 5. & tradit Rol. all. conf. 97. nu. 30., quem sequitur Peregr. cit. tit. 1. nu. 38. Alij autem scribunt quod vbi bona delinquentis essent modici vel
28 congui valoris, & idcirco legitima non sufficeret pro filiorum alimentis, Totum patrimonium debet eis adijci, ne egestate pereant, & ita fieri debere in hoc Mediolani Dominio testatur Bossius tit. de aliment. praestandis nu. 5., Cum ea sit Senatus mens, quamuis Magistratum qui manus habet ligatas ita se gerere tradit, vt saepè tàm filios, quàm filias perdat, & famae miseri intereant. Peregr. loco relato sub n. 38., & Thesaur. all. decis. 104. sub nu. 2. Plotus conf. 30. num. 87. ac Farinac. qu. 24. nu. 35. & 40, Fachin. all. cap. 95 lib. 5. Sola ad Constitut. Sabaud. all. glo. 11. sub nu. 18. propè finem.

Ex obseruantia tamen dicti Ill. Magistratus in hoc dominio, statuitur legitima filiorum ex cle-
29 mentia Principis, prout debetur iure naturae regulariter in alijs casibus iuxta dispositionem Auth. nouiss. C. de inoff. testam., Vbi si filij sint quatuor, aut infra legitima erit triens si verò quinque aut vltra dimidia erit, vt testatur Clar. rel. qu. 78. vers. videndum, & sequitur Thesaur. decis. 198. nu. 7., Quae sanè sententia vti Aequior, & veriot magis placet, Quoniam cum ius commune correctum dicatur per Constitutiones, & statuta, Ex quibus omnia bona delinquentis cōfiscantur, satis videtur, vt ea adhibeatur moderatio, quod quo ad legitimam iure naturae debitam limitentur statuta, absq; eò etiam, quod legitimae portio augeatur in casu delicti quae alias
30 restrictior euaderet, ex quo absurdo illud sequeretur absurdissimum, quod filij pinguiorem fortunam consequerentur ex delicto patris, quā ex illius testamento, quod sanè affirmandum nō est, & ita in practica Clari opinionem seruari testatur Baiard. ad all. qu. 78. nu. 131., quam sententiam sequitur Carpan. in quem nouiss. incidi in cap. omnium de iure Fisci nu. 17.

31 Quae sententia eò tutior reputatur, ex quo in his Curiarum obseruantia attendenda venit, vt probat Peregr. d. lib. 5. tit. 1. nu. 34. in fine, quam opinionem nec approbare, nec improbare videtur Boss. tit. de bonorum publicatione num. 10., & cui assensit Plotus in all. conf. 30. num. 78. dum inquit, quod saltem legitimam habere debeant filij de qua in Auth. nouissima, cum qua obseruantia conuenit decretum factum à Serenis. Sabaud. Duce de quo supra, ad praecidendas lites, & ambiguitates, quibus quotidie molestabatur illius Senatus.

32 Quae conclusio procedit tàm in bonis patris fauore filiorum, quàm in bonis filij fauore patris, & ascendentium, vt per No. Constitut. cauetur in d. cap. omnium de iure Fisci, & habetur in d. Auth. bona damnatorum C. de bonis proscript., Pichus in repet. d. § Titia sub nu. 45. ff. de leg. 2. quem sequitur Baiard. loco relato n. 124. & antè eum id etiam probauit Plotus all. conf. 30. nu. 87. Peregr. d. tit. 1. nu. 35. D. Senator Bell. lib. 2. de his quae incont. fiunt pleno cap. 51.

33 Quamuis nō procedat in bonis maternis, si mater ob delictum passa est bonorum publicationem, quia in ijs nihil filijs deberi cauetur in l. de bonis matris C. de bon. proscript. Cassan. ad consuetud. Burg. tit. de confiscat. rubr. 2. §. 1. n. 2. Sola d. gl. 12. nu. 17., Et si contrarium consuluit Cephal. conf. 79. per totum, licet è contra legiti-
34 ma debeatur etiam matri, ex bonis filij cōfiscati, vt tradit Bereta conf. 52. Cephal. conf. 120. nu. 1. Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. nu. 105. in fine, & seq., Intelligi tamen hoc debet, quod ascendēti debetur legitima in bonis filij carentis liberis quia nepotibus existentibus cessat huiusmod i
35 legitima, Cucch. de legit. num. 2. §. 2. Add. ad Carpan. in cap. omnium nu. 719. litt B. in fine.

36 Quemadmodum locum habet etiam pro quarta vxori inopi debita ex beneficio Auth. Praeterea C. vndè vir, & vxor, Quia ex quarta vigore d. Auth. bona damnatorum debeatur vxori, nō obstante publicatione, vt cōprobat Socin. conf. 121. lib. 1. Rol. de lucro dotis qu. 59. Plotus d. conf. 30. num. 41. quos sequitur Sola alleg. gl. 12. num. 10.

Filijs verò nundum conceptis antè confiscationem legitima minimè deberi, sed tantum
37 natis, siuè conceptis, ante probat Gabr. conf. 123. nu. 3. & 4. lib. 1. Peregr. dicto lib. 5. tit. 1. nu. 40. post Rol. all. conf. 97. nu. 58. lib. 2. Baiard. ad all. qu. 78. nu. 130. & nu. 129. Peregr. lib. 5. tit. 1. nu. 34. circa medium, Quia inspicitur tempus
38 condemnationis in reseruatione legitimae filiorum delinquentis, vt latè probat Farinac. all. qu. 24., & 42. Franc. decis. 10. nu. 2, & 22., & Surd. de alim. tit. 1. qu. 31. num. 37. Iuxta enim sententiam Alex. in l. ex facto §. ex facto in primo notab. ff. ad Trebell. filij damnati nati, siue concepti post confiscationem, dicuntur
39 nati ex alio homine, Bal. in l. quando quis C. de bon. damnatorū Farin. all. q. 42. in fine. Franc. all. decis. 102. sub nu. 24. & 27. Quae legitima debetur filijs conceptis antè condemnationem
40 patris, etiam si nati essent elapso tempore in cridis praefixo ad contradicendum, quod magis est, vt probat Plot. in cit. conf. 30. nu. 78. propè finem, eà ratione, quod non valenti agere non
41 curat tempus per Bald., & alios in Auth. nisi triennale C. de bonis mater. tex. in cap. ex

trans-

transmiss. de præscript.

Huiusmodiq; legitima debetur filijs, & alijs descendentibus, statim sequta confiscatione, nõ expectata morte naturali patris confiscati, si in
42 contumaciam fuit damnatus pater, vt probat Rol. all. cons. 97. sub nu. 38. lib. 2. Thesaur. cit. decis. 154. nu. 4.; vbi ita iudicasse Senatum testatur, Franc. dicta decis. 102. nu. 14. cum sequ. plur., & decis. 198. n. 2. Baiard. loco relat. n. 128. Peregr. all. tit. 1 nu. 36. cum sequ. lib. 5. qui ita iudicatum fuisse scribit; quia tunc pater pro
43 mortuo habetur l. adeo §. publicatione ff. pro Socio; Et cum fiscus quasi hæres in eis succedat cum onere persoluendi debita condemnati, suadet ratio, vt tunc separetur portio filiorum eis per legem pro suis alimonijs reseruata, vt sentit tex. in dicta l. cum ratio.

Cæterum filiorum appellatione quibus legitima reseruari debet, comprehenduntur etiã
44 filij adoptiui, & naturales, ac legitimati, & nepotes tex. est in all. l. cũ ratio ff. de bon. damnat. Plotus all. cons. 30. nu. 87. Roland. cons. 97. num. 33. lib. 2. post Bal. in cap. de causis col. pen. de offitio de leg. quos sequitur Baiard. ad cit. qu. 78. nu. 121. Thesaur. all. decis. 104. sub num. 2. vers. ampliatur veto, Nisi adoptio esset fraudu-
45 lenta dicta l. cum ratio ff. de bon. damnatorum in qua traditur etiam modus cognoscẽdi hanc fraudem.

Qui filij adoptiui, siuè naturales, ac nepotes,
46 non tamen prosunt patri in obtinenda immunitate, quæ ratione multiplicitatis liberorum conceditur parentibus tex. est in princip. instit. de excusat. tut. gl. in l. 2. §. remittit ff. de excusat. tut. in verbo legitimos, materiam hanc latè tractat Ferdinandus Paez tr. de excusat. parentum à muner. publ. num. 49. & duobus sequ. vbi nu. 66. pulcrum tradit exemplum, ex quo elicitur filiam desponsatam, sed adhuc ad
47 domum mariti non traductam patri prodesse tanquam adhuc in illius potestate existentem.

In calculanda autem legitima multa computantur, vt consumpta in ludo per filium Rol. in
48 l. Auth. ex testam. & l. 14. C. de coll. dos. datur per Auum nepti contemplatione filij Corn. cõs. 190. nu. 2. & 3. lib. 2. Bursa cons. 178. nu. 23. cum sequ. lib. 2. ac soluta per patrem pro condemnatione, & liberatione filij, vt diximus supra in
49 cap. 95. nu. 33. Alia autem non computantur, vt habita ex causa donationis factæ per patrem filio inter viuos vt notat Guid. Pap. sing. 763. Bursa cons. 178. nu. 11. lib. 2. Viu. suis commun. lib. 2. opin. 91. quos sequitur latissimè Alex. Trentacinq. lib. 1. var. resol. tit. de legit. resol. 5. sub nu. 18 vers. ex hac Carpan. ad dictum cap. omnium num. 720. qui testatur ita iudicatum
50 fuisse per dictum Ill. Magistratum Extraord. Redd. in causa D. Hieronimi Vicecomitis Cremonensis, faciunt tradita supra in cap. 37. nu. 12. quod etiam procedit in donatione facta ob causam necessariam, Menoch. cons 153. num. 12. lib. 2. Bursa all. cons. 178. nu. 11. Idem dicendum in donatione facta filio in præmium emancipationis, nisi esset aliqua coniectura in contrariũ Bat. in l. pato sub n. 6. ff. de leg. 2. Menoch. cons. 153. num. 15. quos sequitur Carpan. in dicto §. omnium num. 720, cum plur. sequ. Trentacinq. vbi supra; ob quas expensas propterea non dicitur meliorata conditio ipsius filij, & consequenter ob eas nõ fit locus dispositioni Statut. Mediolani in cap. 305. lib. 1. vt exponit D. Bimius cons. 96. num. 37. lib. 1. quia ex municipali lege non censetur sublata hæc dispositio iuris communis, idem in expensis factis ad honorem
50 filij per patrem, vt studiorum causa, Quia de AEQVITATE minimè computantur in legitima vt per l. si filia §. maritus ff. famil. erciscund. probat Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 643. nu. 15. cum sequ. Card. Mant. de tacit. & an big. conuent. lib. 6. tit. 20. nu. 23. ob quas expensas propterea non diceretur meliorata conditio ipsius filij, nisi animo repetendi eas fecisset pater, quia tunc sicuti in diuisione cum alijs fratribus filio imputarentur l. quæ pater ff. famil. erciscund. ita filio in legitimam imputandæ essent.

51 Prout in legitimæ calculatione, neq; etiam computantur feudum, & emphiteusis Ecclesiastica, quæ ad filios pertinent vigore inuestituræ; Secus autem si proueniunt à patre pro se, &
52 hæredibus, quia tunc imputantur in legitimã, si vero ab auo proueniunt non imputantur Bos. in tit. de bonorum publicatione nu. 5. Clar. in §. feudum qu. 46. Bursa cons. 131. nu. 9. cum seq. lib. 2. quos sequitur Carpan. in cap. omnium n. 727. cum seq. qui num. 73. tradit in legitimam non imputari bona aduentitia filij ex Marsil. tr. de bannitis verbo bona nu. 68. Trentacinq. sub all. nu. 18. tit. de legitima resol. 5. lib. 1.

Quę legitima neq; etiam confiscari potest in præiudicium filij confiscati neq; viuo patre, neq; post mortem, si illius alienatio prohibita
53 fuit à patre, vsq; ad certum tempus, vlz. vsq; ad annos triginta vel circa, Quia pater vsq; ad illam ætatem repræsentauit filium minus idoneum, vt per l. multi nõ notę ff. de liber. & posth. abundè probat Alciat. in cons. 522. aliàs cons. 67. lib. 9. per totum, Peregr. de fideicom. art. 36. sub n. 63. D. Senator Bellonus all. cap. 51. lib. 2. de his quę incont. fiunt, etiam vita durante ipsius confiscati, quia bona alienari prohibita non transeunt in Fiscum etiam pro vita delin-
54 quentis, vt probat Beretta cons. 51. nu. 7. per l. Imperator ff. de fideicom post Rol. cons. 98. nu. 14. lib. 2. & Cassan. in consuetud. Burg. tit. de cõfiscat. rubr. 2. §. 5. num. 2. Fieri tamen debet
55 cõtradictio Cridis, vt tradit Boss. tit. de proclam. quod sit bon. publ. nu. 22. vers. & re vera, quem sequitur additio ad Carpan. in dicto cap. omnium nu. 719. litt. B. Et quando ob fideicommissum Fiscus in confiscatione vult deducere legitimam confiscati, tunc de AEQVITATE in

ea

ea computari debent alienata per ipsum confi-
56 scatum, vt copiosè scribit D. Bimius cons. 274.
nu.23.lib.3.

Prout neq; etiam confiscari potest legatū alimentorum, quia illud dicitur conditionale, neq;
57 alimenta debita à patre filijs confiscatis Boss.
tit.de publ.bon. nu.72. vers. sed quid in alimentis, Ratio est, quia quot sunt anni, tot sunt legata, quæ incipiunt cedere, quando annus venit l. si cum præfinitione ff. quando dies lega. ced. Peregr. de iure Fisci lib.5.tit.1.num.123.vers.vndecimo infertur Carpan. ad cap. omnium num. 192., & sequ. vers. Alimenta de iure, & priuil. Fisci.

S V M M A R I A.

1 *Capi qui possint pro debito priuato, habetur in Nou. Constit.tit.de probib. & concessis executionibus.*
Debitor detentus pro debito non relaxatur, nisi soluto debito, vel accedente consensu creditoris num. 2. & num. 9.
2 *Debitor detentus, si liberari vult omnino soluere tenetur.*
3 *Obligationes ex obligationibus si darentur in infinitum prodirent.*
4 *Debitor vbi obligatus est in persona, & bonis, eo detento ad bona nihilominus agere potest creditor.*
4 *Carcer debitori datur in pœnam, vt illius tedio soluat.*
5 *Appellatio non admittitur ab ordinatione Iudicis negantis relaxationem detenti pro debito oblatam fideiussionem.*
6 *Custodes carcerum permittentes, quod debitores detenti vagentur, seuere puniendi sunt.*
7 *Debitores detenti pro debitis, negligunt satisfacere creditoribus, si carcer eis in pœnam non deseruit ob Custodum, vel Iudicum vrbanitatem.*
8 *Carcer in delictis datur ad custodiam, in debitis verò datur ad pœnam.*
10 *Debitor graui infirmitate affectus relaxatur è carceribus etiam inuito debitore.*
11 *Debitor inops sicuti ob alimenta sibi à creditore non subministrata, relaxandus est, ita & infirmus pari ratione, & AEQVITATE.*
12 *Vita morituri, præualere debet cuicunq; causæ pecuniariæ.*
13 *Morti proximus dicitur omnis ager qui in carcere detinetur.*
13 *Carcer non est locus aptus ad curandum, sed potius ad augendum morbum.*
14 *In carceribus curari ægrotos impossibile videtur secundum regulas medicinæ.*
15 *In carceribus decedere ignominiosum, & miserandum est.*
16 *Creditori nihil refert, vt debitor morbo grauatus è carceribus relaxetur sub fideiussione redeundi.*
17 *Debitor infirmus non est creditori addicendus, nec tenetur ei seruire.*
18 *Obseruantia in hoc Dominio, dum relaxantur fideiussori detenti ex causa ciuili, vel criminali, ob grauis infirmitatem.*
18 *Detentus ob pœnam pecuniariam nō relaxatur fideiussori.*
19 *Detentus ob pœnam pecuniariam, relaxatus fuit stante graui infirmitate, qua erat affectus.*
20 *Debitores detenti relaxantur sub fideiussione de soluēdo vel redeundo certo termino à Protectoribus carceratorum in Ciuitate Mediolani, vigore statuti 154. lib. 2.*
20 *Obseruantia Protectorum in relaxando detentos, fundata est in abusiua AEQVITATE.*
21 *Debitor detentus, si de visitudine captura disputatur interim fideiussori potest dimitti.*

Debitor detentus relaxatur ob infirmitatem, etiam creditoribus contradicentibus.

Cap. LXXXXVII.

DEtineri solent debitores tàm Fisci, quàm priuatorum in casibus permissis, de quibus in Nō. Const. tit. de pro-
1 hibitis, & concessis executionibus
cap. coloni partiarij, & in tit. de iure, & priuil. Fisci in princip. vt tædio carceris affecti soluant creditoribus, in tantum vt non nisi accedente consensu creditorum ab ea relaxari sub fideiussione non possint debitores, vbi debita non sol-
2 uerunt, Auctor est Bal. in l. aeq; §. 1. vers. sed si
esset captus ff. de in ius vocando, quia si liberari vult debitor, omnino soluere debet, vt tradit Bal. in l. si pecuniæ §. fi. ff vt possess. legatorum glo. in l. fin. ff. si cert. petatur.
3 Ratio est, ne obligationes ex obligationibus
oriantur, & sic in infinitum procedant l. 4. §. ait Prætor ff. de re Iudic. glo. vlt., & not. in l. vlt. ff. si cert. pet. & latè probat Rebuff. ad Constit. Regni tit. de litt. obligat. art. 1 1. glo. 3. num. 10., qui num. 12. tradit, quod si captus erat obligatus in persona, & bonis, eo detento ad bona etiam age-
4 re potest creditor teste Bart. in l. consentaneum
col. 5. vers. Venio, & assumo C. quomodo, & quando Iudex; Quam sententiam copiosè comprobat Monter. decis. 7. num. 2. subijcitq; quod tunc carcer in pœnam datur, & propterea ab or-
5 dine Iudicis denegante relaxationem detenti
pro debito sub fideiussione non datur appellatio, vt prosequitur sequ. nu.

Eandem sententiam sequitur Faber in suo codice tom. 2. lib. 8. tit. 29. de solutionibus definit. 16. quos sequitur Fontanell. de pact. nuptial. lib. 1. claus. 4. glo. 18. par. 4. nu. 28. cum seq. plur., vbi amplè tradit malè facere Iudices, qui seuerè non animaduertunt in Comentarienses, & car-
6 ceratorum Custodes, ex eo quod soleant huius-
modi captis permittere, vt è carceribus exeant, & per vias deambulent in damnum creditorum, qui eò modo impediuntur in exactione creditorum; Videntes enim debitores, quod carce-
7 ratio non cedit eis in pœnam, nec in carceribus
vnquam

vnquam sic tædio carcerationis afficiuntur creditoribus satisfacere negligunt, quam sententiã amplectitur Bofs. tit. de carcerat. fideiufs. relaxando num. 28., faciunt tradita per Ofasc. decif. 18. nu. 5. quos sequitur Carpan. ad stat. 154. nu. 1. lib. 2.

Et sic ex hac conclusione limitata dicitur ea regula, quod carcer datur ad custodiam, non ad pœnam, de qua Vulpian. in l. aut damnum §. & magis verf. carcer enim ff. de pœnis, de qua Farinac. qu. 27. nu. 95. Quia ea regula procedit in

8 delictis in quibus post carcerationem expectatur alia pœna per diffinitiuam, & sic nihil interest, an vno vel alio modo reus custodiatur, dũmodo pro exequenda diffinitiua ferenda secure reperiri possit; Carceratio verò debitoris non fit ad custodiam expectando aliam pœnam, sed immò ea est pœna, vt illius tædio, debitor soluere cogatur, vt dictum est Fontan. loco relato nu. 30., Et sic non nisi accedente creditoris consensu cũ

9 Iudicis decreto relaxari potest detêtus, vt probat Viuu. decif. 202. per totum, quem sequitur Fontanell. loco citato nu. 31.

De AEQVITATE ramen ob grauem infirmitatem, siuè ægritudinem capti pro debito fi-

10 deiussori relaxandi sunt, etiam contradicentibus creditoribus, quia ita Christianum Iudicem facere decet, Eadem enim AEQVITAS viget in liberando è carceribus debitores propter

11 ægritudinem periculosam, quæ est in liberando debitores, quibus deficiunt alimenta à creditore non subministrata, ne fame pereant, vt probat Mich. Ferer. in 3. par. obseru. cap. 94. sub nu. 1. in fine verf. Ex quibus.

12 Maximè verò, quia vita morituri præualere debet cuicunq. causæ pecuniariæ cap. non satis 87. distinct., Et morti proximus dicitur omnis æger, qui in carceribus repertus, quia carcer nõ

13 est locus aptus ad curãdũ, sed potius ad augendum morbum, & febrim propter aeris infectionem, & intemperiem, ac corruptionem, quæ vt plurimũ in carceribus viget. Quo attêto secũdũ regulas medicinæ impossibile videtur posse curari egrotos in carceribus, vt ex attestatione medicorum tradit Ferer. loco relato sub nu. 2. in fine.

15 Decedere etenim in carceribus ignominiosum, & miserandum est, vt elicitur ex Constantini verbis in l. 1. C. de custod. reorum dum ait, ne pœnis carcerum perimatur detentus, quod Innocentibus miserum, noxijs nõ satis seuerum esse dignoscitur.

Quę conclusio eò fortius sequenda est, cũ prestita idonea fideiussione per debitorẽ de se cõsignando in carceribus superuenta valetudine, vel certo statuto termino, nullum damnum

16 potest creditoribus contingere ex huiusmodi indulgentia, & relaxatione, & ita obseruasse Senatum Catolon. testatur Foler. loco relato nu. 1. ac Fontanell. cit. glo. 18. nu. 99. & nu. 100. Sicut enim debitor infirmus non esset creditori

17 addicendus, neq; tenetur ei seruire vt per l. cũ hæres §. filijus ff. de statu liber., & in l. in Metallum ff. de pœnis probat Baetia tr. de inope debit. cred. addic. lib. 2. cap. 7. nu. 10. Et probatũ est supra in cap. 95. Ita neq; in carceribus detineri debet Fontanell. all. nu. 100. in fine. Ad rem Costa remed. subsid. 25. nu. 20. Et de facti scientia, & ignor. distinct. 39. Carpan. ad statutum 69. lib 2.

Et ita obseruari sæpius vidi in hoc Mediolani Dominio, dum carcerati, tam ex causa debiti, quã ex criminali, ob graues infirmitates è carceribus dimittuntur sub huiusmodi fideiussione, contradicentibus etiam creditoribus, & memini, quod dum in carceribus Cremonæ detineretur D. Pompeus Armanus captus ob contrauentionem factam præcepto de seruando exilio sub pœna aureorum mille, actumq; fuisset in Curia de illius relaxatione mediante oblata fideiussione de soluendo eam pœnam iuxta futuram declarationem Senatus Excellẽ-

18 tifs. Coram quo pendebat relatio causæ, ob varias, excusationes per ipsum Armanum deductas, & probatas die 23. Februarij 1627. me referente, obauditus fuit Armanus per regulã quod detentus pro debito fideiussori non relaxatur, sed soluere debet; Cum autem post aliquot dies graui, & mortali morbo affectus esset Armanus, mediante attestatione Phisicorum ne in carceribus ob aeris corruptionem vitam finiret, cum ibi commodè non posset curari, re-

19 solutum fuit ipsum esse è carceribus dimittendum, prestita fideiussione pro summa aureorum mille de se consignando domi ac de se consignãdo certo termino, ex qua ordinatione, & Fisco, & ipsi Armano, & quærelanti consultum fuit.

Solent vlterius protectores, carceratorum huius Ciuitatis Mediolani vigore stat. 154. lib.

20 2. debitores detentos dimittere sub fideiussione de soluendo, vel redeundo ad carceres termino viginti dierum, qui terminus deinde etiã prorogatur, vt tradit ibidem Carpan. num. 1. Et quamuis prouisio hæc à statuto concedatur tãtum in casu quo controuertitur de ritiitudine capturæ, ad parcendum expensis, ne interim in carceribus remaneant detenti, vt ibi scribit Carp. nu. 7.

Tamen habenas relaxando, & huic causæ detentionis fauẽdo, ex quadam abusiua AEQVITATE in consuetudinem transiuit, vt DD. Protectores ad hanc relaxationem absolutè deueniant etiam nulla facta exceptione saltem colorabili ritiitudinis capturæ, Quæ consuetudo, siuè potius corruptella à tramite AEQVITATIS non recederet, vbi in primo termino debitores satisfacerent creditoris, sed si à prima ad secundam, & tertiam termini prorogationem deueniretur, vtiq; in creditorum iniuriam non leuem redundaret huiusmodi abusiua benignitas, & AEQVITAS, resisteretq; diuino illo præcepto, ne misereberis in iudicio pauperis de

de quo suprà in cap. 1. nu. 16.

Quod si verè de tititudine, aut validitate
capturæ disputaretur, tunc de iure etiam com-
31 muni interim dimitti posset sub fideiussione
debitor detentus, vt probat Alex. Trentacinq.
lib. 3. var. resol. tit. de solution. resol. 10. n. 21.

S V M M A R I A.

1 *Colonus partiarius dicitur habere societatem cum domino.*
2 *Colonus retinere potest eius fructuum portionem etiã aduersus successorem proprietatis.*
3 *Dominus præfertur cæteris in emptione fructuum coloni, & è contra.*
4 *Colonus dicitur habere causam à domino in fructuum perceptione.*
5 *Vassallus tenetur præferre dominum in venditione fructuum rei feudalis.*
6 *Proprietarius præfertur in emptione fructuum vsufructuarij.*
7 *Cõclusiones supra firmatæ procedũt, etiamsi vigeat statutum præferens agnatos in emptione fructuum, quia illud intelligitur, ne præiudicetur Domino.*
8 *Ius Prælationis in fructibus cedi alij posse videtur. Contrarium verius nu. 13.*
9 *Cedens, & cessionarius vna, & eadem persona reputantur.*
10 *Succedens in ius alterius, assequitur omnia iura, quæ eius auctori competebant.*
11 *Maxime si in cessione interuenit clausula in omnibus, & per omnia.*
12 *Obligationis conditio non variatur, mutatione personæ.*
14 *Priuilegium personale non egreditur personam illius cui competit.*
15 *Succedens in ius alterius, non assequitur illa quæ ex priuilegio competebant suo auctori.*
16 *Priuilegium tollitur mutatione personæ, si persona fuit immediata causa priuilegij.*
17 *Cessionarius dotis, non potest consequi vsuras quæ viro competebant.*
18 *Marito permittitur actio vsurarum dote sibi debita ob onera matrimonij, & dicitur hoc personale priuilegium.*
19 *Priuilegium personale neq; etiam ad hæredes transmittitur.*
20 *Locatoris cessionario, non competit beneficium, tacitæ hypotecæ in rebus inuectis, & illatis, sicut competebat locatori etiamsi pensionem locatam soluisset cessionarius.*
21 *Priuilegium creditoris non transit in eum qui pro alio ei soluit, nisi ad effectum retentionis ...*
22 *Priuilegium locatoris, quod habet expellendi conductorem pro vsu suo, non potest alteri cedi.*
23 *Spoliatus non potest cedere alteri ius propria auctoritate recuperandi sibi competens.*
23 *Maritus potest coniugalem iniuriam propria vel filij manu vendicare, secus per aliam personam.*
24 *Onus super legitima impositũ à patre, nec impugnatũ à filio, non potest per illius hæredem siue successorem impugnari.*
25 *Filius transmittit ius adeundi, sed non transmittit ius impugnandi dispositionem paternã ob onus legitimæ impositum, cũ ex priuilegio hoc sibi tãtum cõpetat.*
26 *Fiscus succedens in re, & priuati, iure tantum cedentis vti potest, non iure proprio.*
27 *Colonus qui semel fructus venales exposuit, mutare non potest propositum, nisi ex iusta causa.*
28 *Coloni iuramento statur, an fructus ad victum pertinentes vendere velit, si eos venales non exposuit.*
29 *Dominus promptus esse debet in emendo fructus coloni, aliter sibi imputet.*
29 *Prætia rerum tempore mutantur.*
30 *Vendere quando quis alteri cogitur, vel statuti, vel legis dispositione prætium in pecunia statim debet solui.*
31 *Venditor coactus, non intelligitur habere fidem de pretio.*
32 *Pretium non dicitur, nisi in pecunia numerata.*

Ius Prælationis quod competit Domino in fructibus, quos vendere vult colonus partiarius, non potest alteri cedi.

Cap. LXXXXVIII.

1 COlonus Partiarius dicitur habere so-
cietatem cum Domino l. si merces §.
vis maior in fi. ff. locati, Caphal. conf.
181. nu. 4. lib 2. Osas. decis. 8. num. 5.
& Carot. de locat. & conduct. par. 1. tit. de socio
personam exercente num. 3. & 4. tit. de remiss.
2 mercedis qu. 4. n. 4. In tantum vt ratione huius-
modi societatis colonus possit retinere etiam
suam portionem fructuum aduersus suc cessorẽ,
vt probat Bal. in l. emptorem nu. 7. vers. sed po-
ne colonus C. locati, & probauimus supra in
cap. 42. nu. 12. 21. & 23. Et tanquam socius præ-
3 ferri debet, siuè Dominus, siuè colonus alijs in
venditione fructuum, vt tradit idem Bal. in l. 2.
sub nu. 2. vers. Aequum tamen puto C. commun.
rerum alien.

Cum enim colonus ratione fructuum habeat
causam à Domino, Aequum est vt alijs præfera-
tur in illis vendendis vt probat Bal. in l. 1. sub
4 nu. 3. vers. vlt. nota C. de metalar. lib. 10. Boer.
decis. 107. nu. 2. Ias. in l. qui Romæ §. cohæredes
col. sub nu. 26. ff. de verb. obligat. Prout dici-
5 tur de Vassallo, qui tenetur Dominum præferre
in fructibus feudi vendendis, Afflic. ad const.
Regni c. 1. §. post natale de pac. tenend. Ac di-
6 citur de proprietario qui præfertur ab vsufru-
ctuario, Canale tr. de vsufructu nu. 173.

7 Quod etiam procedit stante statuto quod
Agnati præferantur, quia illud debet intelligi,
ne præiudicetur Domino, Alex. conf. 27. num. 6.
lib. 6. quem sequitur Tiraquell. de retractu li-
gnager. §. 1. gl. 7. nu. 62. late Ias. in l. fi. nu. 10. C.
de iure emphyteut.

Ex hoc infertur an ius hoc prælationis Do-
mino

mino competens posset alijs cedi, & secun dum regulam desumptam ex l. Id quod nostrum, & l.
8 nemo plus ff. de reg. iur. cedi posse videtur, Quia cedens, & cessionarius vna, & eadem persona
9 esse dicuntur l. si donatæ in princip., & ibi glo. in verbo de euictione ff. de donatione inter virum, & vxor. l. emptor, & ibi Bal. in primo notab. C. de hæred. vel act. vend. l. si ager in fi. ff. de rei vendic. Bertazol. conf. ciuil. 42. num. 9. Surd. conf. 532. nu. 6.
10 Succedens enim in ius alterius assequitur omnia iura quæ suo auctori competebant vt per d. l. si donatæ §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxor probat Becc. conf. 105. n. 17. Rimin. Iun. conf. 65. nu. 22. Surd. conf. 22. nu. 16. quos sequitur Gratian. lib. 1. discept. for. cap. 142. nu. 14. & lib. 4. c. 733. nu. 22., Maximè verò quando vis à cedente fuit cessum in ampla forma vt in omni-
11 bus, & per omnia, quia tunc quæcunq; iura cōpetentia ipsi cedenti in cessionariū esse transla-
12 ta scribit Natta conf. 398. nu. 40., & 41. Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 179. Quia mutatione personæ non variatur cōditio obligationis, vt tradit Bar. in l. 2. §. ex his igitur ff. de verb. oblig. Gabr. conf. 106. nu. 3. lib. 1.

Tamen cum huiusmodi priuilegium prælationis Domino competens sit personale, & ex AEQVITATE inductum, cedi non posse pro-
13 bat Roman. conf. 484. sub num. 2. cum sequ. & expressius sequitur Surd. conf. 205. nu. 22, Quia tanquam personale non egreditur personam
14 Domini Castr. in l. ad officium in fi. C. commun. diuid. Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. n. 1. Surd. all. conf. 205. num. 23., quos sequitur Gratian. lib. 1. cap. 117. nu. 18. & difusius in cap. 149. nu. 10. 11. & seq. plur.
15 Succedens enim in ius alterius non assequitur illa quæ ex priuilegio competebat suo auctori Bal. in l. si filius nu. 1. C. de bon. proscriptorum, Felin. in cap. verum de foro compet. Cum mutatione personæ tollitur priuilegium, quo-
16 tiescunq; persona est immediata causa priuilegij l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. licitatio §. fi. ff. de publico l. paulus ff. de aquir. hæred. Bal. in rubr. C. de vsuris sub nu. 5. vers. dic contrarium.

Hinc traduut scrib., quod si vir mutuo accepit pecuniam, excedit mutuanti iura sua contra debitorem dotis, talis cessionarius non po-
17 test vsuras dotis exigere; licet enim benefitio auctoris sui videretur ea posse consequi per l. emptor nominis ff. de hæred. vel act. vend. Ta-
18 men cum ista exactio vsurarum permittatur marito ex priuilegio propter onera matrimonij, cessat priuilegium ipsum ex mutatione personæ vt in terminis probat Surd. conf. 269. num. 9. 10. & 11. latè Gratian. cap. 143. n. 39. cum seq. plur. Quia priuilegium illud est personale, quod
19 neq; etiam ad hæredes transmittitur vt in terminis dotis probat Thesaur. Iun. lib. 1. qu. fam. 5. nu. 2. & nu. 3. ac qu. 90. nu. 4.

Prout idem dicitur de cessionario locatoris, cui non competit benefitium tacitæ hypotecę in rebus inuectis, & illatis in domo conducta
20 Carpan. ad stat. Med. cap. 389. num. 4. Verbo vel conductor, & cap. 390. n. 103. lib. 2. Etiamsi pensionem locatam soluisset cessionarius, quod
21 magis est, quia creditoris priuilegium non transit ad eum qui pro alio eo soluit, nisi ad effectum retentionis Bar. in l. 1. C. qui pot. in pignor. hab. sicuti facultas quam habet locator expellendi conductorem pro vsu suo, pariter nō
22 potest cedi nec transit in emptorem, seu singularem successorem cum sit personale priuilegiū, quasi non sit eadem necessitas locantis, & emētis latè Surd. conf. 103. à nu. 12. vsq; ad num. 26. Grat. all. cap. 149. nu. 16. Idem dicitur de spoliato qui ius recuperandi propria auctoritate
23 sibi competens non potest cedere alteri gl. in l. cum fundum verbo postea ff. de vi, & vi armato Rom. all. conf. 484. nu. 3. Sicut etiam dicitur de priuilegio competente marito, quod iniuriā coniugalem per adulterium propria manu potest vendicare, secus autem per aliam personā excepto filio, vt probat Rom. in all. conf. 484. n. 4. Curt. Sen. conf. 79. col. 2.
24 Idem dicitur de filio, qui non impugnauit testamentū patris in quo erat à dictum onus legitimæ, Quia peruentis bonis filij ad Fiscum, non posset postea Fiscus, aut alius ei succedens allegare, quod dictum onus non poterat iniungi, cum sit particulare, & personale priuilegium filij, quod ad alium non transit, & præcipuè ad Fiscum tanquam hæredem anomalum, Quamuis enim filius transmittat ius adeundi, non tamen transmittit hoc priuilegium sibi competēs
25 ratione legitimæ. Socin. Sen. conf. 126. nu. 19. in fi. Alciat. cōf. 525. n. 5. vers. sed quia Cuiac. de legit. verbo nec vsufructu defraudari liberi nu. 20. & 22. Rol. conf. 98. nu. 29. lib. 2. Surd. conf. 570. à nu. 6. vsq; ad nu. 10. quos sequitur Grat. in addit. ad decis. Marchiæ decis. 76. nu. 2. cum sequ.
26 Quamuis è contra Fiscus succedens in rem priuati, iure tantum cedentis vti potest, non proprio priuilegio l. Fiscus qui in priuat. ff. de iure Fisci, Bar. in l. aufertur §. Fiscus ff. eodem Peregr. de iure, & priuileg. Fisci lib. 6. tit. 6. nu. 14. Quod etiam cauetur in No. Constit. huius Dominij tit. de iure, & priuileg. Fisci §. non possit tamen.
27 Si verò Colonus postquam fructus rei venales exposuisset, mox pænitentia ductus, vendere nollet Domino, si iusta causa adsit mutandi propositum, cogi non potest ad vendendum alias secus Salic. in l. 1. num. 2. vers. & est ratio,
28 quia ab initio C. de Episcop. aud., statiq; debet coloni iuramento an fructus ad victum pertinentes vendere velit quando eos venales non exposuit, vt post Alex. & Ias. probat Surd. all. conf. 205. à num. 12. vsq; ad nu. 17. quem sequitur Gratian. all. cap. 149. num. 18. cum sequ.

Quo

Quo loci tradit Dominum esse debere promptũ
29 in emendo fructus Coloni, si enim distulisset eos emere sibi imputandum esset per l. qui Roma 122. §. coheredes ff. de verb. obligat. quia rerum prætia mutantur tempore l. prætia rerum ff. ad l. falcid., Ad rẽ Tiraquel. de retr. linager. §. 1. glo. 9. à nu. 114 vsq; ad num. 120. vbi diffusè materiam moræ Domini pertractat.
30 Et quando statutum, siuè dispositio cogit quemquam ad vendẽdum, solui debet prætium in pecunia Fabian. de Monte tr. de empt. &
31 vendit. qu. 3. num. 40. tom. 6. par. 1. fo. 43. Nec intelligitur vt quis debeat habere fidem de prætio glo. in l. 1. verbo necessitatem C. commun. seru. manumiss. Bertazol. clausul. 38. gl. 1. in fine, Cum
32 prætium non sit, nisi in pecunia numerata, ad quam propriè illud refertur Bald. cons. 98. sub 3. vers. nam statutum lib. 1. copiosè Gratian. all. cap. 149. nu. 21. cum sequ. plur. vbi materiam hãc fructuum inter colonum, & Dominum latiss. examinat.

SVMMARIA.

1 *Notificans debitori iminentem capturam creditoris, tenetur versus creditorem si debitor aufugit.*
Contrarium in coniuncta persona nu. 10.
2 *Si creditori aliter non est consultum.*
3 *Impediens executionẽ pro ciuili debito, tenetur versus creditorem si ei non est consultum.*
4 *Debitorem decoctum scienter delegans ignoranti, tenetur in subsidium erga creditorem.*
5 *Actio remanere non debet inanis, ne creditum amittatur.*
6 *Impediens debitorem ne ad iudicium compareat, tenetur versus creditorem pro toto credito.*
7 *Depositarius restituens depositum absq; Iudicis mandato, tenetur versus creditorem in subsidium.*
8 *Limitatur conclusio, quando depositum esset conditionale, quia expirato tempore de quo in conditione potest restitui depositio.*
9 *Limitatur etiam conclusio, quando creditor impugnasset depositum licet postea se pœnituisset.*
10 *Coniuncta persona, vel astrictus magna amicitia admonens coniunctum, vel debitorem ne detineatur non tenetur versus creditorem.*
10 *Sanguinis, & stricta amicitia ratione, non nocendi animo admonuisse creditur.*
11 *Dispar ratio est inter affinem, & extraneum.*
12 *Sanguinis ratio tollit omnem suspicionem.*
13 *Coniunctus coniuncto bonum cupere, & eum tueri præsumitur.*
13 *Amicus, amico bonum cupere præsumitur.*
14 *Commodum proprium, siue emergentis damni euitatio, legitimam prabet excusationem in quocunq; qua alias non admitteretur.*
15 *Dolum præsumptũ excluditur in actu, ad quem quis ob proprium interesse, non nocendi animo deuenisse dicitur.*

Notificans debitori imminentem capturam ad instantiam creditoris vt eam euadat, si est affinis, aut intrinsecus amicus excusatur nec tenetur versus creditorem alias secus &c.

Cap. LXXXXVIIII.

1 Constãtinus Imperator cauit in l. quoties C. de exact. tribut. lib. 10, quod notificans debitori alicuius creditorem anhelare ad eius capturam si eam ob causam debitor commonefactus fugam arripiat, alias non arrepturus, tenetur ad solutionem debiti, atq; ad emendationẽ dam-
2 ni in subsidium tantum, scilicet vbi aliter creditoris indemnitati non sit consultum etiam sine doli probatione Salic. & Castr. in l. vlt. C. de operis libert. Ias. in § pœnales nu. 103. inst. de action. Mastril. sing. 37.
3 Cuius sanctionis dispositio procedit etiam in erripiente captum pro debito à familia, & in prohibente executionem realem, cum sit vtrobiq; par ratio in executione reali, quæ in personali, vt tradit Cagnol. in l. 1. §. is videtur nu. 27. ff. si quis insdic. non obtemperau. Strac. de mercat. tit. de decoctor. 2. par. vlt. par. §. cognitis nu. 20. cum sequ. latè Menoch. de arbitr. casu 583. nu. 5. & Bertazol. cons. crim. 375. nu. 14. lib. 2.
4 Et hac ratione scienter delegans ignoranti debitorem decoctum, tenetur in subsidium erga creditorem, cui assignauit nomen debitoris Surd. decis. 23. nu. 7. & 11. Quia cum actio non remaneat inanis, tunc non censetur amissum creditum l. qui actionem ff. de reg. iur., & l. non
5 is ff. de dolo latè Costa remed. subsid. 42. nu. 1.
6 Eadem prouisio locum etiam habere videtur, in eo qui impedimento fuit debitori citato nẽ ad Iudicem veniret, quia contra eum tribuit ut actio creditori pro toto credito l. vlt. §. 1. ff. de eo per quem factum erit, vt post Menoch. all. casu 583. & Farin. cons. 49. nu. 3. & qu. 32. per totum probat Costa remed. subsid. 103. n. 1. Facissit tradita per Vin. decis. 92. & per Clar. qu. 68. nu. 10. ac Caball. lib. 1. resol. crim. casu 8.
Quam dispositionem extendi etiam ad depositarium maximè contentiosum restituentem
7 sine licentia Iudicis, & irrequisito, seu non citato creditore in subsidium, si à debitore non potest consequi scribit Rom. cons. 287. per totum, Costa all. remed. 103. nu. 2. qui nu. 4. excipit duos casus, viz. quando depositum esset cõ-
8 ditionale, viz. consignandum alteri sub conditione, quia expirato tempore conditionis, deponenti restitui deber secundum Bal. cons. 379. lib. 5. Et quando creditor impugnaret deposit

eius intuitu factum, licet postea declaret se pœ-
9 nitere Dec. cons. 356. nu. 4. quam depositi materiam implè ibi examinat Costa vsq; ad n. 10.

De AEQVITATE tamen locum non habent Sanctiones ipsæ loquentes de admonente debitorem nè capiatur in coniuncta persona, nec in
10 eo qui magnæ amicitiæ fœdere astrictus est, Quia ratio sanguinis, & strictæ amicitiæ illud operatur non lasciuia, aut animus nocendi tertio arg. tex. in l. eos ff. de receptator. & l. fi. §.
11 si quis verò C. de codicillis, Non enim par, eademq; ratio videtur inter sanguine, & stricta
12 amicitia coniunctos, & alios extraneos; & ratio sanguinis soluit omnem suspicionem l. 1. & ibi glo. verbo à sobrinis ff. ad l. Iul. repetund. Hanc sententiam probare videtur Hermia de feud. tit. de pace iur. firma tuenda §. exceptatoribus fol. mihi 51. propè finem vers. contra istum tex. quem sequitur Luc. de pœna in aff. l. quoties nu. 8. C. de excut. tribut. lib. 10. Quam conclusionem comprobat Costa remed. subsid. 42. nu. 2.

Qui auctor sub eodem num. 2. tradit non alia ratione quam quod Amicus Amico bonum cupit, & coniunctus omni studio coniuncti com-
13 moda procurare, & totis viribus eum tueri præsumitur per l. hæc autem §. 1. ff. ex quibus
14 cautis in possess. eat. Eamdem sententiã procedere in eo, qui fortè sustinere debuisset magnã impensam pro illius debitoris alimonia, seu defensione si fuisset captus, quoniam ratio euitandæ in idem ex carceratione personæ resultãtis; & alia ratio proprij interesse non sinunt su-
15 spicari dolum, qua attenta, neq; coniunctus, neq; valdè amicus tenentur.

S V M M A R I A.

1 *Carceratum aufugere è carcere faciens eadem pœna tetur qua ille tenebatur, ex dispositione Nou. Const.*
2 *Idem procedit de iure communi.*
3 *Custos carcerum tenetur eadem pœna qua carceratus, si eum aufugere permisit.*
4 *Aequiparatorum idem est iudicium.*
5 *Carceratus qui aufugit si reus de Assassinio erat, itaut à beneficio gratia esset exclusus, Ita ab huiusmodi beneficio exclusus dicitur custos carceris, cuius dolo aut culpa aufugit carceratus.*
6 *Contrarium verius.*
7 *Culpa sæpius dispar est, licet eadem sit pœna.*
7 *Culpæ par ratio desideratur inter duos reos, si eiusdem omnimodus effectus pœna esse debet.*
8 *Effectus rei, non expressio nominis consideratur.*
9 *Decretum Senatus, quo declaratus fuit gratiabilis casus custodis carcaris cuius dolo aufregrant rei de delicto minime gratiabili.*
10 *Proclamata multa delicta æquiparant, quorum cum culpa diuersa sit, pœnæ effectus non idem omnimodè sortiuntur.*
11 *Decretum Senatus quo declaratur casum illius qui in militia exteris Principibus inseruiuit esse gratiabilem, quamuis per proclamata imposita sit pœna rebellionis, huiusmodi personis.*
11 *Rebellionis delictum non est gratiabile.*
12 *Proclamata prohibētia militiam exteris Principibus, locum non habent quando quis in militia inseruit contra Turcas.*
13 *Clerici militare tenentur pro Christiana fide.*
14 *Declaratio fauore eius qui aduersus Turcas militauerat.*
15 *Claudij Righini ex Vicarijs Generalibus honorifica mentio.*
16 *Milites, & Castellani tenentur eadem pœna qua carcerati, qui eorum culpa aufugerunt.*
17 *Mercedem qui excipit pro custodia, tenetur etiam de damnis magna vi illatis.*
18 *Miles capitaliter damnatus ab Illustriss. Præfecto Portæ Iouis Mediolani, eo quia eius culpa aufugerat Marchio Callusy in ea Arce detenta.*

Custos carcerum qui carceratum per dolum aufugere permisit, quamuis eadem pœnæ teneatur, quà carceratus; Tamen illius casus gratiabilis dicitur, & si gratiabilis non sit casus illius qui aufugit, ob grauitatem sceleris, de quo erat imputatus.

Cap. C.

1 PER No. Const. in tit. de pœnis in fine cap. Faciens vt quis, cautum fuit, quod faciens, vt quis euadat è carceribus puniatur eadem pœna, quà carceratus puniendus erat si pro delicto pro quo erat imputatus condemna-
2 tus esset, quæ prouisio conuenit dispositioni l. ad commentariensem C. de custod. reorum, Adeo, vt carcerum custos, cuius culpa, aut dolo aufugit carceratus, qui de crimine læse Maiestatis vel assassinij, aut proditorij homicidij, &
3 similium damnandus erat, eadem pœna teneatur, & ita quotidie obseruari solet in hoc Dominio, & docet Bos. tit. de carcere nu. 10. & seq. Clar. qu. 8. vers. Custos carcerum, & ibi Baiard. nu. 20. Menoch. de arbitr. casu 302. per totum, & Farin. qu. 31. nu. 1. & sequ. ac nu. 72. & 73.

Quà stante conclusione, sicuti causa ipsius rei fugam arrepti exclusa est à beneficio decreti, nec est grariabilis, ita exclusus videtur etiam
4 casus custodis carceris, cum æquipatatorum idem sit iudicium l. cum actum ff. de negot. gest. Menoch. de arbitr. casu 55. nu. 4., & casu 95. nu. 5. & 6., si enim à beneficio decreti, siue gratiæ exclusus est de assassinio, vel proditorio homicidio reus qui è carcere aufugit ita pariter exclusus à beneficio decreti, siue gratiæ, dicendus
5 est Commentariensis, cuius culpa aut dolo fugam arripuit huiusmodi reus, si eadem pœna vinctus est ac venit puniendus.

6 De

6 De AEQVITATE tamen contrarium verius est, quia licet eadem pœna teneatur carcerum custos, qua tenebatur reus proditorij homicidij qui fugam arripuit; Non tamen eadem dicitur culpa, cum ille proditorium delictum commisserit hic autem fortassis neq; etiam dolosū delictum nedum proditorium inter quæ extat magna differentia, vt de se patet, & iura omnia disponunt, & par ratio desideratur in culpa, vt eiusdem pœnæ sit omnimodus effectus, faciunt
7 trad. in l. fi. ff. de receptatoribus; Effectus enim rei non expressio nominis cōsideratur l. si vno
8 ff. loca. l. insulam ff. de præscript. verb. Dec. cōs. 589. nu. 10.
9 Et ita censuit Senatus die 4. Martij 1625. refferente Amplissimo D. Senatore Bellono fauore Martini Albani alias carcerum custodis in Offitio Egr. Cap. Iustitiæ, & in contumaciam ad furcas damnati, eò quia dolosè permiserat fugam arripere multos carceratos, inter quos aderat reus homicidij proditorij, Declarando ipsum Martinum posse gaudere benefitio proclamatum permittentium liberationem banniti ob præsentationem consimilis banniti, à quibus tamen excepti erant casus homicidij proditorij, & Assassinij, & publicarum viarum latronum, etiam si inter eos qui è carcere aufugerint adesset reus homicidij proditorij.
10 Multi enim casus delictorum à iure, vel proclamatibus æquiparati videntur per easdē pœnas, qui tamen cum diuersa sit culpa pœnæ effectus, non idem omnimodè sortiuntur; Exempli gratia in hoc Dominio vigent proclamationes prohibentes subditis huius Dominij, ne alienis Principibus in militia inseruiant sub pœna rebellionis, quæ capitalis est. Nihilominus cū ea potius ad terrorem imposita videatur, quam vt verè talis pœna executioni mittatur, Con-
11 sueuit Senatus reos de huiusmodi delicto confessos ad remum tantum damnandos esse censere propterea casum huiusmodi in seruitium exteris Principibus in militia, gratiabilem esse pariter censuit die 22. Nouembris 1619. Refferente Amplissimo Senatore Quintana Duegnas. quamuis indubitatum sit delictum rebellionis regulariter non esse gratiabile ob illius enormitatem, & grauitatem, vt habetur apud Clar. qu. 59. vers. in huiusmodi, & ibi Baiard. num. 90.

Quorum proclamatum dispositionem, etiam quo ad pœnam extraordinariam neq; habere locum existimo in ijs qui exteris Principibus
12 quidem inseruiunt, sed aduersus Turcas, & infideles, Quia cum eo casu Clerici etiam milita-
13 re teneantur pro Christiana fide, vt habetur in cap. peruenit de immun. Eccl., & Cimiter. & ibi plenifs. Abb. n. 3. cum sequ. pluribus, nedum impunè id agi posse videtur, sed opus Laudabile, & Summo Omnipot. Deo gratum fieri patet.
14 Et ita obtinui mense Maij anno 1616. in deffensione D. Io. Antonij Tollentini rei confessi, quod vti Signifer Turmæ Reipub. Venetæ in Cretę insula inseruiuerat contra dispositionem proclamatum, Quia cum pro illius deffensione
15 ea adduxissem fundamenta non potuit nisi ea approbare integerimus illius causæ Delegatus D. Claudius Righinus Pontremolensis Eximius I.C. & vnus ex Reg. Vicarijs Generalibus huius Dominij.

Cæterum ad pœnam Commentariensi impositam ob fugam carceratorum, tenentur etiam alij custodes, tam carceratorum, quam Castri
16 vti milites, & Castellani, vt abundè scribit Pe. Bellus de re milit. par. 10. tit. 2. per totum, maximè nu 93. Quia qui mercedem accipit pro
17 Custodia, tenetur etiam de damnis magna vi illatis, Imò etiam de fatalibus nedum ob negligentiam, vt tradit Luc. de pœna in l. quicunq; col. 3. vers. hæc omnia iusta ratione, & col. pen. vers. quamquam possit C. de exactor. & executor. lib. 12. quem sequitur Caball. lib. 2. var. resol. casu 294. num. 284. cum sequ. quo in loco plenissimè examinat materiā hanc auctor ipse.

Et secundum all. Doctrinam Pe. Bell. cit. nu. 93. die 10. Aprilis 1619. vltimo supplicio con-
18 demnatus fuit quidam Stephanus Caporalis siuè Tesserarius per Ill. Præfectum Arcis Portæ Iouis huius Vrbis de consilio Amplissimi Senatoris Callenti, à quo prius votum meum proferre iussus fueram, qui Caporalis cum alijs duobus militibus ad Custodiam Marchionis Callusij in Bello Sabaudico capti positus fuerat in ipso Castro, ob cuius negligentiam fugam arripuerat Marchio Vestimentis baiuli ligna ei portantis indutus ne ab alijs militibus cognosceretur, & qui Caporalis laqueo fuit strangulatus in magna Platea ipsius Castri ad aliorum exemplum &c.

Hæc (humanissimè lector) habui, quæ in hoc primo lucubrationum, & vigiliarum mearū de AEQVITATE libro tibi traderem, & communicarem; Si quid sit in eis dictum quod placeat, D. O. M., à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, tributū velim, Si quid vero minus apte, renuitati mei intellectus adscriptum. Nec admireris quod nihil hic scriptum, quod prius non sit dictum; Quia te scire decet, difficillimum esse, militarem aliquam viā inire, vt non in aliorum vestigia sæpè, & plurimum incurras; Propterea, honestos meos conatus ne contemnas rogo, vt alia expectes, quæ in hac AEQVITATIS materia iam molior ad tui vtilitatem, in quibus, aut maturior ætas, aut lōgior rerum experientia supplebūt fortasse, quæ hic desiderari potuissent. His in Sacratissimo Purificationis Gloriosissimæ Virginis Marię festiuo die currentis anni 1630. extrema fuit imposita manus.

Ad Laudem Dei Clementissimi, ac eiusdem Deiparæ Virginis Mariæ, & omnium Diuorum tutelarium meorum singularium, sub censura semper, & correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui me semper subijcio &c.

T 2

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Prior numerus, numerum secundus capit. significat.

A

Alimen-

Clerici

Con-

V Creditor

meliores

Fidei

Fructus

I

Mobi-

O

Pater,

Protestatio

Reductio

Sepultura

Vassal.

Vir

FINIS

Impressoris errata patienter ferre, & corrigere memento benigne Lector.

	Corigenda	Corecta
pag. 2. col. 1. vers. 25.	quedainmodo	quodammodo
ead. col. 2. vers. 1.	Agitur	agatur
ead. col. ead. vers. 14.	AQVITAS	AEQVITAS
ead. col. ead. vers. 19.	persuadit	persuadet
ead. col. ead. vers. 41.	Direstionem	Directionem
ead. col. ead. vers. 56.	propriua	proprium
pag. 3. col. 1. vers. 10.	quonta	quantum
ead. col. ead. vers. 26.	l. in haolege	in l. hac lege
ead. col. ead. vers. 61.	petsonam	personæ
pag. 4. col. 1. vers. 4.	inqui dec.	bis qui deiec.
ead. col. ead. vers. 9.	adrecta	adiuta
ead. col. 2. vers. 31.	meus	mens
pag. 6. col. 1. vers. [illegible]	Contratio	Centurio
pag. 8. col. 1. vers. 46.	Item	idem
ead. col. ead. vers. [illegible]	Vidis	Vis
ead. col. ead. vers. 60.	Ketas	Vetet
pag. 9. col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	aemm
pag 10. col. 1. vers. 25.	ipsa	ipso
ead. col. ead. vers. [illegible]	m 80.	n. 89.
ead. col. ead. vers. 56.	quoniam	qua
pag. 11. col. 2. vers. [illegible]	Delatio	dilatio
pag 12. col. 1. vers. 4.	affectionea	affectione
ead. col. ead. vers. 28.	pro se	pro se.
pag. 13. col. 1. vers. 2.	nam	non
ead. col. ead. vers. 57.	qua se	quasi
ead. col. 2. vers. 19.	interrunt	interfunt
ead. col. ead. vers. 19.	pratenfione	prætensione
ead. col. ead. vers. 20.	posthum.	posthumi,
ead. col. ead. vers. 49.	Vulpianus	Vlpianus
pag. 14. col. 1. vers. 4.	nu 9. vnde	nu. 9 C. vnde
pag. 15. col. 2. vers. 11.	patri	patris
ead. col. 2. vers. 29.	per multi	permulti
pag. 17. col. 1. vers. 10.	dedit	deditam
ead. col. ead. vers. 26.	inquit glo.	inquit ibidē glo.
ead. col. ead. vers. 49.	procreauit	procreauerit
ead. col. 2. vers. 38.	mulier	mulieribus
ead. col. ead. vers. 57.	mulier.	melior.
pag. 18. col. 1. vers. 8.	introducit	introductum
ead. col. ead. vers. 15.	actam	actum
ead. col. 2. vers. 28.	lib. 11.	lib. 11. in princ.
pag. 19. col. 2. vers. 8.	Alexander	Alexandro
ead. col. ead. vers. 39.	Baetia	Bacciam
ead. col. 2. vers. 9.	impe	inopem
pag 21. col. 1. vers. 11.	absolnendum	absoluendam
ead. col. ead. vers. 12.	condemnandum	condemnandā
ead. col. ead. vers. 51.	inqua	cum qua
pag. 22. col. 1. vers. 24.	Egreg. Ill.	Egreg. I. C.
ead. col. ead. vers. 46.	de mense	mense
ead. col. 2. vers. 47.	oricugalis	coniugalis
pag. 23. col. 1. vers. 31.	conueniat	conuenit
ead. col. ead. vers. 46.	iuris	viris
ead. col. ead. vers. 53.	coli	colli
ead. col. ead. vers. 54.	ligurghi	liurgi
ead. col. ead. vers. 55.	Auenis	Arenis
ead. col. ead. vers. 51.	quolibet	qualibet
ead. col. 2. vers. [illegible]	egredietur	egreditur
ead. col. ead. vers. 9.	licurghi	lieurgi
ead. col. ead. vers. [illegible]	locupletet	locupletetur
ead. col. ead. vers. 71.	facta	factæ
pag. 24. col. 1. vers. [illegible]	fuerat	fuerant
ead. col. ead. vers. 12.	Imperator	Imperatoribus
ead. col. ead. vers. 12.	Acad.	Arcad.
ead. col. ead. vers. 12.	& honor	& Honor
ead. col. ead. vers. 19.	Curiam	Curiano
ead. col. 2. vers. 5.	sepeliri	sepelliri
ead. col. ead. vers. 37.	cadauerum	cadaueribus
ead. col. ead. vers. 46.	Dominio	dominium
ead. col. ead. vers. 53.	secunda	secunda
pag 25. col. 1. vers. 13.	quia	quin
ead. col. 2. vers. 27.	Vidilis	viduit
ead. col. ead. vers. 35.	cōtrahēdēptione	cōtrahen. empt.
ead. col. ead. vers. 44.	gabella	gabellam,
pag. 26. col. 1. vers. 23.	detum	datum

	Corigenda	Corecta
ead. col. 2. vers. 13.	aliquae	aliquus
ead. col. ead. vers. 4.	post.	potest
pag. 27. col. 2. vers. 12.	pussit	posset
pag. 27 col. 2 vers. 30.	inuenient	inuenirent
ead. col. ead. vers. 33.	diei	dici
pag. 28. col. 1. vers. 19.	excessum est	excessum,
ead. col. ead. vers. 35.	quam	qua
ead. col. 2. vers. 10.	ratione.	ratione
ead. col. ead. vers. 15.	suspendatur	suspenditur
ead. col. ead. vers. 19 & 27.	exprimitur	exprimatur
ead. col. ead. vers. 13.	idem verbum	
ead. col. ead. vers. 44.	declaratum	declaratio
pag. 29 col. 2. vers. 3.	sumpta	sumptu
ead. col. ead. vers. 30.	directi	directos
ead. col. ead. vers. 56.	1667.	1567.
pag. 30. col. 1. vers. 52.	Impugnale	Impugnare
ead. col. 2. vers. 8.	Parentium	parentum
ead. col. ead. vers. 22.	Pecata	Peccata
pag. 32. col. 1. vers. 37.	aliquam	aliquem
pag. 30. col. 2. vers. 13.	vbi	vnde
pag. [illegible] col. 1. vers. [illegible]	bib.	bus
ead. col. 2. vers. 22.	deducis	deducta
ead. col. ead. vers. 35.	Peregrinu	Peregrinus
pag. [illegible] col. [illegible] vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 61.	esse	sic
ead. col. 2 vers. [illegible]	[illegible]	18.
ead. col. ead. vers. 59	Hortesij	Hortensij
pag. 33. col. 2. vers. 58.	nouitias	nouitius
pag. 34. col. 2. vers. 26.	quod	quo
pag. 35. col. 2. vers. 6.	sine	siue
ead. col. ead. vers. 16.	allendi	alendi
ead. col. 2 vers. 4.	Creditori	Creditore
ead. col. ead. vers. 55.	potior	potiores
ead. col. ead. vers. 60.	concurrentes	concurrētibus
pag. 36. col. 1. vers. 16.	constitutum	constitutum
ead. col. ead. vers. 26.	subtilitas	sufficiens
ead. col. ead. vers. 40.	ordinatio	ordinario
ead. col. ead. vers. 50.	annia	annorum
ead. col. 2. vers. 12.	immutari	imitari
ead. col. ead. vers. 24.	eadem	eodem
ead col. ead. vers. 26.	impossibiles	impossibilis
ead. col. ead. vers. 43.	dicitur	non dicitur
ead. col. ead. vers. 57.	Cuiusdem	Cuiusdam
ead. col. ead. vers. 57.	facere	facit
pag. 38. col. 2. vers. 26.	subnectare	subnectere
ead. col. ead. vers. 27.	comodum	commodum
Pag. 38. col. 1. vers. 21.	debere	debet
ead. col. ead. vers. 22.	secūdū creditorē,	secūd. creditor
pag. 39. col. 2. vers. 33.	hæ	hæ
ead. col. ead. vers. 52.	potest	posset
ead. col. ead. vers. 59.	competunt	competant
pag. 40. col. 1. vers. 33.	dicta	dicta
ead. col. 2. vers. 40.	nittitur	nititur
ead col. ead. vers. 43.	satisfic.	satisfit
pag. 42. col. [illegible] vers. 16.	diuinaci	diuinatione
pag. 43. col. 2. vers. 12.	Addicio	tollēda est quia per auctorem
pag. 45. col. 1. vers. 21.	Plobie	ambo
ead. col. ead. vers. 54.	modia	modis:
ead. col. ead. vers. 55.	vt	&
pag. 46. col. 2. vers. 19.	dilligenter	diligenter
pag. 47. col. 2. vers. 13.	curam	coram
pag. 48. col. 1. vers. 32.	terminatu	terminata
ead. col. ead. vers. 45.	filius	Filius
ead. col. 2 vers. 1.	Pie	præ
ead. col. ead. vers. 25.	XXVI.	XXXI.
ead. col. ead. vers. 26.	Aristotiles	Aristoteles
pag 49. col. 1. vers. 40.	mobilium	nobilium
ead. col. ead. vers. 38.	reuocaret	reuocet
ead. col. ead. vers. 55.	haberet	habere
ead. col. ead. vers. 57.	subijcet	subijcit
ead. col. 2. vers. 18.	nam	non
ead. col. ead. vers. 42.	commigtarentur	cominarentur

Locus	Corigenda	Corecta
ead. col. ead. vers. 50.	altera decisio	altera decisione
ead. col. 2. vers. 43.	in [illegible]	vt [illegible]
pag. 51. col. 2. vers. 6.	tradire	tradit
ead. col. ead. vers. [illegible]	dicitur	diceretur
ead. col. ead. vers. 1[illegible]	putant	putat
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	petiam	etiam
ead. col. ead. vers. 42.	eum	cum
ead. col. ead. vers. 44.	expellentem	excellente
ead. col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
pag. 52. col. 2. vers. 38.	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	aut sequestris	ad e sub seque-
		stro
ead. col. ead. vers. 49.	Pu[illegible]ie	Peruchie
pag. 53. col. 2. vers. 41.	aute	[illegible]
pag. [illegible] col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	officiis
[illegible]	vers. [illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 4[illegible]	fratres	[illegible]
pag. 55. col. 1. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. [illegible]	alij	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 2[illegible]	[illegible]	voluntario
ead. col. ead. vers. 4[illegible]	[illegible]	descendentis
ead. col. ead. vers. 54	[illegible]	[illegible]
pag. 56. col. 1. vers. 4	[illegible]	legitimam
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. [illegible]	Tertius alienum	Tertius accepit
	[illegible]	[illegible] met-
	suorum	exempta sue-
		[illegible] ver
		[illegible]
		in subsidio.
		Pauli & Aret[illegible]
		[illegible] & Julij
		[illegible] Senatus
		[illegible] men-
	concurrentes	[illegible] honorifica
[illegible] 1. vers. [illegible]	redemptio	redemptio
ead. col. ead. vers. [illegible]	consecutu	consecuta
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. 14.	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 49	[illegible]	[illegible]
pag. 58. col. 1. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	Arbitra
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	infim	[illegible]
pag. [illegible] col. 1. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 4[illegible]	tamen	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible] 2. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 91	[illegible]	Dominus pro
ead. col. ead. vers. [illegible]	filix	[illegible]
pag. [illegible] col. 1. vers. 11.	vol.	[illegible]
pag. [illegible] col. 1. vers. 45.	recreatione	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	possint
ead. col. 2. vers. 18.	fint	sint
pag. [illegible] col. 1. vers. 24.	prefati	prefatione
ead. col. ead. vers. 19.	com	[illegible]
ead. col. ead. vers. 44.	proprium munus,	proprium mod°
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	statum
ead. col. 2. vers. 14.	in simul	simul
pag. [illegible] col. 1. vers. 39.	faciendum	fatendum
pag. 63. col. 1. vers. 8.	decis. 94.	decis. 294 &
		2[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	percepit	perceperit
ead. col. ead. vers. 23.	censet	censetur
ead. col. ead. vers. 24.	sententiam	scientiam
pag. 64. col. 1. vers. 31.	continetudine	consuetudine
pag. 65. col. 2. vers. 42.	antiquitas	antiquitas
ead. col. ead. vers. 44.	Cesarus.	Covar.
ead. col. ead. vers. [illegible]	Dominus	Romanus
ead. col. ead. vers. [illegible]	vbi	ibi
pag. 66. col. 2. vers. [illegible]	constitut.	constituti
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	Hispani	Hispanus
ead. col. ead. vers. 42.	consequentem	consequenter
ead. col. ead. vers. 55.	confessatum	confessatum
ead. col. ead. vers. 58.	Plotam	Plot.

Locus	Corigenda	Corecta
pag. 67. col. 1. vers. 5.	volut	vt volute
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	alio
ead. col. ead. vers. [illegible]	& bona	& ea bona
ead. col. ead. vers. 4[illegible]	[illegible] onerare	[illegible] onerare pos-
		set
pag. 68. col. 1. vers. 4[illegible]	Pete me	[illegible]
ead. col. 2. vers. [illegible]	fructum	fructus
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	debitor
pag. [illegible] col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
pag. [illegible] col. 1. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
pag. [illegible] col. [illegible] vers. [illegible]	petire	petita
ead. col. ead. vers. [illegible]	formas	formam
ead. col. ead. vers. 36.	cur	cum
ead. col. ead. vers. 41.	fol.	fol.
ead. col. 2. vers. 42.	tum	tunc
ead. col. ead. vers. [illegible]	DD. Picenardis	[illegible] DD. Pice-
		nardi
pag. 72. col. 2. vers. 10.	concedendum	concedenda
ead. col. ead. vers. 4[illegible]	iudica[illegible]	iudicasse
pag. 73. col. 2. vers. 3	venditionem	venditorem
ead. col. ead. vers. 25	[illegible]	de
ead. col. ead. vers. 35.	vna quarta parte	vna quarta para
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	sequitur
pag. 74. col. 2. vers. [illegible]	occulos	oculos
pag. 75. col. 1. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 40.	fol.	fol.
pag. 76. col. 2. vers. 8	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 2[illegible]	qua	[illegible]
ead. col. 2. vers. 34.	occupatorem	occupatorum
pag. 77. col. 2. vers. 2[illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	alienanda
ead. col. ead. vers. 41	pro	per
pag. 78. col. 1. vers. 40	venditoria	venditoris
ead. col. 2. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 18	Parte	Parte
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 32.	[illegible]	[illegible]
pag. 79. col. 2. vers. 22.	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. 49	[illegible]	[illegible]
ead. col. ead. vers. 58.	[illegible]	[illegible]
pag. 80. col. 1. vers. 18.	probandum	probatur
ead. col. ead. vers. 3[illegible]	[illegible]	[illegible]
ead. col. 2. vers. 21.	[illegible]	reliqua para
pag. 81. col. 1. vers. 30.	de ideo	[illegible]
ead. col. 2. vers. 11.	contrarium	contrarium
ead. col. ead. vers. 41.	seque	sequitur
pag. 82. col. 2. vers. [illegible]	fingeremia	[illegible]
ead. col. ead. vers. 4	quontum	quando
pag. 83. col. 1. vers. 28.	cadit	cadat
ead. col. 2. vers. 4[illegible]	diem	diei
pag. 84. col. 1. vers. 6.	quinad	quod
ead. col. ead. vers. 37.	etiam	sed
ead. col. ead. vers. 44.	circa	contra
ead. col. ead. vers. 47.	circa	contra
pag. 92. col. 2. vers. 48.	solemnitoria	solemnitaria
pag. 96. col. 1. vers. 27.	hic pubctul	hoc punctum
pag. 97. col. 2. vers. 24.	Duce	[illegible]
pag. 98. col. 2. vers. 41	fungeret vel	fingeret &
pag. 101. col. 1. vers. 9	non	&
ead. col. 2. vers. 48	perpatratum	perpetratum
pag. 104. col. 2. vers. [illegible]	qui	quis
pag. 105. col. 2. vers. 48.	hereditario	hæreditario
pag. 10[illegible] col. 2. vers. [illegible]	recepit	recipit
pag. 108. col. 1. vers. 14	modellam	medellam
ead. col. ead. vers. 40.	Oircus	Hircus
ead. col. 2. vers. 12.	dicta eundem	dictus D. eundẽ
ead. col. ead. vers. [illegible]	audacter	audacter
ead. col. 2. vers. [illegible]	deduut	deducitur
pag. 139. col. 1. vers. 13.	mudam	muda
pag. 140. col. 1. vers. 17.	falsam causam	falsa causa
ead. col. ead. vers. [illegible]	[illegible]	an
ead. col. ead. vers. 5[illegible]	præteri AEQ-	sequitur AE-
	TATEM	QVATATEM

	Corigenda	Corecta
ead. col. 2. verf. 24	in	In.
ead. col.ead. verf. 29.	quæ	qoem
pag.142.col. 2. verf. 4.	erga	ergo
ead. col.ead. verf. 11.	fend 68.	cap. incip.
ead. col.ead. verf. 30	afcapit	fcapla
ead. col.ead. verf. 33	mutatio	mutatio
ead. col.ead. verf. 55.	ten	tex
ead. col.ead. verf. 58.	fequitur	fequent.
pag.150 col. 2. verf. 28	teneatur	tenetur
pag.152.col. 1. verf. 18.	fabeanem	labeonem
ead. col.ead. verf. 18.	Aotigorio	Antigono
ead. col.ead. verf. 31.	fcribit in	fcribit
pag.153.col. 2. verf. 5.	ca l. caufa	in poffefs. calumniæ caufa effe dicatur
pag.153.col. 2. verf. 41.	vbi	ibi
pag.155 col. 2. verf. 4.	fecundi	fecundum
pag.156 col. 1. verf. 33.	axterna	externis
pag 157 col. 1. verf. 3.	ex	&
pag 159 col. 1. verf. 41.	ne	nec
ead. col. 2. verf. 28.	eft	effe
pag 160 col. 1. verf. 38.	ficerte	ficertum
ead. col. 2. verf. 30.	fi	fit
pag.161 col. 2. verf. 30.	actui	actori
pag.161 col. 2. verf. 4	conftet	conftat
pag 163.col. 1. verf 7.	habeatur	habetur
ead. col.ead. verf. 16.	quo amno	quomodo
ead. col. 2. verf 9	Senatore	Senatu
ead. col.ead. verf. 15.	remitteretur	remitterentur
ead. col.ead. verf. 18.	præ	per
pag 164.col 1. verf. 39.	Octauij Villani,	Cauf.nu.41.
ead. col.ead. verf.fequēt.	Decretum	Senatus
pag.165.col. 1. verf. 44.	Cotumo	Coccino
ead. col.ead. verf. 61.	perietit	perierit
ead. col. 2. verf. 34.	&	eft
ead. col.ead. verf. 41.	Dominium	Dominum
ead. col.ead. verf. 41.	circa	contra
pag.166.col. 2. verf. 23.	eximiam	exiguam
ead.col ead. verf. 25.	fi	fic
ead. col. 2. uerf. 11.	me	me etiam
pag.176.col. 2. uerf. 30.	Deceptum, fuiffe olim Sabaudiæ Comes dicitur, dū filiam	Deceptū fuiffe habetur olim Sabaudiæ Comitem dum ille filiam
ead. col.ead. uerf. 51.	Comes dum	Comitem
ead. col.ead. uerf. 53.	permiffionem	promiffionem
pag.179.col. 2 uerf. 28.	reuunciatio	renuotiatio
pag.183.col. 1. uerf. 4.	Ponzono	Ponzano
pag 185 col. 2. uerf. 56.	uicinus	uicinos
pag.186.col. 1. uerf. 1.	quia	qui
ead. col.ead. uerf. 12.	domuus	domus
ead. col.ead. uerf. 13.	auxiffet	auxerat
pag.190.col. 1. uerf. 20.	Cap. C X.	Cap. X C.
ead. col. 2. uerf. 1.	iuxta	iuncta
pag 191.col. 1. uerf. 57.	pro ex	pro
ead col. 2. uerf. 25.	Pecunia non	pecunia
pag.192.col. 2. uerf. 32.	limitatione	limitationes

	Corigenda	Corecta
ead. col.ead. uerf. 45.	fieri	inferri
pag.193.col. 2. uerf. 32.	ara	tradita
pag.197.col. 2. uerf. 12.	guanditur	deduritur
pag.198.col. 1. uerf. 8.	culpa	culpam
ead. col.ead. verf. 17.	declarat	declatet
ead. col.ead. uerf. 28.	admittur	admittitur
pag.200.col. 1. uerf. 25.	lite	litem
ead. col ead. uerf. 16.	offitio	offitium
pag.201.col. 2. uerf. 19.	mamfuretur	menfuretur
pag.202.col. 1. uerf. 11.	uidetor	uidentur
pag.202.col. 1. uerf. 22.	tranfiuet	tranfiuit
ead. col.ead. uerf. 26.	cnfibus	cafibus
ead. col. 2. uerf. 10.	mentis	menfis
pag.203.col. 1. uerf. 48.	uiæ	uitæ
pag.204.col. 1. uerf. 44.	Taurinum	Taurineofe
ead. col. 2. uerf. 37.	de poffeffione	De Poteftate
pag.205.col. 1. uerf. 19.	allegare	allegatæ
ead. col.ead. uerf. 58.	De oratione	In Oracione
ead. col. 2. uerf. 40.	procedat uel ut legis	procedat legia
pag.207.col. 2 uerf. 4.	Conftitutionis	Conftitutiones
pag.208 col. 1. uerf. 11.	debent	debeant
ead. col. 1. uerf. 25.	tum afcend.	tam afcēdēt.
ead. col. 2. uerf. 10.	perficuus	proficuus
ead. col. 2. uerf. 12.	Senatui	Senatus
ead. col. 2. uerf. 45.	fubditum fubi	fubd. ut fubiungit
pag 209.col. 1. uerf. 22.	quamuis	Quamuis
ead. col. 1. uerf. 24	intereant	pereant
ead. col. 1. verf. 45.	ex quo	Ex quo
ead col. 2. verf. 32.	ex quarta	hæc quarta
ead. col. 2. verf. 33.	debeatur	debetur
ead. col. 2. verf. 52.	in ll.	in l.
pag 210 col. 1. verf. 43.	dot. datui per	dot. Item data per
ead. col. 2. verf. 44.	reprefantaoit	repræfentauit
pag. 212.col. 1. verf. 9.	Vulpian.	Vlpian.
ead. col. 1. verf. 59.	Catolon teftator Foer	Catalon s eftur Feret
ead. col. 2. verf. 15.	& memini	Et memini
ead. col. 2. verf. 56.	fatisfacent creditoris	fatisfacerent creditoribus
pag 214.col. 1. verf. 17.	via	ius
ead. col.ead. verf. 41.	tolletur	tollatur
ead. col.ead. verf. 48	ea cedit	& cedit
ead. col. 2. verf. 8.	al io eas foluit	alio illud foluit
pag 215.col. 1. verf. 4.	Roma	Romæ
pag 216 col. 1. verf. 29.	procedere	procederet
ead. col. 1. verf. 33.	no finunt	non finunt
pag.217.col. 1. verf. 2.	careerum	carcerum
ead. col. 1. verf. 30.	per eafdem perfonas	inter diuerfas perfonas
ead. col. 1. verf. 41.	in feruitium	inferuientium
ead. col. 1. verf. 57.	nedum	Nedum
pag.217.col. 2. verf. 30.	pofitus fuerat	cuftodiebatur
ead. col. 2. verf. 49.	contemnas	contemnes

E 54.